




Publij Virgilij marõis opera.



Publij Virgilij Maronis opera cum quinq; vulgatis commentariis: expolitissimisq; figuris atq; imaginibus nuper per Sebastianum Brant superadditis: exactissimeq; reuisis: atq; elimatis.

Lectori loquitur liber hic: pictasq; tabellas
Commendat: quales virgilio addiderit.

perlege virgilios quotquót bone lector in orbe
Comperies toto: me quoq; confer eis.
Spero equidem dices me longe alios superare:
Videris atq; ante hac nec mihi vbiq; parem.
Multa characteribus aliorum: multa liturę:
Et limę debes: sed mihi cuncta dabis.
Hic legere historias/cōmentaq; plurima doctus:
Nec minus indoctus perlegere illa potest.
Dardanium Aeneam doctū non legimus usq;:
picturam potuit perlegere ille tamen:
Magna fuit quondam picturę gloria: & inter
pręcipuas artes: prima erat illa gradu.
Vnde antigraphicen teneris lusisse sub annis.
Instituit pueros gręcia docta suos.
Tantus honos arti fuit: interdicta q; olim
Hęc fuerat seruis: hos docuisse nephas.
pictores fabii: dictatoresq; fuere:
Ars ea principibus nobilitata viris.
Laude sed insigni cunctos superauit Apelles:
Nec passus quenq; prorsus in arte parem.
Nempe volumibus doctrinā hanc auxit habunde:
Nullo: ab eo non est linea ducta: die.
pinxit Aristides animū: sensusq;: pathosq;:
Atq; hominū affectus: dictus & inde bonus:
Instituit species depingere & Appolidorus:
Isq; penicillo gloria prima leui.
Doctior Eupompus: sine arithmo posse negauit
picturam quenq; perficere ingenuam.
Multa polignotus tantę superaddidit arti:
Multaq; phidiaca: quę placuere: manus.
Auro pularchi legimus tabulam esse repensam:
Vnde data est arti: & gloria magna viro.


prelia panęus Marathonica pinxit athenis:
Atq3 rhodi fuerat gloria prothogenes.
parrhasium vicit depicto Aiace Timantes:
Cum tamē hic princeps dictus in arte foret.
Ausus item pythis est/doctū contendere contra
Thimagoram: at palmam linquere iussus ei.
plus placuit zeusi pictas donare tabellas:
Quam precio indigno vendere cuiq3 suas:
Nobilis imprimis opifex: qui pingere mores
Nouit: & o vtinam viueret idem hodie:
Quo pueris nostris: senib9 quoq3: virginibusq3:
Matribus ac: mores pingeret ipse bonos.
Sed quorsu3 o lector nos hęc meminisse putabis?
picturę laudem q̄ damus eximiam?
Quā nisi: vt has nostras quas pinxim9 ecce tabellas
Virgilio: charas tū quoq3 habere velis.
Has tibi nemo ante hac tam plane ostēderat vsquā:
Nemo tibi voluit pingere Virgilium.
Nūc mēorare potes monochromata cūcta maronis
Quam leuiter: pictis lector amice locis.
perlege: deinde vale: iubet hoc tibi nomīe brantus
Dicere & ipse suo, cum Titione Vale.

Tuumq3 Sebastianū: ne Tema
rensis more macules: sed
ama: oro. dabitur ali
quādo & respō
dendi & ex
purgandi
tempus
Amē

Vigeat floreat Crescat
apud argentinenses
siue Tribotes
pax. liber
tas / at
q3 iu
stici
a

Procemium Cristoferi.

Christophori Landini Florentini in, p. Virgi, interpretatiões procemium ad petrum medicen magni Laurentii filium.



Agnas immortalesq; Petre medices priscis illis viris gratias habendas censeo: qui bonis artibus atq; disciplinis excogitatis atq; repertis: vitam nostrã ita excoluerunt: vt recte cõmodeq; degere possemus: atq; intra nature humane terminos consistentes: in ferinos cultus: moresq; non laberemur. Maiores tamen ac potius maximas illis habendas haud dubitauerim: quia ea inuenerunt: quibus animi nostri veluti quibusdam alis suffulti: & humanã conditionem transcenderent: & his que terrena caducaq; sunt pro nihilo habitis: ad diuinarum rerum cognitionẽ euolarent. Ex quibus quidẽ omnibus ego poeticam primas sibi vendicare (modo equos sortiatur iudices) facile me coniecturã existimo. Verũ nos huiuscemodi disputationi: & cõueniẽtiorẽ: & qui illam non solũ postulet: verum potius efflagitet: locum addiximus. Interim autẽ cum eum nobis poetam interpretandum assumpserimus: qui vel ex omĩbus terrarũ regionibus: quarũ habitatores historia cognoscantur: vel ex omĩbus seculis. quorum memoria ad nostre vsq; tempora scriptorum beneficio peruenerint: si non primus oĩno: primo tamen par pene equalisq; sit: opere nostre preciũ haud mediocre futurũ extimo. si paucis tamẽ: ne pluribus q̃ necessitas exigat ostẽdero ex oĩni (q̃ innumera pene est) scriptorum copia: illũ p̃ter ceteros: & ad grauiter ornateq; loquẽdũ: et ad bene beateq; viuendum plurimũ nobis conferre. Nã cum & intelligẽtia q̃ omes disciplinas studio industria q; adhibita assequi possumus: & orõne qua q̃ didicerimus alios doceamus: hõ a ceteris aĩalibus differat: nonne in utraq; re ita princeps est. P. Maro: vt cũ ab eo discesseris: vix nisi longo interuallo relicto: secũdũ reperiãt latini. Nãq; (ĩmortalis deus) splendorẽ q̃ dignitatẽ orationi affert? Quid obsecro aut in maximis rebus sublimius? aut in mediocribus temperãtius. aut ĩ humilioribꝰ pressius excogitari hoc poeta potest? Quis ĩ singulis verbis eius elegantiã? Quis ĩ orõnis structura cõpositionem? Quis in luminibus verborũ ac sententiarum dignitatẽ maronis adequabit? Quod vero iure omẽs stupescant: ita dicendi genus variat: vt rebus: temporibus: personisq; inseruiens: modo abundãs copiosiusq; fluat: modo breuis concisusq; cuncta p̃stringat. Decet illum nõnunq; siccitas. Decet nescio quid pingue floridũq;: sepe autẽ suauissimo quodã contemperamẽto ita huiusmodi in vnũ omĩa cõfundit: atq; cõmiscet: vt mirabili voluptate audientiũ aures demulceat atq; delectet. Nam quis dicendi ornatus excellentior esse potest? q̃ is in quo nec precipitata breuitas: nec infinita copia: nec ieiuna siccitas: nec postremo nimium luxurians leticia appareat. Hoc quidem dicẽdi genus apud quem alium inuenias non facile reperio. Ego certe apud neminem adhuc cognoscere potui? Si igitur tanq; magnum virum & omni laude dignum eum admiramur: qui horũ vno vtatur egregie: si veluti eloquentie deum illum veneramur? q hos omnes: sed in diuersis locis adimplet: quibus laudibus obsecro: quibꝰ tantũ laudibus hunc prosequemur? qui vnum in locum: vnam in rem: hec simul omnia inaudita suauitate coniiciat. Adde ad hec q; cum duo sint dicendi genera: quorũ alrum a quieto: & nulla perturbatione concitato animo mature grauiterq; proferatur. Alterũ vero in quo quia nihil ratione: sed omnia summa perturbatiõe agunt: ardens infensum: torrensq; nominarunt: nonne vtrũq; ita distribuit. P. Maro. vt seruato hominũ ingenio ac natura: vnicuiq; suum attribuat? quid enim grauius maturiusq; Aenea: latinoq; & si quos horum similes inducit? quid contra ardentius: erectius: infensiusq; pyrro. Turno drãce: sed in primis ipsa Iunone troianis semper infensa fingere potuit? Sed vt ad ea membra in qua totum dictionis corpus diuidimus: quãdoq; deueniam: ita proponunt atq; inuocant poete: vt his ea omnia quibꝰ procemiũ perficitur summo artificio absoluant: quapropter quo artificio: quo diuini ingenii consilio tantus vates & a magnitudine vtilitatis ac nouitate rerum attentũ: & ab erumnis inuicto animo perlatis: & ab iniustis crudelissime iunonis odiis fauorẽ conciliat? q̃ perspicue docilem aperte absoluteq; re proposita reddit. Iam vero narrationibus suis: nec dilucidius quicq;: nec veresimilius inuenies. In partitiõibus aũt quid quominus clare atq; absolute sint deesse perturbabimus. Nam similitudines: amplificationes: exempla: digressiones: signa rerũ. argumentationes: ceteraq; huiusmodi: que quidẽ tum ad probandũ: tum ad refutandũ plurimũ valent: tam multa: tam varia: tam vehementia sunt: neq; copiosiora: neq; efficaciora: aliunde exempla sumẽ possunt. Pretereo eius epilogos: pretereo diuersis in generibus variis referta affectibus orationẽ. Neq; in eo ero occupatus: vt ostendam q̃ vehemens ad indignationẽ insurgat: q̃ mitis e cuiusuis pectore misericordiã eliciat. Hoc tamẽ silentio non pretermittam. nam in aliis imitandis siue greci illi fuerint: siue latini: tam diligentẽ rationẽ adhibuit tanto cõsilio vt illa suis quadrarent: curauit: vt nõ aliunde accepisse: sed ipse peperisse. ac a se parta aliis mutuasse videatur. Hesiodum in Georgi. greco etiã iudice longe superauit. Nã in Theocrito s. inde doricam illã locutionis proprietatẽ: quod greci ιδιωμα nuncupant amoueas: quod & moribus: & verbis pastoralibus vehemẽter quadrat: quod preterea inuenies in quo latinus poeta a Siculo vinci putetur. Hoc tamen in Vir. admiror: quod in Theocrito: & si absit desidero Nam pastorie illius ruditatis ita naturã exprimit: vt ne Roscius quidẽ bucolicã p̃sonam expressius agat: q̃ ille ingẽia: moresq; refert: quod quidem cum prestiterit: ac per omnes numeros ita absoluerit: vt ei quem sibi imitandum proposuerat: nusq; cedat: tamen quod poetarum est: eodem figmento maiora quedam contegit: vt q̃uis a persona pastorali non discedat. tamẽ alium sensum longe excellentiorem sub illo vulgari abscondit: vt opus duplici argumento ornatũ: & illi qui in promptu est inseruiat: & illum qui latet perficiat. Quã rem si qui sunt: qui vitio illi vertant: ii quid proprium poetarum sit ignorare conuincentur: & profecto ad maxima queq;: ac diuina natus hic poeta: ita in humilioribus a prima ætate se exercuit: vt iam tum maiora illa & mente concepit: & vt res ferebant aliqua ex parte ita edere inceperit: vt intra bucolicos tamen fines honorate constiterit. Verum maius certamen cum Home. restat: cui cum grecorum scriptorum ingens numerus in huiuscemodi pugna adhereat: ac pertinacius instet: victoria difficillima redditur. Verum cum laboriosum magis q̃ periculosum sit collatis signis in aciem prodire: nõ faciet tamẽ Honorati Serui opinio. vt in ea locum deserã: q̃uis affirmet Maronẽ longo interuallo Homerum secutũ esse. Magisq; me mouet & Afri domitii: & Quintiliani auctoritas: qui illum ita secundũ ponunt: vt pene illum primo æqualẽ reddant. At dices ii latini sunt: & qui auctoritate potius q̃ argumentis pugnent. Nam cum quid sentiant explicauerint: nõ multum laborãt quare ita senserint rationibus confirmare. Itaq; longe pluris facio Macrobii iudicium: q tum eloquentia excellens: verum facile deprehendere potest: tum quia a grecorum factione est seuerius (q̃ fore par est) iudicium in eum exercet. Sed tamẽ vide quid sentiat. Is enim innumeris pene locis ex vtroq; poeta ĩ medium adductis decernit: Maronẽ nostrũ variis in locis modo vinci ab Home. modo victorẽ ex eo prelio discedere. Itaq; quod ab homine aduerse factionis dat: accipiendũ puto: & cum nullam in partẽ inclinat victoria: receptui apud illum canant egregie nobis cum actum putauimus. Nã q modo vincitur: modo vincit: hunc ego nõ secundũ sed parẽ iudico. Verum quid plura p̃sertim cum de poetarum vi nulli potius: q̃ poete: & ei quidẽ egregio credendũ oms acrioris ingenii viros iudicaturos nõ ambigã. Quid ergo agnas Iuue. iudicet: eius e carmine facile est cognoscere. Ait enim conditor iliados cantabit: atq; Maronis Altisoni dubia facientia carmina palmam. atq; hec de Home. Nam Nicandrũ Apolloniũ: Pisandrũ: Euphorionẽ: Euripidẽ: Pindarum: ceterosq; multos ita

Procemium Christoferi.

ſmitatus eſt:vt nuſqꝫ illis cedat.multis autē ī locis ſuperet. Verꝝ vt paucis tātā rē ꝑficiā:ego Macrobii ſniam vehemē
ter(qm̄ verissima eſt)approbo.Nā tātus phūs:& platonis:in .q̄ ſūma eloquētia ſummę ſapiē coniuncta eſt·optimus
imitator·P.Vir.eloquētiā naturę oīm rerꝝ optime parēti ſimilē eſſe docet.Nā hic terrā:hic frugibꝰ arboribuſqꝫ lætā vi
dēus:ubiqꝫ pratis floribuſqꝫ oīa ridere.Aliā regionē fontibus irrigari.Aliā oīno areſcere.Eſſe &loca q̄ ī cāpos porrigā
tur.Eſſe & alia q̄ in mōtes rupeſqꝫ cōſurgāt:eoſdēqꝫ alibi horrendis ſyluis veſtiri:alibi nudo ſaxo inhorreſcere. Sic.P.
Vir.ſtilū ſuū ad oēs vitę mores integrꝝ traducit:vt nunc breuis:nūc copioſus ſit:nunc ſiccū:nūc floridū ſeſe oñdat.Eſt
ꝑterea ubi leui fluat agmīe.Eſt & cum veluti ꝑ cōfragoſa:torrēs rapiduſqꝫ ꝑcipitet·Atqꝫ hęc ī dicēdo.Quod autē ad
bene beateqꝫ viuēdū ꝑtinet:qs nō videat oīa qbus vita hūana recte inſtituat ꝑcepta ab hoc poeta veluti ex adorandis
phīæ ſacrariis promi facile ac ꝑcipi poſſe.Nā vt Cyri vitā Xenophon ita a primis incunabulis ꝓducit:vt eius regis ex
emplo optimus prīceps informari poſſit.Sic Maronis poema oīe humanę vitę genus exprimit:vt nullus hoīm ordo
nulla ætas:nullus ſexus ſit:nulla deniqꝫ cōditio:q̄ ab eo ſua officia nō integre addiſcat·Qua obſecro ille acrimonia q̄
verborꝝ fulmīe:mœtū:ignauiā:luxuriā:incōtinētiā:impietatē:ꝑfidiā:ac oīa iniuſticię genera:reliquaqꝫ vitia inſectat:
vexatqꝫ:qbus cōtra laudibus:qbus ꝑmiis:inuictā aīi magnitudinē:& ꝓ patria:ꝓ parētibus:ꝓ cognatis:amiciſqꝫ cō
ſ derata ꝑiculorꝝ ſuſceptionē:religionē in deū:pietatē in maiores:charitatē in oēs ꝓſequit.Nā cū hoc in primis ſibi pro
poſuiſſet.P.Vir.vt generi humano q̄plurimū ꝓdeſſet:eo potiſſimū cōſilio:ī vno ænea:abſolutū oīno:atqꝫ ex oī ꝑte
ꝑfectum virū finxit:atqꝫ expſſit:vt oēs illū nobis tanqꝫ vnicū exēplar ad vitā degendā ꝓponeremꝰ.Ac neſcio·an me
lius multo apud hunc:qꝫ apud phōs huiuſcemōi oīa aſſeqris.Illi em̄ q̄ vitā beatā ꝑſtent ſubtiliter docēt:potius qꝫ ad
illa trahāt.Hic ꝑſtātium virorꝝ ꝑclariſſima geſta recēſēdo:nos(quia oēs exēplo facile mouemur)ad illos imitādos ve
hemēter inflāmat.Quapropter q̄ illic auribꝰ ꝑcipimus hic tanqꝫ nitidiſſimo ī ſpeculo(neſcio q̊ pacto)nobis intueri:&
dum gerunt adeſſe videmur.Quāobrē tanto nos hęc qꝫ illa magis mouebunt:qꝫto oculorꝝ qꝫ auriū ſenſus acriores eē
cognoſcimꝰ.Nā quis vnqꝫ rēp.melioribus legibus tēperauit:In q̊ vnqꝫ duce aut audiſtis:aut legiſtis tantā meſſe rei mi
litaris diſciplinā:qꝫta in vno ænea deſcribit?Ac dices nō oēs in repu.prīcipes eſſe:aut exercitibus preponi poſſumꝰ:lon
geqꝫ plures priuati:qꝫ cum ꝑtāte viuimus.Quod qdē(vt verꝝ eſt)ita ingenue fatebor.Sed nōne & priuatis hoībus q̊
pacto ſecum:q̊ cū ſuis:q̊ cum ciuibus:q̊ cum ꝑegrinis agendū ſit:frequēter admonet.Sed video dū ſingulis inſiſtere
cupio:longius multo qꝫ procemii anguſtię patiunt ꝓgredi:ac rerꝝ copia ita vrgeri:vt dū nihil indictū reliquere nitor:
nihil ſatis ꝓ dignitate explicem.Verꝝ vt paucis infinita expediā:ita locū cōcludā:vt vniuerſam huiꝰ ſcriptoris poeſim
laudē eſſe virtutis:atqꝫ oīa ad illā referri ſine dubitatiōe affirmē.Que vero ad ſummū bonum quod in diuinis rebus
cōtēplandis cognoſcēdiſqꝫ cōſiſtere ſcimus ꝑtinet:quā oīno diuine.ixi.ænei libris mirifico figmēto intexuerit ſatis pro
nr̄i ingenii viribus in eo libro expſſimus:in q̊ parens tuus Laurentius hæc inueſtigās inducit. Adde ad hęc qꝫ multa:
quę natura ipſa penitus in obſcuro cōdidit atqꝫ abſtruſit:ille ſingulis ſępe verſiculis:& breuiſſimis:quod poetarꝝ eſt:
verbis ꝑſtringit:qꝫ docte ventorꝝ vim ac naturā explicat:qꝫ ſignate tum tēpeſtates:tū multos & ſyderꝝ ortus obituſqꝫ
exprimit:qꝫ elegāter errores lunæ:ſoliſqꝫ labores refert.Quā vere vnde pluuię:vnde ſerenitates:vnde cœli aut clemē
tia aut inclemētia ſit:oñdit.De aīorꝝ autē noſtrorꝝ vi naturaqꝫ:deqꝫ rerꝝ principiis:nōne ita ſcrutat:vt oēs oīm phōrꝝ
ſectas ac familias noſſe illum manifeſtū ſit?Adde ad hęc cognitionē hiſtoriarꝝ?Adde qꝫ diligentiſſimus antiqtatis &
nō modo nr̄arꝝ rerꝝ:ſed & grecarꝝ & oīm nationū inueſtigator extiterit.Pręterea ius ciuile.Omitto ius pōtificiū priſco
rum.Pretermitto id quod augurꝝ eſt:q̄ quidē oīa ſi ab eo ieiune:ſi aride:ſi inculte ſcripta eſſent:eſſent tn̄ ꝓper eorꝝ va
rium multiplicē ac maximū vſum oī ſtudio cognoſcēda.nunc autē tā incredibili verborꝝ copia atqꝫ elegātia inſignita.
tam admirabili ſniarꝝ grauitate illuſtrata.tot ſalibus reſperſa.tanta ſtili varietate grauiter ac iocunde compoſita:cum
ſint:quis nō vel noctes integras (ſi opus fuerit)ad diurnas huius poete lectiōes addat:cū ſummæ vtilitati ſūma ſit ad
iuncta voluptas?Hoc ego et ſi oībus diligēter faciundum cenſeā:neſcio tn̄ an tibi optime & mihi chariſſime Petre pre
cęteris ꝑſtādum ſit:ac apprime deceat:verꝝ etiā neceſſariū exiſtat.Neminē em̄ latet:qꝫtā de te expectationē ob primos
ad huiuſcemodi ſtudia ingreſſus:& ingeniū tuum ad oīa facillime aſſequenda ſingulari parenti tuo . quantā agnatis
atqꝫ amicis . quantā deniqꝫ ciuibus oībus excitaueris·Qui ſi tantū poetā recte tenueris:ita ꝓ cōperto te reſponſurꝝ ha
beo:vt vel huius ſolius cognitio ſi ad reliq̄ quę ꝑclara in te ſunt:integra accedat:inr̄ pręclaros viros oīno enumerādus
ſis:Eſt iam diu Petre medices princeps in repu.vr̄a domus tua:quę nō fortunę ſolum munere:ſed mlto magis virtute
ipſa:ita primū ſibi locum ī ciuitate vendicauit:vt ex cęteris oībus nulla ciuibus fuerit niſi longo interiecto interuallo ſi
bi ſecunda.Incredibilis fuit in Coſmo ꝑauo tuo:ſapientia:& veluti in eo quē variis fluxibus variiſqꝫ refluxibus fortu
na diutius exercuerat:tam ſagax in oī tēperandarꝝ rerꝝ genere prudētia apparuit:tā promptū & cum res ita flagitaret:
q̄ſi extēporaneū:neqꝫ tn̄ ob id minus graue cōſiliū:vt qcūqꝫ ille diceret:ea nō ab humano ore ꝑfecta:ſed a diuino ora
culo decantata viderent.Erat em̄ in eo viro id ꝑcipue quod Vlyſſi veluti in rebus humanis oīm maximū Home.tri
buit.Nā mores hoīm multorꝝ vidit & vrbes.Hoc igit auctore & magnas res in repu.geſtas:& grauiſſima a validiſ
ſimis hoſtibus illata bella ꝓpulſata vidimus.Sola deniqꝫ huius viri ſapiā:inſubrū validum imꝑium:q̄ venetorum
potētia iā pene vorauerat:e mediis(vt ita loquar)faucibꝰ ereptū:& Franciſco Sphortiæ:qui diutius nr̄is exercitibus im
peritauerat porrectū ē:quod qdē vnicum eo tꝑe Italię remediū fuerat:ne vniuerſa ī venetorꝝ ditionē deueniret.Omit
to plurima alia & maxima:qbus ille nō ſolum ꝑ vniuerſam ethuriā ac totā Italiā celeber illuſtriſqꝫ & hactenus fuit:
& in futurꝝ erit:ſed deinde ingēs eius nomē gallias:hiſpanias:oēmqꝫ germaniā:cunctaſqꝫ britanici oceani īſulas reple
uit.Succeſſit illi Petrus filius:cuius tu nomē refers:q & anteqꝫ aduerſa valitudīe īpediret:plurimis ac maxīs de rebus
legatiōibus functus:pp̄lo florētino decus gloriāqꝫ īmortalē pepit.Ac deīde cū illi ꝑ valitudinē in ſenatū venire nō li
ceret:domi tn̄ ſedēs:ac cū ſuis ciuibus ſingulr̄ de rebus diſceptās:rē nr̄am publicā ita admīſtrauit:vt ſummā ī eo prudē
tiā:ſummę innocētię cōiunctā oēs cognoſcerēt.Multę elucebāt ī eo virtutes.Sed nō eſt nr̄i inſtituti:vt familiæ tuæ
hoc tꝑe laudes ꝓſequar.Nouiſſime aūt ſucceſſit defuncto pr̄i Laurētius parens tuus nōdum plene adoleſcēs:ſed quē
natura acerrimo ingenio:ſtudiū vero a teneris vnguiculis aſſiduū multis iā litteris ornauerat.Verꝝ vix rē attigerat pu
blicā:cū fortuna illū ex trāquilliſſimo portu ī turbulētiſſimā tēpeſtatē pepulit:ſed vtraqꝫ fortuna illū illuſtrem reddi
dit.Nā neqꝫ ī ſecundis inſolētior factus:oīa maxīa ac grauiſſima tenera illa ætate ſeſe ferre poſſe indicauit. In diuerſis
autē quę vel fortiſſimorꝝ virorꝝ aīos ſępe defatigāt:ac poſtremo cōtundūt:minorē aīm nunqꝫ geſſit.Nā horrēdis pe
riculis inuicto robore obuiā eundo:amota oī penitus temeritatis ſuſpitiōe:grauiſſimas difficultates ſuperauit. Exorta
eſt ſubita:& a nemine expectata volateranorꝝ defectio:eratqꝫ apud oēs fere ciues penitus inſita mētibus opinio:illos
& ſitu vrbis & murorꝝ ꝓpugnaculorꝝqꝫ robore expugnari:niſi diuturna obſidione nō poſſe·Accerſitur igit ſenatus:ro
gantur ſinguli ſnīam.Quo quidē tꝑe cenſebant pene oēs illorꝝ obſtinatiſſime ꝑuicacitati ac inſolētię cedendū:illoſqꝫ
modo ī fidē redire vellēt:qbuſcūqꝫ cōditiōibꝰ recipiēdos:potiuſqꝫ armis cogēdos eſſe.At Laurētius q̄ hoīm ex ea re
inſolentiā cognoſceret:quiqꝫ illorꝝ mētes oīno alienas a florētino noīe intelligeret:iam em̄ & a prīcipibꝰ nōnullis & re
bus publicis auxilia ꝑ legatiōes implorarāt:& ſocietatē polliciti fuerāt.Qui deniqꝫ aīaduerteret illos impunitate:mō

Procemium Christoferi.

ea daret: ꝑ victoria cõtra nos vsuros neq; vnq; ad sanã mentẽ redituros: duxit & ad re pu. maiestatẽ tuendam: & ad
manifestissima nouoꝝ ꝑ Italiã tumultuũ seia anteq; coalesceret: q̃ primũ extinguẽda vehemẽter ꝑtinere: vt illi & vio
lati foederis: & ꝓditę fidei poenas penderẽt. Itaq;: vt est hõ ingenio ꝑspicacissimo: & ad oĩa vel etiã momẽtanea cele
ritate versatili: cũctasq; vtriq; sese rõnes efferrent ĩ vnũ adduxit: ac postremo & rei difficultatẽ: & ꝑiculoꝝ magnitu
dinẽ cũ maiestatis publicę iactura cõponens: & q̃d nisi cõtrairet dãni ignominięq;: q̃d rursus si iretur discriminis sub
eundũ esse diu pensitãs: tandẽ in eã sñiam deuenit: vt vinceret in viro magnanimo: & ad suę reipu. decus nato: id quod
in oĩbus fortibus insitũ semꝑ ac fixũ est: vinceret inquã amor patrię: cuius charitatẽ oĩs sapiens cęteris rebus sꝑ ꝑposu
it. Quapropter cũ in sñiam suã ciues hactenus repugnãtes: tandẽ traduxisset: multa circũspectiõe rem aggressus. Inui
cto aĩo ꝓsecutus: ac postremo cõtra quam multi putarẽt assecutus: expugnata vrbe: ppl̃m q̃ olĩ municipali iure fuerat
in deditionẽ venire coegit: atq; vectigalẽ pp̃lo florẽtino esse iussit: Neq; apparebat vnde turbulẽtior motus post hac
exoriri posset: cũ paulopost subita: & ꝑter oĩm opinionẽ ex improuiso exorta ꝓcella: te vniuersamq; simul ciuitatem e
trãquillissimo portu rursus ĩ medios fluctus: ac cęcos scopulos retraxit: vt nõ paulopost timẽdũ: sed pręsens ineuitabi
leq; naufragiũ appareret. Dabis suauissime Petre hoc ĩ loco roganti mihi veniã: si barbaricã illã: & oĩm sceleratissimã:
ac sine exẽplo cõiurationẽ silẽtio ꝑterierim: q̃ in tẽplo maxĩo inter sacra solẽnia: & Iulianꝰ frater sęuissime trucidatus:
& ipse Laurẽtiꝰ int̃ strictos: atq; vndiq; eũ petentes gladios: iã iã casurus: ita elapsus est: vt nõ humano: sed diuĩo au
xilio: & sua aĩ ꝑstantia: q̃ audacissimũ queq; terrere poterat de manu inimicoꝝ ereptus videat. Quãobrẽ quũ scelera
tissimi hoĩes quod nefaria mente cõceperãt: dolis ꝑficere neq̃rent. id armis statim aggressi sunt. Quo quidẽ tp̃e quot
hostiũ genera: q̃ iidẽ potentes: q̃ crudeles: q̃ validi exercitus: q̃ improuisi: q̃ inexpectati vndiq; nos inuasere: q cum
vnius innocẽtissimi iuuenis: & a q̃ nemo offensum se: ne dicã lęsum iure q̃ri posset sanguinẽ appetere ꝑ se ferrent: & il
lum simul & libertatẽ nr̃am ꝑdere ꝓperabãt. Neq; solũ humanis armis q̃bus mortaliũ ambitio nõnunq; sęuire con
sueuit: sed diuinis: si ea tñ diuĩa appellanda sunt: q̃ impie ac nefarie aduersus dei ꝑcepta adhibent: cõtra nos pugnatũ ẽ.
Nã eodẽ tp̃e & fines nr̃i igni ferroq; vastabant: pecora abigebant: virgines e matrũ amplexu in hostilẽ libidinem ra
piebant: viri miserrime cędebant: eodẽ (inquã) tp̃e hęc oĩa impie nefarie ac penitus barbarice tragiceq; fiebãt: & Romę
proh scelus inauditũ oĩm grauissimaꝝ nr̃ę religiõis aĩaduersionũ genere sęuiebat. Ac in eũ viꝝ eũq; ppl̃m q vera re
ligione nulli secũdus est: eas execratiões effundebat: q̃ a bono pontifice nõ nisi extrema necessitate ĩpellente in perfidos
christiani noĩs hostes raro effundi cõsueuere. Interdictũ est sacris: ĩ ea vrbe in q̃ nusq; alibi: neq; plura: neq; splendidio
ra: neq; cultiora tẽpla erecta cernunt: nec maiori sacroꝝ pompa: nec frequentiori pp̃lo res dĩna celebrat. In ea (inquã) vr
be in qua q̃cunq; te vertas: & magna: & freq̃ntia: & rerũ oĩum copia ornata ad diuĩos honores peragendos ędificia a
medica familia suis votis: suisq; sumptibus dedicata sese offerãt. O impiũ facinus: & multis ętatibus inauditũ. O du
rissima tp̃a: & sęcula fere ferrea: ĩ q̃bus a xp̃iana rep. is exul factus sit: qui semꝑ se nõ verbis solũ ac moribus: sed oĩ re
rum genere christianũ exhibuit: Multa prudẽs sciensq; ꝑtereo: ne tantaꝝ calamitatum acerbissimũ vulnus quod iã pene
coiuit nunc refricẽ. Cupio ei multaꝝ reꝝ quaꝝ recordatiõe etiã nũc horret animus obliuisci. Cupio crudelissimoꝝ tra
gicã sęuientẽ: & barbaricã rabiẽ e memoria delere. Cupio & id in primis: intestinaꝝ fraudulentoꝝ auctoꝝ insidiarum
nõ recordari. Quod em̃ esse censes Petre medices: q̃ nec sceleꝝ magnitudine cõcitatus reticere: nec rursus multis causis
coercitus recẽsere valeã. Nõ tñ in tam horrẽdis ꝑiculis cõstitutus Laurẽtius: cum neq; cui se satis tuto crederet: neq; a
q̃ caueret satis certo sciret: ex excellentię suę gradu neq; vnq; cessit: neq; q̃cq; de aĩ inuicti magnitudine imminuit. Ita
q; cũ sapientissime q̃ queq; via agenda essent: q̃ rõne: aut hoc vitandũ: aut illi obuiã eundũ ꝓuidisset: qua aĩ magni
tudine ĩmortalis deus maxĩa queq; ꝑicula aggressus est: quã nunq; ĩg̃l̃ię vitę cupidũ sese oñdit. Quã cõtra & publi
cę libertatis: maiestatisq;: & suę dignitatis oĩ tp̃e: oĩ loco apud om̃e hoĩm genus sese acerrimũ ꝓpugnatorẽ exhibuit.
Quod em̃ vnq; discrimen ĩ tã sibi inimica fortuna adeo tremendũ accidit: q̃d eum a cõstanti ĩ decoro seruando ꝓposi
to alienaret? Quando illi aut cõfidẽtia: q̃ auctore in magnis ac honestis rebus plurimũ firmatis: ac roboris certa cũ spe
animꝰ sibi cõpar illi defuit? q̃n a ꝑseuerantia q̃ est ĩ re bene suscepta stabilis ꝑpetuaq; mãsio vnq; deiectus est: quãdo
deniq; patientia: q̃ pręclarissima fortitudinis comite res arduas: ac difficiles vtiliatis honestatisq; cã diuturne equa
nimiterq; ꝑferimus illũ deseruit. Quapropter ita vniuersum hũc locũ cõcludã: huius viri: huius inq̃ viri sapĩa atq; aĩ
excellentia: nr̃ę reip. libertatẽ ex sęuissimoꝝ hostiũ faucibus ereptã: nobisq; restitutã esse. Hoc auctore ac duce: maiesta
tis publicę dignitas: q̃ pene iã extincta esset: nõ solũ in pristinũ gradum reuocata est: sed amplior multo atq; illustrior
reddita: Sed vt ad alia laboriosa illa q̃dẽ: sed minus iniq̃ tandẽ trãseat oro cuius obsecro viri in ferraricẽsi impio a serui
tute liberãdo maior ꝓmptiorq; opa atq; industria q̃ Laurẽtii apparuit? Taceo multa q̃ totius italię firmissimo testi
monio cõuĩcere facile possim. Sed nolo dũ vnũ laudo: ĩ nõnulloꝝ: q etiã magna laude digni sunt odiũ incurrere. Quo
bello cõfecto fuit oĩm opinio cũ florentini pp̃li opes vehemẽter attritas: & multoꝝ annoꝝ bellis ęrariũ exhaustum:
viderẽt ciues: ipsos grauissimis assiduisq; vectigalibus diu defatigatos libẽter q̃eturos. At Laurẽtius nihil ex vsu pu
blico esse putãs: q̃d notã aliquã inureret: fessam ciuitatẽ grauissimis argumẽtis ĩ eã sñiam attraxit: vt Sergianã vrbẽ
de genuẽsibus penso auro a nobis demptã: ac ꝑinde de ipsaꝝ induciaꝝ tp̃s ab iisdẽ ꝑ sũmã fraudẽ ereptã iustissimis ar
mis repeteremꝰ: sumpta ẽ ig̃it expeditio. ac robusto validoq; exercitu in hostilẽ agꝝ ꝓperatũ. Veꝝ cũ a Petro sanctensi
bus nr̃ę copię. ne ĩ ea q̃ nr̃a essent venirẽt: grauia impedimenta inferrent: in eos oĩs belli moles cõuersa est. Erat autem
oppidũ nõ solũ arce moenibusq; munitissimũ. Sed magna militũ copia: magna armoꝝ: magna tormentorũ vi refertis
simũ: & om̃e missilium genere ĩstructũ. Oppugnabat sũma ducũ prudẽtia: sũmo militũ robore: ac audacia. Nihil in
tentatũ: nihil inausum relinq̃bat: nec tñ antea in deditionẽ receptũ oppidũ est: q̃ ipse ĩ castra ꝓfectus sit: cuius q̃dem
aduentu]stãta vndiq; nr̃is: accessit auctoritas: tãtus hostibus metus: vt statim se suaq; oĩa florẽtino pp̃lo dederent: ac
Laurẽtii fidei cuncta cõmitterent: postulabat post hęc reip. ratio: vt sergianã obsideremus. Veꝝ coegit ppl̃m florẽtinũ
subita inuasio neapolitani regni: vt iustissimũ bellũ aduersus fidefragos hostes ĩ aliud tp̃s reiiceret: & victor exercitꝰ
ad defensionẽ cõfoederati regis traduceret. Multa hic taceo: q̃bus solis vel ĩmortalis g̃l̃ia parentis tui ꝓpagari possit.
Erat aũt maior ciuiũ pars ĩ ea sñia: vt nr̃orũ potius q̃ aliorũ rõ haberet. Grandia erant munera: et honorificẽtissima:
que publice priuatimq; offerebant: si ociose rei euentũ spectaremus: poterãtq; omibus bonis id approbãtibus suscipi.
Verũ ille nihil ant quius reip. esse debere: nihilq; magis ad eum viꝝ qui multa virtute excellens: & esse: & haberi vel
let ꝑtinere arbitratus: q̃ fidẽ publice datã seruare. id: ne longior sim ꝑstitit: q̃d nisi ꝑstitisset: sed nõ possum oĩa q̃ sen
tio. Verũ sine iactura silentio hęc ꝑtereo: q̃niã neminẽ latere pñt. Sortitũ est tandẽ bellũ illud eum euẽtum: in quem vi
res oẽs suas Lau. intenderat. nõ solum fortuna: sed multo magis sapĩa in ea re sibi operã nauante. Ex q̃bus oĩbus id in
uidorũ etiã virorũ iudicio assecutus est: vt ĩ rebus maximis agendis: ac domi forisq; admĩstrãdis vniuersa italia pri
mas prudentię fortitudinisq; partes illi sine cõtrouersia cõcedat. Quod iccirco mirabilius multo videt: q̃niã pauloan
te ĩ eũ locũ infoeliciссissimis casibus deiectus abiectusq; fuerat: vt maior hoĩum pars fortunę temeritatem secuta: illũ pe
nitus negligerent. Nihil dicã de recepta sergiana: q̃ expugnatio & obstinatiõe roboreq; hostium: & loci natura: & nu
mero ex oĩ genere tormẽtorũ difficilima: ac diuturna videret: ꝓfectus est ipse in castra: eiusq; ꝑsentia: & nr̃is aditus: &

hostibus ademptus animus est: cōsilio autē suo multa: quę ad obsidionē expugnationē'q; facerent addita: multa etiam immutatata: atq; alio loco: aliacq; forma instituta. Ad quas oēs res addita tanti viri auctoritate breui effectū est: vt illius fide sese dedētes: in potestatē nostrā redirēt sergianenses. Sed vt ipm tandē in vrbem reducā: qd illo in sņia dicēda sapientius: quid in disputādo acutius: quid in cōsultādo velocius: qd in ciuitatis maiestate cōseruāda augēdacq; attentius: vigilātius: tolerātius demū inuenies. Multę vt ī hoīe ciuili sunt in eo lrē: bonus est musicus: bonus architectus: bonus agricola: Eloquentia vero siue extemporanea sit: siue excogitata: & a natura copiosam accepit: & artificio atq; exercitatione illam grauitate: iucunditatecq; illustrem reddidit. Verum cum pręter illud ꝑpetuum ac cōtinuatū genus dicendi: alterū quocq; sit quo aut dicentē ita lacessimus: vt & penitus confundat: & quid cōtra respondeat: haud facile inueniat: vt lacessiti ita acute respondemus: vt eum lacessisse pœniteat. Ergo vtrūcq; hoc: ita Laurentio concedo: vt cum ab eo discesserim: quē illi secundū adhibeam nō reperiam. Nam quāta vehementia & amaritudine: si ita necessitas cogat: aduersarium veluti telis acerrimis configit: aut quod magis ex ingenio suo est: q; vrbane: q; salse: q; facete: q; lepide illum eludit. Florentina autē lingua: ita eruditus: ita excultus est: vt si eius: aut elegos: aut lyricos relegas: eum omnibus nostri seculi poetis facile anteponas: & ad priscos illos proxime omnino accedere iudices. Sed dices: quorsum hęc in prooemii angustiis intrudis: atq; inculcas: quæ vix longiori historia satis pro dignitate explicari possent? Nempe vt intelligas voluisse me non externis: sed domesticis exemplis hortari te: vt eadem via qua parens tuus pergens iisdē virtutibus ad eandē nominis gloriā peruenires: pręsertim cū ille tam exacta cura ac diligentia operā semper dederit nequa ex iis rebus quibus bonas omēs artes facilius acquirimus tibi adesset. Plurima sunt quæ in illo admirer: sed illud ꝑ cæteris q in liberis educandis: indulgentioris quidē parentis nunq; : opimi vero ac sapientissimi semper summa sedulitate officiū cōpleuerit: in te vero informādo: instituēdo: atq; erudiendo: quid vnq; omisit. Nam q̄uis ipse ꝑ se quotidie admoneret: precipet: ac iuberet: tamē cū sciret q̄nti esset: ne a ꝑceptoris latere vnq; discederes: ex omī hoim doctoꝝ copia Angelū politianū elegit: virū multa: ac varia doctrina eruditū: poetā vero egregiū: egregiūcq; oratorē: ac denicq; totius antiquitatis diligentē ꝑscrutatorē: cui puerilē ætatem tuā: & optimis moribus fingendā: & optimis artibus: ac disciplinis excolendā traderet. Verū cum ad parētis preceptoriscq; diligentiā: acutissimū quocq; ingeniū tuū: & ardentissimum studiū accederet: pro miraculo omnino est q; breui: q; maxime moribus atq; doctrina ꝓfeceris. Verum vt alia omittam vix tertium supra decimū ætatis annū impleueras: cū ita latine loquereris: vt florētine: ac ita pene grece: vt latine. Sed ne assentator potiuscq; adhortator videar: plurima ad ꝑsens omittā. Id solū addā: tui te parētis verā esse imaginem: essecq; manifestissima in tua tenera ætate signa: in q̄bus nobis spes certissima sit: cū in adultos annos ꝑueneris: illū te ꝑ omēs gradus actuꝝ: atq; expſsurū esse: sed nos iam. P. V. interꝑtatiōes ita ꝓsequemur: vt seorsum seruianę: a nostris in codice describant: cum vero ad æneidos volumen deuenerimus: ea quocq; quę Donati sunt: in breuiarium redacta: atq; ꝑ epithoma descripta: suo nomine interserenda curabimus.

VITA VIRGILII Auctore Donato.



VIRGILIVS Maro parentibus modicis fuit: & precipue patre Marone: quem quidam opificem figulum: plures magi cuiusdam viatoris initio mercenarium: mox ob industriam generum tradiderunt: quē cū agricolationi reicq; rusticę: & gregib⁹ præfecisset socer: syluis coemūdis: & apib⁹ curandis reculam auxit: natus est. CN. Pompeio magno: & M. Licinio. Crasso primū cons. Iduum Octobrium die in pago: qui andes dicitur: qui est a Mantua non procul. Pręgnans eo mater Maia somniauit enixā se laureum ramum: quem cōtacta terra confestim cerneret coaluisse: & excreuisse ilico in speciem maturę arboris refectę variis pomis: & floribus: ac sequenti luce cum marito rus ꝓpinquū petens ex itinere diuertit: atq; in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt infantē vt fuit editus: nec euagisse: & adeo miti vultu fuisse: vt haud dubiā spē posterioris geniturę iā tum indicaret. Et accessit aliud præsagiū. Siquidē virga populea more regionis in puerperiis eodē statim loco depacta: ita breui coaluit: vt multo ante satas populos adequasset: Quę arbor Virgilij. ex eo dicta atq; cōsecrata est summa grauidaꝝ: & foetarū religione: suscipiētiū ibi & soluentiū vota. Initia ætatis: id est vsq; ad septimū annū cremone egit: & xvii. anno virilē togā coepit illis cōsulibus iteꝝ: quibus nat⁹ erat. Euenitcq; vt eo ipso die Lucret⁹ poeta decederet: sed Virgili⁹ a cremona Mediolanū: & inde paulopost Neapolim trāsiit: vbi cū lrīs: & grecis: & latinis vehemētissimā operā dedisset: tandē oī cura: oīcq; studio indulsit medicinę & mathematicis. Quibus rebus cū ante alios eruditior: peritiorcq; esset: se in vrbē cōtulit. Statimcq; mgri stabuli equoꝝ Augusti amicitiā nactus: multos variosq; morbos incidētes equis curauit. At illi Augustus in mercedem singulis dieb⁹ panes Virgilio: vt vni ex stabulariis dari iussit. Interea a Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus: qui oīm iudicio spem portendebat ỽtutis & celeritatis īmensę. Hunc cū aspexisset Maro: mgro stabuli dixit natū esse ex morbosa equa: & nō virib⁹ valiturū: nec celeritate. Idq; veꝝ fuisse inuētū est. quod cū mgr stabuli Augusto recitasset: duplicari ipsi ī mercedē panis iussit. Cū itē ex Hispania Augusto canes duo mitterent: & parētes eoꝝ: dixit Virgilius: & animū celeritatēcq; futurā. Quo cognito mādat iteꝝ augmētari Virgilio panes. Dubitauit August⁹ Octaui ne filius eēt: an alterius: Idq; Maronē ap̄re posse arbitratus ē: quia canū: & equi naturā: parētesq; cognorat. Amotis igit oībus arbitris: illū in penitiorē partē domus vocat: & solū rogat: an sciat: q̄snā eēt: & quā ad fœlicitādos hoīes facultatē hr̄et. Noui inq̄t Maro te Cæsarē Augustū: & ferme æquā cū diis īmortalibus ꝑtātē habere: vt queuis fœlicē facias. Eo aīo sum rn̄dit Cæsar: vt si veꝝ ꝓrogatu dixeris: beatū te fœlicēq; reddā. Vtinā ait Maro interrogāti tibi vera dicere queā. Tūc Augustus: Putāt alii me natū Octauio. qdā suspicant alio me genitū viro. Maro subridens. facile inq̄t: si impune licetercq; q̄ sentio loq̄ iubes id dicā. affirmat Cæsar iureiurādo nullū eius dictū ægre laturū: imo nō nisi donatū ab eo discessuꝝ: ad hęc oculos oculis Augusti infigens Maro. facilius ait: in ceteris aīalib⁹ qualitates parentū: mathematicis: & philosophia cognosci possunt: in hoīe nequaq; possibile est: sed de te coniecturam habeo similē veri: vt quid exercuerit pater tuus scire possim. Attente expectabat. Augustus quid nā diceret. At ille: q̄ntum ego rē intelligere possum: pistoris filius es inquit. Obstupuerat Cæsar: & statim q̄ id pacto fieri potuerit: aīo voluebat. Interrūpens Virgi. audi inq̄t q̄ pacto id cōiicio. Cū qdā enūciarim ꝑdixerimq; q̄ intelligi sciricq; nō nisi ab eruditissimis sūmiscq; viris potuissent. tu priceps orbis. itē & itē panes in mercedē dari iussisti: qd quidē aut pistoris: aut nati pistore officium erat. At deinceps inquit Cæsar. non a pistore: sed a rege magnanimo dona feres. Placuit Cæsari facetia: illūq; plurimi fecit: & Pollioni cōmēdauit. Corpore & statura fuit grandi: aqlino colore: facie rusticana: valitudine varia. Nam plerūq; ab stomacho: et faucibus: ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam sepius eiecit: cibi vinicq; min mi: Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse: sed boni ita eum pueros amasse putauerunt: vt Socrates Alcibiadem: & Plato suos pueros. Verum inter omēs maxime dilexit Cebetē: & Alexandrū: quē secūda bucolicorū æglogā Alexim appellat. Donatū sibi ab Asinio Pollione: vtrunq; nō ineruditum dimisit. Nā Alexandrū Grāmaticū Cebetem vero & poetā. vulgatū est cōsueuisse eum cū Plotia Hieria: sed Asconius Pedian⁹ affirmat ipsum postea maioribus natu narrare solitū: inuitatū qdē se a Varo ad cōionem mulieris: veꝝ ꝑtinacissime recusasse: cætera sane vita: & ore & animo iam probum fuisse constat: vt Neapoli Parthenias appellaretur vulgo. Ac si quando Romæ quo ra-

rissime cōmeabat viseretur: in publico sectantes demonstranteſq; se subterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto: non sustinuit accipere. Possedit propecenties sextertiū ex liberalitatibus amicorum: habuitq; domum Romæ in exquiliis: iuxta hortos Mecœnati: q̄q; secessu campaniæ siciliæq; plurimū vteretur. Quęcunq; ab Augusto peteret: repulsam nusq; habuit. Parentibus quot annis aurum ad abundantem alitū mittebat: quos iam grandis amisit: ex quibus patrem oculis captum: & duos fratres germanos Silonem impuberē: Flaccum iam adultum: cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet: Inter cętera studia vt supra diximus) medicinę quoq; ac maxime mathematicæ operam dedit. Egit & causam vnam omīno: nec amplius q̄ semel. Sermone tardissimum: ac pene indocto similem fuisse Melisius tradidit. Poeticam puer adhuc auspicatus in balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertū lapidibus distichon fecit. Monte sub hoc lapidum tegitur balista sepultus: Nocte die tutum carpe viator iter: deinde Cathalecton: & Moretum: & Priapeiam: & Epigrāmata: & Diras: & Culicē: cum esset annorum. xxv. cuius materia talis est. Pastor fatigatus æstu: cum sub arbore obdormisset: & serpens ad illum prorepe ret: e palude culex prouolauit: atq; inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contriuit: & viam serpentē interemit: ac sepulchrū culici statuit: & distichon fecit. Parue culex: pecudū custos tibi tale merenti. Funeris officiū uitæ pro munere redit. Scripsit etiā: de qua ambigit̄ ætnam: & mox cū res romanas inchoasset offensus materia: & nominū asperitate: ad buccolica transit: maxime vt Asinium Pollionem: Alphenum: Varū: & Corneliū Gallum celebraret: quia in distributōne agrorū qui post philippensem victoriā veteranis triū virorū iussu trās padū diuidebātur: indēnē se pstitissent: deīde Georgica ī honorē Mecœnatis edidit: cū sibi vix dū noto: opē tulisset aduersus Claudii Veterani milites: vel vt alii putant Arii cēturionis violētiā: a quo in altercatōne litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissime autem æneidem agressus est. Argumentum varium: & multiplex: & quasi amborum Homeri carminum instar. Præterea nominibus ac rebus græcis latinisq; cōmune: & in quo quod maxime studebat Romanæ simul vrbis: & Augusti origo contineretur. Cum Georgica scriberet: traditur quotidie mediatos mane plurimos versus dictare solitū: ac per totū diem retractando ad paucissimos redigere. nō absurde: carmen se vrsæ more parere dicens: & lābendo demū effingere. Aeneida prosaica prius oratione formatā: digestāq; in duodecim libros particulatim cōponere instituit: vt quidā tradunt. Alii eius sententiæ sunt: vt existiment eū si diutius vixisset quottuor &. xx. libros vsq; Augusti tempora scripturū: atq; alia quidē percursurū. Augusti vero gesta diligētissime executurū: qppe qui dū scriberet: ne qd impetū moraret: quędā impfecta reliquit. Alia leuissimis versibus scripsit: quos per iocum pro tigillis: vel tibicinibus interpuni a se dicebat ad sustinendū opus: donec solidæ columbæ aduenirēt. Buccolica triennio asinii Pollionis suasu perfecit. Hic trans padū prouinciā regebat: cuius fauore cū veteranis Augu. militibus cremonensium: & mantuanoꝝ agri distribuerent. suos Virgilius nō amisit. Facta em̄ distributione: suos Claudio seu Arrio datos recuperauit. Hunc Pollionem maxime amauit Maro: & ab eo magna munera tulit. Quippe qui inuitatus ad cœnam: captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri: eum dono accepit. Huius Pollionis filiū. C. Asinium: et Corneliū Gallū oratorē clarum: & poetā nō mediocrem miro amore dilexit Virgilius: Is trāstulit euphorionē in latinum: & libris quattuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit: pōstea in suspitionē cōiurationis cōtra illum ductus occisus est. Veꝝ vsq; adeo hunc Gallum Virgilius amarat: vt quartus Georgicoꝝ a medio vsq; ad finem eius laudē contineret: quē postea iubente Augusto in Aristæi fabulā commutauit. Georgica septennio Neapoli. Aeneida: partim in sicilia: partim in Campania. xi. annis cōfecit. Buccolica eo successu edidit: vt in scæna quoq; per cantores crebra pronunciatione recitarētur: at cum Cicero quosdā versus audisset: & statim acri iudicio intellexisset: non cōmuni vena editos: iussit ab initio totā æglogam recitari: quam cum acurate pernotasset in fine ait. Magnę spes altera Romæ: quasi ipse lingnæ latinæ spes prima fuisset: & Maro futurus esset secunda: quæ verba postea æneidi ipse inseruit. Georgica reuersa ab actiaca victoria Augu. atq; reficiendarū virium causa Attelle cōmoranti per continuum quadriduum legit: suscipiente Mecœnate legendi vicem: quotiens interpellaretur ipse vocis offensione. Pronunciauit autē maxima cū suauitate: & lenociniis miris. Seneca tradidit Iulium montanum solitū dicere: inuolaturum se quædam Virgilio: si & vocē posset: & os: & hypocrisim. Eosdem em̄ versus eo pronunciante bene sonare. Sine illo inarescere quasi mutos. Aeneidos vix cœptæ tanta extitit fama: vt Sextus Pompeius nō dubitarit sic prædicare. Cedite Romani scriptores: cedite graii. Nescio quid maius nascitur iliade. Augustus vero cum iam forte expeditione cātabrica adesset: & supplicibus: atq; minacibus per iocum litteris efflagitaret: vt sibi de æneide: vt ipsiꝰ verba sunt: vel prima carminis hypographa: vel quodlibet colon mitteret: negauit se facturū Virgiliꝰ. Cui tamen multo post perfecta demum materia tris omnino libros recitauit: secundū videlicet quartū: & sextum. Sed hunc pręcipue ob Octauiam: quæ cū recitationi interesset ad illos de filio suo versus. Tu Marcellus eris: defecisse fertur: atq; ægre refocillata: dena sextertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit & pluribus: sed neq; frequēter. & ferme illa: de quibus ambigebat: quo magis iudicium hominū experiretur. Erotem librarium & libertū eius exactæ iam senectutis tradunt referre solitum: quondam in recitando eum duos dimidiatos versus cōplesse ex tempore. Misenum Aeolidē adiecisse: quo nō præstantior alter. Item huic: Aere ciere viros: simili calore iactatum subiunxisse: martemq; accendere cantu. Statimq; sibi imperasse: vt vtrūq; volumini ascriberet.

Bucolica Georgicaq; emēdauit. Anno vero. lii. vt vltimā mauū æneidi imponeret: statuit in greciā & asiā secedere: trienioq; cōtinuo omnē operā limationi dare: vt in reliqua vita tantū philosophiæ vacaret. Sed cū agressus iter athenis. occurrisset Augusto ab oriente romā reuertenti: vnacum Cæsare redire destinauit. At cum Megera vicinum athenis oppidum visendi grā peteret: lāguorē nactus est: quē nō intermissa nauigatio auxit. Ita vt grauior in dies tandem Brundusiū aduentarit: vbi diebus paucis obiit. x. kal. Octo. CN. Pl ncio. Q. Lucretio consulibus: qui cū grauari morbo sese sentiret: scrinia sæpe: & magna instantia petiuit: crematurus æneida: qbus negatis testamēto cōburi iussit: vt rem inemendatā impfectāq;. Verū Tucca & Varus m onuerūt id Augustū nō permissuꝝ. Tunc eidem Varro ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit: ne quid adderēt: quod a se editum nō esset: & versus etiam impfectos: si qui erant relinquerent. Voluit etiā eius ossa Neopolim transferri: vbi diu & suauissime vixerat: ac extrema valitudine: hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon. Translata igitur iussu Augu. eius ossa prout statuerat Neapolim fuere: sepultaq; via puteolana intra lapidem secundū: suoq; sepulchro id distichon: quod fecerat inscriptum est. Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc Parthenope: cecini pascua: rura: duces. Heredes fecit: ex dimidia parte Valerium proculum fratrem ex alio patre. ex quarta Augustum: ex. xii. Mecœnatem. ex reliqua. L. Varum & Plociū Tuccam: qui eius æneidem post obitum: prout petiuerat iussu Cæsaris emendarunt. Nam nullius omnino sententia crematu æneis digna visa fuit: de qua re Sulpitii carthaginēsis extant huiuscemodi versus. Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis Virgilius. Phrygium quę cecinere ducem Tucca vetat: Varusq; simul: tu maxime Cæsar: non finis: & latiæ cōsulis historiæ. Infoelix gemino cecidit ꝓpe pergamos igni. Et bene ē alio troia cremata rogo. Extant & Augusti de ipsa eadē re versus plures & clarissimi: quoꝝ initium ita est. Ergo ne supremis potuit vox improba verbis Tā dirum

mandare nefas: ergo ibit in ignis. Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis: Et paulopost. Sed legū ē seruanda fides: suprema voluntas. Quod mandat fieriq; iubet parere necesse est. Frangat potius legū ueneranda potestas. Quāto: cōgestos noctesq; diesq; labores hauserit vna dies: Et quæ sequūtur. Nihil igitur auctore Augusto Va rrus edidit. quod & Maro præceperat: sed summatim emendauit: vt qui versus etiā impfectos si qui erant: reliquit. Hos multi mox supplere conati nō perinde valuerūt ob difficultatē: ꝙ omnia fere apud eum emistichia: præter illud quē tibi iā Troia peperit: sensum vident habere perfectū. Nisius grāmaticus audisse se a senioribus dicebat Varum duoꝝ libroꝝ ordinem cōmutasse: & qui tum secūdus erat in tertium locū transtulisse: etiā primi libri correxisse principiū his demptis versibus. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena: Carmen: & egressus syluis vicina coegi: Vt q̄uis auido parerent arua colono. Gratum opus agricolis: : at nunc horrentia martis Arma virumq; cano. Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit: caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas aeglogas: sed insulsissimæ Paro quidam deridet: & sic deridendo incipit.

Tityre si toga calda tibi est: quo tegmine fagi? Sequentis. Dic mihi Damoeta cuiū pecus: an ne latinū? Non: verū aegonis: nostri sic rure loquuntur. Alius recitante eo ex Georgicis. Nudus ara: sere nudus. subiecit: habebis frigora febrem. Est & aduersus aeneida liber Carbillii pictoris titulo aeneido mastix. M. Vipranius eum a Macœnate suppositum appellabat: nouæ cacozilæ repertorem: neq; tumidum neq; exilem: sed cōmunibus verbis opus illud confecisse. Herenius vitia eius tantum cōtraxit. Perilius Faustinus furta. Sunt & Quinti Octaui Auiti volumina: Quib⁹ annotantur quos: & vnde versus transtulerit. Asconius Pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilii scripsit pauca admodum ei obiecta proponit: & potissimū quod nō recte historiā contexuit: & ꝙ pleraq; ab Homero sumpsit: sed hoc crimen sic defendere assuetum ait: Cur non illi quoq; eadē furta tentarent. Verum intellecturos facilius esse Herculi clauam quā Homero versum surripere: & tamē destinasse secedere: vt omnia ad satietatē maliuolorū decideret: Refert etiā Pedianus benignum cultoremq; omniū bonoꝝ: atq; eruditoꝝ fuisse: & vsq; adeo inuidia expertem fuisse: vt si quid erudite dictum inspiceret alterius: nō minus gauderet: ac si suū fuisset: neminē vituperare: laudare bonos: ea humanitate esse: vt nisi puersus maxime quisq; illū non diligeret modo: sed amaret: Nil proprii habere videbatur. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat ac sibi. Illudq; Euripedis antiqui sæpe vsurpabat τα τον φιλων κοινα Cōmunia amicorū esse omnia. Quare coæuos omēs poetas ita adiunctos habuit: vt cum inter se plurimum inuidia arderent: illum vna omnes colerent. Varus Tucca: Horatius: Callus: Propertius. Anser vero quoniā Antonii partes secutus est illum nō obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturā illum nō tulit. Glorię vero adeo cōtemptor fuit: vt cum quidā versus quosdam sibi adscriberent: eaq; re docti haberent: non modo ęgre nō ferebat: imo voluptuosum id erat. Cum enī distichon quod laudem fœlicitatemq; Augusti cōtinebat fecisset. Valuisq; non nominato auctore infixisset: id erat huiusmodi. Nocte pluit tota: redeunt spectacula mane.

Diuisum imperium cū Ioue Cęsar habet. Diu quęritans Augustus cuiusnam hi versus essent: eorū auctorem nō inueniebat: Bactillus vero poeta quidā mediocris: tacentibus aliis sibi adscripsit. Quāobrem Donatus honoratusq; a Cęsare fuit: quod ęquo animo nō ferens Virgilius iisdem valuis affixit quater hoc principium. Sic vos nō vobis: Postulabat Augustus vt hi versus cōplerentur: ꝙ cum frustra aliqui conati essent. virgilius pręposito disticho sic subiūxit. Hos ego versiculos feci: tulit alter honores. Sic vos nō vobis nidificatis aues. Sic vos nō vobis velera fertis oues. Sic vos non vobis mellificatis apes. Sic vos non vobis fertis aratra boues. Quo cognito aliquādiu Batylus Romę fabula fuit: Maro vero exaltatior Cum is aliquando Ennium in manu haberet: rogareturq; quidnam faceret: Respōdit se aurum colligere de stercore Ennii. Habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis non multum ornatis. Interroganti Augusto quo pacto ciuitas fœliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenuerint: & boni malis pręponantur. Itaq; optimi suos habeant honores: nulli tamen aliorum iniusti quicquā fiat. At Mœcenas quid inquit Virgilii satietatem homini non affert. Omnium rerum respondit: aut similitudo: aut multitudo stomachum facit pręter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam fœlicemq; eius fortunam seruare potest. Cui Maro: Si quantum honore a diuitiis aliis pręstantior sit: tanto liberalitate & iusticia alios superare nitatur. Solitus erat dicere nullā virtutem commodiorem homini esse patientia: ac nullam asperam adeo esse fortunam: quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quam sentētiam in quinto ęneidos inseruit: Nate dea quo fata trahant retrahātq; sequamur. Quicquid erit superanda omnis fortuna ferenda est. Cum quidam eius amicus Cornificii in eum maledicta: & inimicitias sibi narraret. Quam putas (inquit) esse huiusce rei maliuolentię causam. Nam neq; vnquā Cornificium offendi: & eum amo: an inquit Hesiodi sententię non meministi: vbi ait: Architectum architecto inuidere: poętam poetę. De malis inquit gręcus ille intellexit. Nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude: & gloria vindictam in manu habeo: maiore enim cura virtuti intendam: atq; quo elegantior fiam: eo magis inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam orator: & poesim mediocriter doctus: cui multiplex variumq; ingenium erat: qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur. non vt verū dignosceret: quod Socrates facere consueuit: sed vt eruditior videretur. Hic Virgiliū vbicunq; cōuenire dabatur maledictis salibusq; vexabat. Quare ille sepe aut tacibūdus discedebat: & suffusus pudore tacebat. Verum cum Augusto audiente elinguem illum diceret: & causam etiā suam si linguam haberet: defendere nequiret. Tace inquit rabula: nam hęc mea taciturnitas defensorē causarū mearum Augustū fecit & Mœcenatem: & ea tuba cum volo loquor: quę vbiq; & diutissime audietur. Tu loquacitate non modo aures hominum: sed muros rumpis. Augustus vero Filistum graui vultu increpauit. Tunc Maro si tempus Cęsar (inquit) tacendi hic sciret: raro loqueretur. Tacendum enim semper est: nisi cum taciturnitas tibi noceat: aut oratio aliis prosit. Nam qui contendit: & cōtentionis finis vtilis q̄ sit nō nouit: stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaq̄ Augustus summa reꝝ omniū potitus est: venit in mentē an cōduceret tyrannidē cōmittere: & omnē potestatē annuis consulibus: & senatui rempubli. reddere. in qua re diuersę sententię cōsultos habuit Mecœnatem: & Agrippā. Agrippa enim vtile sibi fore etiā si honestū nō esset relinquere tyrannidē longa oratione. Contendit: quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur: quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diuersę sententię variis rationibus firmatę. Rogauit igitur Maronem an cōferat priuato homini se in sua republi. tyrannum facere. Tum ille omnibus ferme inquit reipubli. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit & ciuibus: qui necesse erat propter odia subditorum: aut eorū iniusticiam magna suspitione: magnoq; timore viuere: sed si ciues iustū aliquē scirent: quē amarent: plurimum ciuitati id vtile foret. si ī eo vno oīs potestas esset. Quare si iusticiam: (quod modo facis) omnibus in futurū nulla hominum facta compositione: distribues: dominari te: & tibi conducet & orbi. Beniuolentiam enim omnium habes: vt deum te & adorent & credant. Eius sententiam secutus Cæsar principatū tenuit. Audiuit a Silone pręcepta Epicuri: cuius doctrinę sociū habuit Varum: q̄uis diuersorum philosophorū opiniones libris suis inseruisse de anima maxime videatur: ipse tamē fuit achademicus. Nam Platonis sentētias oīb⁹ aliis pretulit. Nunc q̄niā de auctore summatim diximus: de ipso iam carmine dicendum videtur: quod bifariam tractari solet, hoc est: & ante opus & in ipso

opere. Ante opus titulus: causam: intētio. Titul⁹ in q̄ querit̄ cuius sit: & quare hoc potissimū sibi ad scribendū poeta
præsumpserit. Intentio: in q̄ cognoscit̄ q̄d efficere conet̄ poeta. In ipso opere sane tria spectant̄: numerus: ordo: expla
natio. Quāuis igit̄ multa ψευδογραφη: id est falsa inscriptiōe sub alieno noīe sunt prolata: vt thyestes tragœdia huius
poetæ. quā Varrus edidit pro sua: & alia huiuscemodi: tamē Bucolica liquido Virgilii esse minime dubitandum est:
præsertim cum ipse poeta tanq̄ hoc metuens principiū huius opis: & in principio æneī. & in alio carmine suum esse te
status sit: sic dicens: Ille ego qui quondam gracili modulatus auena: & reliqua: Et carmina qui lusi pastorum audaxq̄
iuuenta. Tityre te patulę cecini sub tegmine fagi. Bucolica autē & dici & recte appellari: vel hoc solum indicium suf
fecerat: q̄ hoc eodem nomine apud Theocricum censeatur. Verum ratio quoq̄ demonstranda est: Tria sunt pastorū
genera: quæ dignitatem in bucolicis habent: quorꝫ qui minimi sunt αἰπόλοι dicuntur a græcis: iidem a nobis caprarii.
Paulo honoratiores qui: ποιμένες .i. opiliones dicūtur. Honestissimi: & maximi βουκόλοι: quos bubulcos dicimus.
Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi: q̄ ab eo gradu qui apud pastores excellentissimus inueni
tur. Causa dupliciter inspici solet: ab origine carmīs: & a voluntate scribentis. Originē autē bucolici carminis alii ob
aliam causam ferunt. Sunt enim qui a lacedæmoniis pastoribus Dianæ primū carmen hoc redditum dicant: cū eidē
deæ propter bellum: quod toti græciæ illo tempore Persę inferebant exhiberi per virgines de more sacra nō possent.
Alii ab Oreste circa siciliam vago id genus carminis Dianæ redditum loquuntur per ipsum atq̄ pastores: quo tem
pore de scythia cum pylade fugerat surrepto numinis simulachro: et lato in fasce lignorū: vnde fascelidem dianam ha
bent nuncupatam: apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdē numinis Iphigeniam sororem suam a patricidio fue
rat expiatus. Alii Apollini Nomio pastorali .s. deo: qua tempestate Admeti boues pauerat. Alii libero nympharum .s.
& satyrorū: & id genus numinum principi: quibus placet rusticum carmen. Alii Mercurio daphnidis patri pastorū
omnium principii: & apud Theocritum: & apud hunc ipsum poetā. Alii in honorē Panos scribi putant peculiariter
pastoralis dei. Item Sileni Siluani: atq̄ Faunorum. Quæ cum omīa dicantur: illud erit probatissimū bucolicum car
men originem ducere a priscis temporibus: quibus vita pastoralis exercita erat: Et ideo velut aurei sæculi speciē in hu
iusmodi personarū simplicitate cognosci: & merito. Virgilium processurum ad alia carmine nō aliunde cœpisse: nisi
ab ea vita: quæ prima in terris fuit. Nam postea rura culta: & ad postremū ꝓ cultis & feracibus terris bella suscepta:
q̄ videtur Virgilius in ipso ordine operū suorꝫ voluisse monstrare: cum pastores primo: deinde agricolas canit: & ad
vltimum bellatores. Restat vt quæ causa voluntatem attulerit poetæ bucolica potissimū scribendi cōsideremus. Aut
enim dulcedine carminis Theocriti: & admiratione eius illectus est: aut ordinē temporꝫ est secutus erga vitā humanā:
vt supra diximus. Aut tris modos elocutionū: quos χαρακτῆρας græci vocant ἰσχνόν: qui tenuis ἁδρόν: qui vali
dus μέσον. qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium qui in omni genere præualuerit: Bucolica primum:
Georgica secundū: Aeneida tertiū voluisse cōscribere. Aut ideo potius primo Bucolica scripsit: vt in eiusmodi carmi
ne: quod & paulo liberius: & magis validū q̄ cætera est: facultatem haberet captandæ Cæsaris indulgentiæ: repeten
diq̄ agri quē amiserat. Ob hanc causam die tertio iduum martiarū. C. Cæsare interfecto: cum Augustum Cæsarem
pene puerum veterani milites nō abnuente senatu sibi ducem cōstituissent. Exorto ciuili bello cremonenses cum cæte
ris eiusdem studii aduersarios Augusti Cæsaris adiuuerunt. Vnde factū est: vt cum victor Augustus in eorꝫ agros
veteranos deduci iussisset nō sufficiente agro cremonēsium. Mantuani quoq̄ in quibus erat Virgilius maximā partē
suorum finium ꝑdiderunt: eo q̄ vicini cremonēsibus fuerant. Sed Virgilius Augusti familiaritate: suoq̄ carmine fre
tus centuriani Ario obsistere ausus est. Ille statim vt miles ad gladium manum admouit. Cunq̄ se in fugam proripu
isset poeta: Non prius persequēdi finis fuit: q̄ se in fluuium Virgilius coniecisset: sed postea a Mœcenate & Pollio
ne: & ipso Augusto fauentibus agros suos recepit. Intentio libri: quam σκοπόν græci vocant imitatione Theocriti
poetę constituitur: qui siculus & syracusanus fuit. Est intentio etiam ī laudem Cæsaris: & principum cæterorum: per
q̄s in sedes suas rediit. Vnde vt delectationē & vtilitatē finis cōtineret: secundū præcepta cuncta cōfecit. Queri solet
cur nō plures q̄ decē æglogas cōscripserit: quod nequaq̄ mirādum videbit̄ ei q cōsiderauerit ætatē scænarꝫ pastora
lium: quæ vltra hunc numerꝫ nō pōt ꝓferri: præsertim cum ipse poeta circūspectior Theocrito (vt ipsa res indicat) vi
deat̄ metuere: ne illa æglogа: quæ Pollioni inscribit̄: minus rustica videat̄: cū ipsam sic præstruat ipse dicēs: Sicelides
musæ paulo maiora canamus: & itē sīr̄iter in aliis duabus facit. Illud tenēdū esse prædicimus ī bucolicis Virgilii: neq̄
nusquā: neq̄ vbiq̄ aliq̄d figurate dici: hoc est ꝑ allegoriā. Vix em̄ ꝓpter laudē Cæsaris & amissos agros hæc virgi
lio cōcedunt̄: cū Theocritus: quē hic noster toto studio imitari conat̄ simpliciter oīno cōscripserit. Quod autē ī ipso
carmine tractari solet: est numerus: ordo: explanatio. Numerus æglogarꝫ manifest⁹ est: Nā decē sunt: ex q̄b⁹ proprie
bucolicæ septē esse credunt̄. Nā tres vltimæ ꝓprie bucolicæ dici nō debent. Pollio. s. Silenus: & Gallus. Prima igit̄
cōtinet ꝯquestionē publicā: & priuatā gratulationē de agro: & dicit̄ Tityrus. Secunda amorē pueri: & dicit̄ Alexis.
Tertia certamē pastorꝫ: & dicit̄ palæmon: Quarta genethliacum: & dicit̄ Pollio. Quinta epitaphium: & dicit̄ daph
nis. Sexta methamorphosim: & dicit̄ Varus: & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorꝫ sexuum: &
dicit̄ Damon. Nona cōtinet poetæ cōquestionē de amisso agro: & dicit̄ Mœris. Decima desideriū Galli: & dicit̄ Gal
lus. Quod ad ordinē spectat illud scire debemus: in prima tm̄: & ī vltima æglogа poetā voluisse ordinē seruare: q̄niā
in altera principiū cōstituit: vt in Georgicis ait. Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. In altera ostendit finē quippe
qui dicat: Extremum hunc arethusa mihi cōcede laborē. Verū inter ipsas æglogas pastoralē: cōscriptūq̄ ordinē nullū
esse certissimū est. Sed sunt q dicūt inicium Bucolici carminis nō Tityre. sed prima syracusio dignata est ludere versu.
Supest explanatio: ad quā anteq̄ veniamus illud dixerim tenue eē bucolicū carmē: & vsq̄ adeo ab heroico caractere
distare: vt versus quoq̄ huius carminis suas quasdā cęsuras habeāt: & suis legibus distinguant̄. Nā cum tribus ꝓbet̄
metrū: cæsura: scansione: modificatione: nō erit bucolicus versus: nisi in q̄ & pes primus partē orōnis absoluerit: & ter
tius trocheus fuerit: etiā cæsura: & quartus pes dactylus magisq̄ spondeus partē orōnis terminauerit. Quintus &
Sextus pes ex integris dictionibus fuerit: quod Virgilius a Theocrito sæpe seruatum victus operis difficultate negle
xit in solo principio incertum industria an casu has cæsuras seruauerit. Nam Tityrre dactylus partē orōnis absoluit:
tu pa tu: læ re cu: tertiū trotheum: quāuis decōposita dictione cōclusit: bans sub: quartum spondeum ꝓ dactylo: cum
subiunxit tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrū comma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theo
criti ferme omnibus versibus admirari. Qui vero supradicta acri iudicio diligēterq̄ considerarit: facile intelliget quæ
in Georgicis intentio: quiq̄ finis fuerit: nec minus etiam in æneide.

Poematis stili genera tria sunt: aut enim actiuum: vł imitatiuū quod græci δραματικόν appellāt: in quo personæ
loquentes introducuntur sine poetæ interlocutione: vt sunt tragœdiæ & comœdię. δρᾶν enim græce agere dicitur: q̄
genere scripta ē. prima Tityre: & Quo te mœri pedes: Aut enarratiuū: quod græce διηγηματικόν appellāt: in q̄ poe
ta ipse loquitur sine interpositione personæ: vt tres primi Georgicon libri. Itē Lucretii carmina: aut cōmune; vel mixtū
quod græci μικτόν appellant; vbi & poeta ipse loquitur; & introductæ personæ; vt virgilii Aeneis.

SERVII Mauri Honorati grammatici in Bucolica Maronis cōmentariorū Liber.



BVCOLICA vt ferunt inde dicta sunt a custodia boum: id est αποτων βουκολων. Præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alii dicunt eo tempore quo Xerxes persarum rex inuasit græciam: cum omēs intra muros laterent: nec possent more solito Dianę sacra persolui: cōuenisse ad montes Laconas rusticos: & in eius honorem hymnos dixisse: vnde natū carmen bucolicum ætas posterior elimauit. Alii dicunt Orestem cum Dianæ fascelidis simulachrum raptū ex scythia adueheret: ad siciliam esse tempestate delatum: completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis collectis nautis suis: & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alii non Dianæ: sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt: quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii rusticis nominibus a pastoribus dicatum hoc asserūt carmen: vt Pani Faunis: ac satyris: & hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est scilicet humilis character. Tres enim sunt characteres: humilis: medius: grandiloquus. quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in æneide grandiloquum habet: in Georgi. medium: in bucolicis humilem pro qualitate negociorum & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt simplicitate gaudentes: scilicet a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmen bucolicum. Debet quarto pede terminare partem orationis: qui pes si sit dactylus: meliorem efficit versum: vt Nos patriæ fines & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactylus esse debet: & terminare partem orationis: vt Tytire. quam legem Theocritus vehementer obseruat: Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiauit: hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret. Plurimus hoc pollet siculæ telluris alumnus. Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poetæ hæc est: vt imitetur Theocritum syracusanum meliorem Moscho: & cæteris qui bucolica scripserunt: vnde est. Prima syracusio dignata est ludere versu nostra neq;: & aliquibus locis per allegoriā agit gratias Augusto: vel aliis nominibus: quorum fauore amissum agrum recepit: in qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim vbiq; simplex est. Hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras: quas perite plerunq; etiam ex Theocriti versibus facit: quos ab illo dictos constat simpliciter: hoc autem fit poetica vrbanitate: sic Iuuena. Actoris aurunci spolium. Nam Virgilii de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Et causa scribendorum bucolicorum hæc est. Cum post occisum. iii. idus martias in senatu Cæsarem Augustus eius filius contra persecutores patris: & Antoniū ciuilia bella mouisset: victoria potitus cremonensium agros: qui contra eum senserant militibus suis dedit. qui cum non sufficerent: etiam mantuanorum iussit distribui: non propter culpam: sed propter vicinitatem: vnde est Mantua ve misere nimium vicina cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius Romam venit: & potentium fauore meruit: vt agrum suum solus reciperet. Ad quem recipiendum profectus: ab Ario centurione: qui eum tenebat pene est interemptus: nisi se præcipitasset in Mintium: vnde est αλληγορικως. ipse aries etiam nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis triumuiris: & ipsi integer ager reditus est: & mantuanis pro parte: hinc est ꝙ in prima ægloga legimus recepisse agrum: postea eum querelantem inuenimus: vt audieras & fama fuit: sed carmina tantum nostra valent licyda tela inter martia quantū Chaonias dicunt aquila veniente columbas: Nec numerus hic dubius est: nec ordo librorum. Quippe cum vnus sit liber. De æglogis tantum multi dubitant. Quæ licet. x. sint: incertum tamen est: quo ordine scriptæ sint: Pleriq; duas certas volunt ipsius testimonio vltimam: vt Extremum hunc: & primam: vt in Georgicis Tytire te patulæ cecini sub tegmine fagi. Alii primam illam volunt. Prima syracusio dignata est ludere versu: sed est sciendū. vii. æglogas eē meras rusticas: quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus a bucolico carmine: sed cum excusatione discessit: vt in genethliaco Salonini: & in Syleni Theologia: vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poetę vitam in æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur. Sane sciendum Virgili. xxv. annorum scripsisse Bucolica. Vnde etiam in fine Georgi. Audaxq; iuuēta. Tytire te paulæ cecini sub tegmine fagi.. & dicit Donatus (q̊d etiam in poetæ memorauimus vita) inscribendis carminibus naturalem ordinem secutū esse Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in mōtibus vita. Post agriculturæ amor. Inde bellorum cura successit. Notandum quoq; bucolica vel georgica: cum apud græcos in fine habeant accentum. apud nos in tertia a fine habere. Nā vt in vltima sit: latinitas vetat: vt in penultima non: sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum: & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta: vt Melibeus ο τιμελειοστωτων βοων: id est q̄ curam gerit boum: ꝙ Tytirꝰ dicitur aries maior. Nam laconum lingua Tytirus dicitur aries maior: qui gregem antestre consueuerit: sicut etiam in comœdiis inuenimus. Nam Pamphilus est totus amans. Glicerium quasi dulcis mulier: Philomela amabilis: Personæ: (sicut supra dixi) rusticæ sunt: & simplicitate gaudentes. Vnde in his nihil vrbanū: nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rustica sunt omnia negocia: comparationes: et si qua sunt alia. Hinc est ꝙ annos a fructibus computat: vt Post aliquot mea regna videns mirabor aristas: Hinc etiam illæ compararíones sunt. Nā neq; me tantū venientibus sibilus austri; Nec percussa iuuāt fluctu tā littora; Nec quæ saxosas inter decurrūt flumina valles.

Argumēta Aeglogæ Primæ.

Publij Virgilij Maronis Mantuani opera

cū cōmētariis Seruii Mauri honorati grāmatici: Aelii Donati: Christofori Landini: Antonii Mancinelli & Domicii Calderini.

Argumentum ęglogę primę: quę Tytirus dicitur.

A patria fugiens Melibęus forte sub vmbra.
Tytrion inuenit cantantem carmina amicę.
Quapropter miratus ei sua damna recenset:
Auctoremq; sui declarat Tytirus oci.

SEBASTIANVS BRANT

Sub fagi recubans Melibęum Tytirus vmbra
Solatur profugum: collataq; munia laudat.





TITYRE. SERVIVS. Inducitur pastor qui dā iacēs sub arbore securus et ociosus dare operā cantilenę: Alter vero qui cū gregibus ex suis pellitur finibus: Tityrū aspiciēs sic alloquit. Tityrū autē pro Virgilio accipiamus non vbiqꝫ: sed vbi rō exigit. ANTO. M. Tityrus lybice hircū significat. Melibœus est grece cura boum: Sunt aūt noia a Theocrito sumpta. p Tityrum se: p Melibœū reliqs mantuanos: allegorice intelligit. ℭ Etsi orōnis qnqꝫ sint partes. Vltime tamen due: memoria & pronūciatio: solius dicentis sunt. Prime aūt tres etiam ad scribentē ptinēt: hæ sunt inuētio: dispositio: & elocutio. Verū elocutio ea est: que caracterē siue figurā oratiōis quæ triplex est conficit. Elocutio aūt habet elegantiā: cōpositōem: et dignitatē. Elegantia singula verba eligit. Compositio illa iam electa constituit: atqꝫ componit. Itaqꝫ qualē figuram exprimere volum⁹: talia verba talisqꝫ compositio est adhibenda. Figura aūt generi rerū quas scribimus accommodanda est. Ergo cū hic res pastoralis ageretur: hūilis atqꝫ depssa oratio fuit eligenda: ac hūilis infimaqꝫ figura. Quapropter cū elegisset: Tityre recubās sub tegmie patulę fagi: quę verba nihil elatum habent nihilqꝫ grande resonant. tñ ita illa construxit atqꝫ composuit: vt illud infimū elocutiōis genus nō excederet. Itaqꝫ si attente audias: Tityre tu patulę recubās sub tegmine fagi: intelliges omnia suppssa atqꝫ demissa. Nam iudicium hoc totū aurīū (modo illę eruditę sint) esse deprehendes. ℭ. Tityre. Amice ac familiariter incepit a nomie proprio qd in homine equali aut inferiori beniuolentiā conciliat. Sin autē superior sit persona: a nomine dignitatis suę appellari postulat. Tityrus pastoris nomen a theocrito sumptū. Is enī ęgloga tertia inqt. Tityre lasciuas virgultis pasce capellas. Et in vltima Tityrus ast illic miseros cantabat amores Daphnidis. Hircus aūt lybica lingua Tityrus appellatur: vt probus asserit. Et Melibœus cura boum diligens. Scribit idemqꝫ Maro per allegoriam facit se esse Tityrū: & Melibœum Corneliū Gallū: qui admiratur qꝫ Virgilius solos agros retinuerit.

b Tu. CHRIS. q. d. solus ex omnibus nobis.

c Patulę. SER. Proprie qd sp patet dicimus patulū vt nares: arbor. Patens quod aperitur & clauditur: vt hostiū & oculi. ANTO Patulę apertę & latę patentis. Patulū bouem plautus appellabat. cuius cornua diuersę atqꝫ late pateret: vt Festus edocet. d Recubans. CRI. Recubans qd propriū ociosi securiqꝫ est. Nam cui aut negociū aut p̄iculū iminet is minime recubare audet. AN. Recubās. i. iacens qescēs. Iacens aūt semi supinus sedens intelligendū. qua qdem voce magnā Tityri securitatē & requiem innuit: cum iaceret omni spreto timore.

e Sub tegmine. CRI. id est in tegumēto a tegendo: vt agmen ab agendo. ANT. Sub tegmine sub vmbra: hinc ait postea. Tu Tityre lentus in vmbra.

f Fagi. SER. Dixit aūt sub fago allegorice. i. sub arbore glādifera: quę olim fuit victus causa. Antea enī homies glandibus vescebanť. Hinc fagus. ἀπὸ τοῦ φαγεῖν: id ē comedere. ergo sub fago iaces. i. tuas retētas possessiōes quibus aleris. vt olim fago alebanť. CRI. Fagi glans triangula cute includiť: hęc muribus gratissima est: &



Tityre tu patulę recubās sub tegmine fagi,
Siluestrē tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines: & dulcia linqm⁹ arua:
Nos patriā fugim⁹ / tu tityre lētus ī vmbra
Formosā resonarē doces amaryllida siluas. Ti.

turdis: glires quoqꝫ saginat: suem hilarē facit: carnem & coctibilem & vtilē & leuem stomacho. Et qꝫuis ex abietis quoqꝫ & picis & tilię cortice vasa fiant: vt ex cortice fagi: tamē in qdam vsu sacrorū: religiosus est fagi cortex: ait Plinius. g Siluestrē musam. SER. id est rusticū carmē. ANT. Siluestrē musam: rusticū carmē. musa enī cantus dicit. μουσίζω cantu cōtendo. h Tenui auena. SER. i. culmo: auena: stipula. Vñ rustici cantare cōsueuerūt: sic alibi. Stridēti miserꝫ stipula dispdere carmē. Tenui humilē stilum significat quo hic vtitur. CRI. Tenui distat a subtili. Tenue enī diminutionē rei vt plurimū notat. Vnde et tenuis vbi argilla. & tenue argentū venęqꝫ secūdę. Hinc attenuo et extenuo. nec habet laudem nisi illa diminutio sit ex vsu. vt si dicam⁹ tenuia vellera. Subtile vero acuitatem habet: ergo laudať subtile ingeniū: tenue vituperatur. Auena pro omni culmo: ex q̄ rustici fistulā faciūt. AN. Tenui auena. subtili calamo aut fistula vel stipula: p quod gracile dicendi genus ostēdit. i Meditaris. SER. Per antiltichon ab eo est qd greci μελετῶ dicunt: L. enim & d. inuicē cedunt. vt sella pro seda. AN. Meditaris: meditando canis: exponis: exerces. k Nos patrię fines. CRI. Contentio est color rhetoricus. Et est cū cōtraria contrariis opponūtur. Item expolitio est: qa eadē de re sepius dicit: sic in hoc loco. Nos anxii exulamus: tu ociosus manes. Preterea est repetitio: nam in principio clausulę repetiť. Item est interptatio: q̄ sepe affert magnū argumētū rei. Nā interpretať fines patrię esse dulcia arua: quę res mouet cōmiseratione. AN. Nos patrię fi. Nos patriā fugimus Anaphora est. i. relatio de qua legito nostrū carmē de figuris. l Dulcia arua. Ouidius. libro pmo de ponto ait. Nescio qua natale solū dulcedie cūctos Ducit: & immemores nō sinit esse sui. m Nos patriam fugimus. Prę dolore idē sepius repetit. n Fugimus. SER. Fugimus plus est qꝫ relinqmus: sic Horatius. teucer solamia patreqꝫ cū fugeret. CRI. Fugim⁹. Dixerat linqmus patriā. verū qa voluntariū potuisset ee exiliū. addidit fugimus: qd sūmā etiā mouet cōmiseratione. Nā qd pt ee miserius qꝫ incidere ī eā calamitatē: vt patriā (q̄ nihil ē dulci⁹) veluti rē pniciosam fugere cogaris? o Lentus. S ociosus: vt. Qui nūc lenti cōsedimus aruis. ANT. Lentus securus & ociosus auctore Nonio. CRI. Lentus in vm. nos properamus in fuga: tu ociaris in loco ameno. nos exercemur in labore: tu in iucundo & voluptuoso cantu. p Resonare doces a. f. SER. Carmen tuū de amica Amaryllide cōpositū doces siluas resonare. Intelligimus aūt melius simpliciter & nō allegorice: vt aiunt quidā: q dicūt tu carmen de Roma condis. Plus enī stupet Melibœus si ita ille securus est: vt tantū de suis amoribus cantet. ANT. Resonare p echo scilicet. echeo enī resono dicit. echo son⁹. Ouid. libro iii. meth. scribit Echo nympham fuisse: restitisseqꝫ ei vocē solū & ossa: ossaqꝫ lapidis figurā traxisse: vocem manere q̄ siluis latet: omibusqꝫ audit. Nam sonus ē qui viuit in illa. CRI. Resonare aūt amaryllida: poeticū ē et p figurā dictū. Nam sonare nō trāsit: sic dicimus currere cursum. Doces siluas resonare. i. doces siluas vt resonent. i. p reboatū referāt tuū carmē. Sed de reboatu & qd sit & quō fiat: dicemus paulo post.

q Amaryllida. AN. A tertia Theocriti ęgloga. sumptū

nomen & argumentū est: vt ibi. Canto ego blandicias sterilesq; amaryllida silue Cādidulā recinūt. Amarigma autē splendor dicitur: amarisso luceo. CRIS. Amaryllis sunt q dicunt esse nomē mulieris quā Romę adamauit: r O meliboee. ANT. O est hoc loco admirandi aduerbiū seu magis interiectio. Vtrūq;.n. dici potest: vt Pris. li. decimoquinto docuit: melius tñ interiectio dicet. Ea enī sola animi affectus exprimit vt Dona. etiam scribit. Ad mirabat autē Tityrus q̄ ille dixerat. Nos patriam fugimus &c. Est ergo cū admiratōe legēdū. C. O meliboee & hic s̄mo familiaris ē & amicus. o vero nō vocantis: sed pene letātis: q̄ p̄ter spem amicū nihil tale expectās viderit: & distiguit. o Meliboee: vt sit salutantis: ac deinde addens. nobis hec ocia fecit. Vel si iūgis & cōtinua sit orō. O Meliboee deus &c. Erit o homis admirātis magnitudinē bñficii in se a deo collati.

lia. Atq; vt araneoli tenuem formauimus orsum. Lusimus hęc propter culicis sint carmia dicta. Omnis vt hystorię p ludum consonet ordo. d Calamo. S. agresti stilo: vt supra tenui musa. A. Calamo agresti. rustica fistula: Rustica enī hic tractat. e Non equidē inuideo: S. Ne frequens interrogatio forta sse ex inuidia potius q̄ ex admiratione esse videatur. A. Non equidem inuideo: suspitionem tollit: quo se Tityri ocio non dolere: sed potius letari ostendat. f Vsq; adeo. A. intantum: g Turbatur. S. Turbamur sine discretiōe culpę vel meriti: et inuidiose tempora Augusti latenter carpit. Turbatur autem est verbum impersonale quod ad om̄es pertinet: nam Mantuanorū fuerat cōmunis expulsio. Si turbamur legas: ad paucos videtur pertinere: ANTO. Turbatur. turbatio fit. h Capellas. CRI. Que habent. r. in vltima syllaba in diminutiuis mutāt r in duplex ll. Ergo a capra capella. a cultro cultellus. ab vmbra vmbella.

O meliboee: deus nobis hæc ocia fecit.
Nanq; erit ille mihi semp deus / illius aram
Sepe tener nr̄is ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) et ipsum
Ludere q̄ vellem calamo pmisit agresti. Me.
Nō eq̄dē īuideo: miror magis: vndiq; totis
Vsq; adeo turbaī agris: en ipse capellas
proten⁹ æger ago / hāc etiā vix Tityre duco.
Hic inter densas corylos mō nāq; gemellos
Spem gregis (ah) silice in nuda cōnixa reliq̄t.
Sepe malū hoc nobis (si mēs nō leua fuisset)
De coelo tactas memī prædicere quercus:

f Deus. AN. Augustū intelligit: cui Sueto. teste: etiam viuenti prouintiarum quoq; plereq; templa & aras: ludos q̄q; quiquennales pene oppidatim cōstituerunt. De quo & latius egloga quarta.

t Hec ocia fecit. ANTO: Pollionis enī Varri. & Galli gratia: Maroni Augustus agrum reddiderat: vt ostendimus. Ocia quietē & securitatē. Est ociū proprie vacatio a labore: cuius cōtrariū est negocium. CRI. Hęc ocia quasi tam magna ocia: & fatetur q̄ ille dixerat. Tu Tityre lentus in vmbra..

v Nanq; erit &c. SER. Iteratio excludit adulationis colorē. A. Nāq; certe. x Semp. SER. & dū viuit: & post mortē. Alii enī imperatores post mortē inter deos referunt. August⁹ aūt templa viuus meruit. Hora. P̄nti tibi maturos largimur honores. Iurādasq; tuū p numen ponimus aras. Sic Lu. de Nerōe. Sed mihi iam numē es. y Ouilibus. ANT. Ouium caulis & septis. CRI. Ouium stabulis. Sic etiā ab equis equile. a capra caprile. et a porco porcile. z Imbuet. SERVIVS. Imbuere est proprie inchoare et initiare. Cur ergo eandem rem sępe inchoat: quia sępe pascua mutant pastores. Vnde totiens aras imbuūt: q̄tiens pascua mutant. Sed etiā apd maiores imbuere est pfundere & madefacere. Ergo absolute possumus dicere sępe pfundet. ANT. Imbuet: pfundet: inficiet: madefaciet: maculabit. a Ille meas. ANT. Augusti in se beneficia memorat. b Errare. S. Pasci. vt mille meę siculis errant in montibus agnę. A. Errare: vagari: pasci. q voce etiā sine pastore tutas eē ostendit. c Ludere. S. scribere. vt carmia q lus. past. A. Ludere id significat versib⁹ scribere: sed ñ fere nisi opusculis: qualia sunt epigramata: et hec opuscula dicuntur lusus. C Ludere ita significat: vt nō referat nisi ad poetas. Non enī dicimus aut Ciceronē ludere tusculanas q̄stiones: aut liuiū ludere hystoriā Romanā. Neq; etiam poetas dicimus in oībus ludere: sed in leuioribus iucundioribusq;. Sic et Hora. de se. Poscimus si quid vacui sub vmbra lusim⁹ tecū. Qua pp̄ter neq; ī Geor: neq; ī Eneide ludere dixit: sed canere. sed hic. Et in libello quē Culicem appellat. Ait enī: Lusimus octaui gracili modulante tha

i Protenus. S. Porro tenus. id est lōge a finibus. paulo p⁹. At nos hinc al. AN. Protenus p e scribitur id est alōge. Protenus enī aduerbiū locale est. id est porro tenus. Protinus per i aduerbiū tpale est: id est statim. auctor ē Caper.

k Aeger. S. corpe & aio: A. Aeger p id quoq; pathos. id ē passio: clades: & affectio augetur.

l Hic inter &c. A. Nanq; hic inter densas corylos cōnixa ah silice in nuda reliquit gemellos.

m Corylos. AN. Corylus arbor p̄ducens nuces quę auelanę vel prenestinę dicunt: q̄s greci porticas vocant. n Gemellos. A. dicuntur gemini ex vno vtero & vno die editi: vt Marcellus ait: Philosophus vero libro septimo de hysto. animaliū scribit. In genere certe humano paucos geminos seruari: si alter mas sit: alter foemina. o Spem gregis. S. Marem & foeminā in vtroq; enim sexu reparatio gregis cōstat: C. Spem gregis. vt maius sit detrimentū q̄ si vterq; eiusdem sexus fuisset. p Ah silice in nuda. S. Ideo dolet quia solēt herbas substernere. A. Ah silice ī nuda. id est sine foliis & virgultis: cum affectu pronunciandum.

q Connixa. SER. Pro enixa. Hiatus enim causa mutauit prepositionem: vt est sedudite pro excludite. A. Connixa. partu soluta. r Sępe malum hoc. A. Quod dicit Tityrus non fabula est. Nam post Tullii cęsaris mortem prodigia fuere q̄ plurima: inter quę cōtinua fulmia in templis statuisq; deciderūt: vt etiā Appi. li. qrto oñdit & nos latissime in cōmentario secundę Odes Hor. (quē iam parauimus & edemus) dictauimus.

s Simēs. AN. Si: id est vtinā: est enī hoc loco optādi aduerbium. libro Eneid. vi. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat &c. t Leua. S. stulta contraria: sensus est. perdituros nos quandoq; agros: res manifesta pdicebat: sed nos intelligere nequiuimus. ANT. Leua. aduersa auctore Nonio. Dicit aūt aduersa mente futura mala dinoscere nequiisse. v De coelo. S. Recte compositū augurium. Nam quercus in tutela Iouis est. Sed prisci illius glande vescebantur. Tactas leniter fulmiatas. Cice

ro. Tactus etiã ille qui hanc vrbem condidit Romulus: significabat nutu imperatoris posse agros perire in quibus fulmĩatę sunt arbores. nam agri causa victus sunt: vt olim quercus. Tactas. tempale indicat fore dãnũ quale patiuntur arbres leuiter fulmiatę. A. de celo tactas: qn ꝙ signorũ genera obseruabant augures: ex celo: ex auibus: ex tripedibus: ex q̃drupedibus: ex diris. auctor est Festus. De coelo tactas. fulminatas: quotiẽs enĩ quercus fulmine tangit: vt plurimũ: malũ ꝓtendit. Quod etiã animaduerti. Nam tacta cuiusdã quercu intra annũ ille sponsam amisit: illa enĩ alteri nupsit: vñ etiam duo interfecti pluresq; etiam carcere affecti sunt. C. De celo tactas In Eneide oĩa vaticinandi genera breuiter cõplexi sumus: inter q̃ est aurusp cina: quę fulgura in se continet Nam q̃ fulmie tacta sunt: incõmodũ aut calamitates his ꝓtendunt: ad quos ꝑtinẽt. Quapropter cum Rome. aut capitoliũ aut alia loca publica fulmine tacta erãt: ad rẽpub. malũ spectare putabant: statiq; auruspices vel ex ipsa etiam Etruria accersebant. ✝ x Sepe sinistra caua. A. Hic versus non oĩbus textibus inest: plures antiq̃s vidi: & illum summi pontificis characteribus magnis: ꝑfecto alienus est. Tñ aduertẽdũ cornicẽ videre vnicã: mali ominis eẽ: duas vero ominis boni: quod quidem & legi: & exptus sũ pluries. Ipsa adeo est in auspicate garrulitatis: vt Plini. scribit. i. infelicis q̃si auspiciis repugnantibus. Ci. aũt libro prĩo de diuinatione scribit: coruũ a dextra: a sinistra cornicem facere ratum. y Sed tñ. C. id est tandẽ post longũ hunc de fulmine sermone. z Da. S. dic. Sic cõtra: Accipe nũc Danaũ. i. audi. A. Da dic. idem libro. vi. Da nõ indebita posco. Regna meis fatis. latio considere teucros. A vrbẽ S. De cęsare iterrogatus: vrbem describit. verũ id aut rusticana simplicitate est. vt ordine narrationis ignorato: ꝑ longas ambages ad interrogata descendit: aut q̃a sine cõtinente nõ põt esse contentũ: nec ꝑsona sine loco. ergo rogatus de cesare: locũ in q̃ eum viderat describit. Est autẽ longũ hyperbaton. vrbem quã dicũt. & hic illum vidi. A. vrbem ꝛc. longo interuallo respondet Tityrus ad interrogata: nam cũ Meliboeus dixisset. Sed tñ iste deus qs sit da Tityre nobis: Exponit prius vrbis Romę amplitudinem: inde causam quare vrbem ipsam oderit. Postea vero illic iuuenẽ illum vidisse: cui anno quoq; bis senos dies: se dicit sacrificare. Vrbem. vrbis appellatione. etiam si nomen nõ adderetur Romam tamẽ accipi receptũ est: vt Fabius libro. vi. edocuit. C. Vrbem. locus & edificia dicimus vrbem. habitatores. autẽ ciuitatem. b Stultus. S. rusticus. c Nostrę. S. mantuane. d Quo. SER. ad quam. aduerbiũ ꝓ nomie. e Ouium teneros. S. id est agnos. & est periphrasis. f Depellere. S. a lacte remouere. ANT. a lacte disiungere. Agni autem ad quattuor mẽses a mãmis vbi nati sũt: nõ disiũgunt: hędi tres: porci duos. Auctor est Varro. g Foetus. A. Dicit qcq̃d nascit ex mlierib⁹ vel pecoribus: & a foueo verbo descendit. inde etiã foetura. i. genitura: q̃ ꝓ toto aĩaliũ ꝓuẽtu poni cõsueuit: h Sic canib⁹. S. vult Romã nõ solũ magnitudie: sed etiã genere differre a ceteris ciuitatib⁹: & esse velut alterũ mũdũ: aut q̃ddã coelũ in q̃ cęsarẽ deũ vidit. Nã in cõparatione catuli ad canẽ: aut hędi ad capellã: quantitatis & nõ generis ponit differentiã. Qui vero leo dicit maior est cane: & q̃ntitatis & generis facit drñtiam. AN. Cõcludit igitur Romã nõ solũ reliq̃s vrbibus maiorem esse. Sed esse aliquã aliã rem. s. esse sedẽ deorũ. Hoc ꝓbat per Viburnũ & cupressum. Nam viburnum breuissimũ est: cupressus maxima. Hoc genus argumentatiõis Arestoteles & Cicero ponũt. i Componere. SER. Comparare. k Lenta viburna. A. Virgulta sunt q̃ de radice pullulant. Viburna autẽ minuta silua: humilia virgulta: vt genistę & hmõi. C. Viburnũ species ẽ fruticis. l Causa: A. Ea ẽ quę nos impigit ad aliqd faciedũ. Rõ aũt qua vtimur infaciẽdo: Seruius auctor in arte. Acci⁹ Qui potis est repelli q̃sq̃: vbi null⁹ ẽ causandi loc⁹: m Libertas. S amor libertatis: aliter autẽ seruus cupit libertatem: qui vult carere seruitute. Aliter ingenuus qui vult hr̃e liberam vitã. s. ꝓ suo arbitrio agere. vt nũc vult Virgili⁹ sub ꝑsona Tityri: latenter aũt carpit ea tpa in quib⁹ libertas ñ erat nisi Romę: Vt intelligamus Tityrum simplr̃ vt pastorẽ locutũ: Nam Theocritus eũ vbiq; mercẽnarium inducit: sic Virgilius: Tityre dũ redeo breuis est via: pasce capellas. A. Libertas ordo ẽ libertas q̃ sera tñ cãdidior id est clarior & lucidior respexit inertẽ: respexit inq̃ã postq; barba tondenti cadebat. & tñ venit longo post tempore. Conuenit & alter ordo sic videlicet. libertas cãdidior q̃ sera tñ respexit inertem postq; tondẽti barba cadebat. respexit tñ & lõgo post tpe venit. Est aũt sensus Tityrũ serius cogitasse adire Romã: etiã post resectã barbã: & tñ lõge post cogitatũ & primę barbę resectionẽ venisse. C. Libertas: aliter seruus: aliter ciuis optat libertatẽ. Seru⁹ ẽm optat a dño manumitti. Ciuis q̃rit vt ęq̃ iure in ciuitate viuat: vt libera sint iudicia: & nemini nisi q sit ĩ magistratu sit seruiẽdũ. Est autẽ libertas alia naturalr: alia de iure gentiũ. Natura ẽm hi liberi sunt q cũ minus valeant corporis viribus: sapientia & virtute reliq̃s ꝑstant: q̃bus vero prudentia nõ adest: & sola corpis vi nitunt. hi seruire prudẽtiori dicuntur: vt etiã in Politicis oñdit Arest. De iure vero gẽtium: hi dicũtur serui q̃ in bello capti: vẽdi ꝑnt: et seruire cogũt. Dicit ꝑterea libertas: excellentia & magnitudo animi: cũ nullo metu coerceri possum⁹: quin freti optima cõsciẽtia apertis verbis honestati: equitatiq; & publicę vtilitati fauemus. Ergo vt illa supior libertas: aut a fortũa: aut a natura est: sic hęc a bona mẽte & volũtaria ꝓficiscit: queãdmodũ reliq̃ virtutes. n Respexit inertẽ. S. Arguit suã inertiã q nõ prius Romã ierit: & nõ sit vsus puer libertate q̃ vsus est ꝑfectiori ętate. o Inertẽ. A. Segnem. desidem. p Candidior. S. Aut mutatio ꝑsonę: aut quidã rusticus senex loq̃tur nõ Virgi. ꝓ allegoriã: nam Virg. xxviii. anno scripsit Buc. Vel nõ barba sed libertas dicat candidior: antea eni libertas illi fuerat: sed nõ talis. q Tondẽti. A. sc;

✝ Sępe sinistra caua ꝓdixit ab ilice cornix.
Sed tñ iste deus qui sit da Tityre nobis: Ti.
Vrbem quã dicunt romã: Meliboee putaui
Stultus ego/huic nostrę silem: q̃ sępe solem⁹.
pastores ouiũ teneros depellere foetus.
Sic canibus catulos similes: sic mrĩb⁹ hędos
Noram: sic ꝑuis cõponere magna solebam.
Verũ hęc tñ alias inter caput extulit vrbes:
Quãtũ lenta solẽt inter viburna cuꝑssi. Me.
Et q̃ tanta fuit Romã tibi cã videndi: Ti.
Libertas: quę sera tñ respexit inertem
Candidior: postq; tondenti barba cadebat

Respexit tamen:& longo post tempe venit
postq̄ nos amaryllis habet: galatea reliqt.
Nanq̄ (fatebor enī) dū me galatea tenebat:
Nec spes libertatis erat: nec cura peculi:
Quāuis mlta meis exiret victima septis
pinguis:& ingratę p̄mereť case⁹ vrbi. (dibat
Nō vnq̄ grauis ęre domū mihi dextra re
Mirabar qd mœsta deos amaryllis vocares.
Cui pendere sua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat: ipsę te Tityre pinus:
Ipsi te fontes: ipsa hęc arbusta vocabant.
Quid facerē: neq̄ seruitio me exire licebat:
Nec tā pręsentes alibi cognoscere diuos.

mihi.nam passiue hic dicitur: sicut Georgic. libro tertio Incanaq̄ menta cyniphei tondent hirci:pro tondenť:ƒm Priscianū libro.viii.dicentē: sunt quedā in o terminātia: quę cum sint actiua:pro passiuis quoq̄ solent poni: vt lauo:tondeo:pro lauor & tondeor. r Longo post tpe. SER. Aut archaismos est. Antiqui em̄ ante:post:& circū:vtriq̄ casui iungebant. Aut longopost:vna pars est: & vt dicat:venit longopost: sicut mltomagis.multominus.postmodo. Hora. Postmodo quid mihi obsit Et longopost vt postposita videatur p̄positio:& in vnitatem coacta. s Galatea.A.gręce p ei diphthōgon galateia scribitur: & cum t. exili:nympha fuit quā Poliphęmus adamauit:vt Theoc.scribit ęgloga.vi.& Ouid.xiii.meth. Hic vero p Mantua ponitur allegoricos. Amaryllis vero pro Roma. Sed de allegoria legito nr̄m carmē. C. Galatea. Conueniens nomen rusticę mulieri q̄si lactis dea. Sunt q credunt illam poni pro lydia:quā Mantuę amauit:vt deinde Romę amaryllida. t Peculi.S. More ātiquo: Naȝ illi om̄e patrimoniū peculiū dicebant:a pecore in q̄ erat omis substantia. Vn̄ & pecunia dicta est a peculio. Vel ad vsum temporis ptinet.nam nūc tm̄ serui peculiū dicim⁹. Ergo p̄rimoniū suū (veluti seruus) peculiū iuidiose dixit peculi pro peculii:p Synęrisim. A. Peculi.i.lucri & parti. Est enī peculiū seruorū a pecore dictū: sicut & pecunia nobiliū:vt Fęstus ait. C. Peculium diffinit labeo esse id q̄d seruus dn̄i pmissū separatim a dn̄icis rōnibus habet: Sed & domino peculiū esse ostēdit Cęlsus. & Castrense peculiū esse:quod a parentib⁹ & cognatis militię degentibus dono est datū. Vel qd̄ filius militię acquisiuit. Rusticos ait audisse Cęlsus:qui pecuniā sine peculio fragilem eē. peculiū appellātes qd̄ p̄sidii causa imponiť: Vnde Vlpia: Peculiū ait dictū q̄si pusilla pecunia sit:siue patrimoniū pusillū. Puto peculiū quicqd nr̄a industria acqritur in q̄cunq̄ fortuna sim⁹ liberi aut serui:& id sensisse senes:pecuniā sine peculio.i.sine nr̄o lucro fragilē eē. v Victima.ANT. Ea proprie dr̄ quę post victoriā mactatur. Ouid.fast.lib.i. Victima q̄ cecidit dextra victrice vocatur. Hostibus a domitis hostia nomē habet. Fęstus tam̄:vult hostiā dictam ab hostire.i.ferire. C. Victima:id est multi fœtus:ad victimā.i.sacrificiū faciendum. Victima aut hostia dr̄ omne animal quod deo immolať. Sed quid inter vtrāq̄ intersit:audi Oui. Victima quę:vt sup̄. Hinc christiani hostiam eucharistiā nomināt:qm̄ illa superatus sit noster aduersarius dyabolus. x Septis.S: Septa sunt loca in cāpo Martio inclusa tabulatis: in qb⁹ populus Ro.suffragia fert:& quia sunt similia ouilibus: duo hęc inuicē ponūť:vt hic septa p ouilib⁹. Contra Luca. Et miserę maculauit ouilia Romę.i.septa. Et Iuuenaľ: Antiq̄ q̄ pxima surgit ouili. C. Septa loca sunt in qb⁹ pecudes includūť:qm̄ rhetibus septa.i.circūdata sint. Sepire enī circūdare ē:hinc sepes:qa illa sepiūť agri. Item loca inclusa tabulatis ī campo Martio septa dicebāť Martia. In septis mamura diu multūq̄ vagatus, Deniq̄ oia loca inclusa septa appellarunt. y Pinguis.S. Melius ad victimam q̄ ad caseū referes. A. Pinguis hic fit colon. z Ingratę.S. ex laborib⁹ rusticorū aliť ciuitas. A. Ingratę vrbi:cum enī & victimas & caseū illuc afferret:minimū lucri cōseq̄bať:q̄d qdē ex magna ingratitudie erat: q̄ enī pacto huiuscemodi res vrbani hr̄ent nisi agrestū cura. Ciues aūt derident illos & p̄cia minuūt. a Grauis ęre: C. quia puū dabat p̄ciū:& est mod⁹ accōmodatus rusticano. b Aere.A.i.pecunia vt puta q̄drantib⁹ vľ trientibus. In Cipro prima fuit ęris inuētio. Serui⁹ aūt rex primus signauit ęs:antea rudi vsos Romę Tymęus tradidit. est signatū nota pecudū:vn̄ & pecunia appellata:autor Pli.li.xxxiii. & .xxxiiii. C. Ęre pecūia. Nā primi nūmi ęnei:non aūt aurei & argētei fueřt. Oui.de fastis. Ęra dabāt olim:meli⁹ nūc numen in auro ē. Victaq̄ cōcessit prisca moneta nouę:hinc pecuniā debitā:ęs alienū dicim⁹:aerariū locū vbi publica ęra asseruāť. Argenteus nūm⁹ prio assignat⁹ ē āno vrbis q̄ngētesio octogesimoqnto. ide sexagesimoscdo āno signat⁹ nūmus aureus. c Quid vocares.S. Virgilii psonę cōuenit. A. quod męsta d. a.v. Significat q̄ Roma reuocaret deos in auxiliū: quia nō hr̄et q eā suo carmine illustraret:qa aberat Virgilius. d Amarylli Vocatiuus est a ntō in is et sp̄ breuiať. Hora. Dulcē strepitū pieri temperas. Deos amaryllis inuocabat pro reditu Tytiri absentis:per hanc aūt Roma intelligenda:quam mœstam absente Tityro Meliboeus ait: quo amico gratificetur. e Mœsta.S. scilicet tibi. f Cui.S. in cui⁹ honorē. g Pendere sua poma. C. Nā rusticorū est sinere sua poma ī arboribus cū alicui seruare volunt. Hic aūt seruat Roma poma Tityro:seruat sua facta a Virgilio celebranda.
h Poma.ANT. arua ipsa & bona cūcta intelligit pendere in sua arbore.i.salua esse. i Tityrus.S. virgilius:
k Pinus.CRIS. Pro magnis viris:quia pinus magnę sunt. m Fontes.C. pro eloquentibus. n Arbusta.ANT. Omnia hęc simpliciter ac rustice intelligenda sunt. Arbusta aūt loca dicuntur arboribus vitiferis consita. Seneca epistola.lxxxvii. Illud etiā vidi vitem ex arbusto suo annosam transferri. Et Colūmella libro de arbustis:sic ait: Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit. Sic enim & ipsę arbores & appositę vites melius cōualescunt. fructumq̄ meliorē dabunt. C. Arbusta recta cōparatiōe: arbusta p hūiliori populo dixit. o Quid facerē. A. Apud Galateā intelligit:id est Mantuā. CRI. Quid facerem. Modus loquendi eorū quorum cōsultatio dubia est. Nam neq̄ patiebatur relinquere Galateam, id est Mantuam: Nam cuiq̄ sua patria suauissima est: p Neq̄ me seruitio. SER. Seruitiū est cōditionis inditium. q Nec. Cursus.
r Tam pręsentes. ANT. tam propitios.
s Alibi. AN. q̄ Romę.
t Diuos. ANT. Per hos nō solum Augustū: sed Aziniū Pollionē & Varum:aliosq̄ sibi propitios accipit.

v Hic. ANT. in vrbe Roma: x Iuuenē. SER. Augustum quē decreuerat senatus: ne quis puerū diceret: ne maiestas tanti imperii minueret. A. illū iuuenē. In fine q̄ʒ primi voluminis Geor. de eodē Augusto inq̄t. Hūc saltem euerso iuuenē succurrere seclo Ne ꝓhibete ꝛc. Florus etiaʒ iuuenē noiat. Sic ei scribit: prima ciuiliū motuū cā testamentū Cęsaris fuit: cuiꝰ secūdus heres Anthonius: platū sibi Octauiū furēs: inexpiabile cōtra adoptionē acerrimi iuuenis ceperat bellū: cū intra. xviii. ānos tenerū et obnoxium & oportunū iniurię iuuenē videret. Ci. aūt Philippica q̄rta ait. Laudo laudo vos quirites: cū gratissimis animi ꝓsequi nom̄ clarissimi adolescētis: vel pueri potius: sunt enī facta eius immortalitatis: nō ętatis. Itē q̄nta philippica. Quis populo Ro. obtulit hunc diuinū adolescentē? deus. nō ab re igitur Maro iuuenem appellauit.
y Quotannis. AN. Singulis annis: vel āno q̄ q̄.
z Bissenos dies. S. vł principia oim mēsiū. vł idus. AN. Bissenos di. mense q̄ʒ semel. a Fumant. S. sacrificant. b Hic. A. in vrbe Romana. c Primus. S. añ quē nullus sit. d Sūmittite. A. Iugo scʒ ad arandū. C. Sūmittite supermittite: vt sit a subsum: antiqua ꝑpositione. Sic alibi. quantū vere nouo florēs se subiicit alnus. id est sursum agit. ergo supermittite tauros. i. date operā: vt tauri saliant vaccas nouas ad fœturā comparādã. Vel summittite. i. sub iuga mittite: vt domentur ad agriculturam: & tunc ponet tauros pro validioribus iumentis. e Senex. S. non ad etatē Virgilii: sed ad fortunã futurā presagiū refert. A. Senex: quum senex eris: quod aliter probus inquit.
f Ergo. A. Quia respondit ille: pascite vt añ boues ꝛc.
g Manebūt. C. ꝑ manebūt in tuo iure: neq̄ mutabunt dn̄m. h Et tibi magna. A. Ordo est: & manebūt pascua satis magna tibi: q̄uis obducat. i. circūdet omia nudus lapis: & palus cū iunco limoso. Horū aūt camporū sitū: lege etiã in ægloga nona: ibi: certe equidē audierā ꝛc. i Lapis. S. monte. a mōte enī vsq̄ ad lacū. & inde ad arborē q̄ndã est terra donata Virgilio. C. Lapis nudꝰ: a terra excerptus sursum: q̄ adeo lapidosus sit ager: vt terra tecta illis: vix emittat herbã. k Limoso. C. quia ī limo prouenire gaudet. l Obducat. A. circūdet. Ob enī aliq̄n ponit pro circū. vt etiã Festus ait: vt cū dicimꝰ vrbem obsideri. aliq̄n pro propter: vt ob merita. ob supatos hostes. vñ obsides pro obfides. nã obfidē patrię pstandam dant. m Nō insueta. A. Ordo est pabula insueta non tentabūt grauis fœtas. n Grauis. S. pro graues. AN. Grauis fœtas. i. grauidas oues. grauis aūt adiecit: q̄m fœta dr̄ tam q̄ pgnās est: q̄ q̄ pepit. o Nō tētabūt. A. nō corrumpent: vel non variabūt lanã agnis in vtero grauidarū manētibus. Ait enī Pli. li. viii. de arietibꝰ scribēs. Et mutatio aquaꝝ potusq̄ variat. Id aūt pliniꝰ accepisse videtur a Var. Is enī libro. ii. de ouibꝰ sic ait. Quã diu admissura fit eadem aq̄ vti oportet: q̄ mutatio & lanã facit variam: corrumpit & vterum. Tentare aūt pro corrumpe. Pli. etiã li. xiiii. vtitur de salicū natura īquiēs. Caput tentant vini mō. p Contagia. A. scabiē intelligit. contagiū vetat festus: vt Nero leges. Gellius enī lib. xii. ait. Periculū etiã venenū & cōtagiū. Sene. q̄ʒ ep̄la. xiii. inq̄t. Quid est q̄d trepident: q̄ cōtagiū q̄ʒ mei cōtineāt. Cōtagio etiã & cōtages inuenit. Iuue. Dedit hãc cōtagio labē. Lucre: libro. iiii. Quę contage sua pallorībꝰ oia pingūt: Dicit aut cōtagio a cōtingo: morbꝰ qui polluit quicq̄d tangit. Columella aūt li. vii. c. v. scribit: oues freq̄ntius q̄ vllū animal infestari scabie: essetq̄ illico occurrendū: ne tota progenies coinquinet. nam cū & alia pecora: tum pcipue oues contagione vexant.

Hic illū vidi iuuenē Meliboee: quotannis
Bissenos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi respōsum primus dedit ille petēti
pascite vt añ boues pueri: sūmittite tauros.
Fortunate senex ergo tua rura manebūt.
Et tibi magna satis: q̄uis lapis oīa nudus
Limosoq̄ palus obducat pascua iunco:
Non insueta grauis tentabūt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lędent
Fortunate senex: hic inter flumina nota:
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi quę semp vicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti:
Sępe leui somnum suadebit inire susurro.

d Vellera. A. a vellendo dicuntur. nam priſci ouium lanas nõ tondebant: ſed vellebant. e Tityre paſcentes. Noli o Mantua nunc quicq̃ꝫ agere de repetendis agris. nã ego cũ tempus aderit lauabo omnes: id eſt purgabo apđ cęſarem: cum ex Actiaco bello redierit.

f Reiice capellas. SER. Proceleumaticus pro dactilo: vt genua labant. g In fonte. S. Nam cum ipſe per amicos cęſaris veluti per riuulos quoſdam. agros ſuos meruerat. Nunc autem mantuanis beneficium dicit ſe ab ipſo imperatore: veluti a fonte meriturũ. h Cogite: ſcilicet ad ouilia. i Pręcepit. SER. ꝓoccupauerit. Naꝫ frigori augetur lac: calore minuit̃. ANTO. pręceperit: attraxerit. k Fruſtra preſſabimus. C. id eſt q̃ꝫuis vehementer premamus: tamẽ fruſtra erit. Eſt autem preſſo frequẽtatiuũ a premo. l In aruo. AN. In antiquiſſimis textibus: eruo et aruo legi: in illo ſummi pontificis aruo eſt per a: plures autem habent eruo ꝑ e. Eſt autem eruum leguminis ſpecies: ſimile piſo: quod amplius q̃ꝫ vicia runcatur. Sufficiunt ſingulis boum iugis modii quini ſati. Martio menſe ſatum: noxium eſſe bobus aiunt. Item in autũno grauedinoſum: innoxium autem fieri primo vere ſatum. Auctor Plini⁹ libro. xviii. meminit idem Columella li. ii.

Atq; [s] idẽ iũgat [t] vulpes: & [v] mulgeat hircos: Dã.
Qui legitis flores: & humi naſcentia [x] fraga
Frigid⁹ [y] o pueri fugite hĩc: latet [z] ãguis ĩ her- M.
parcite [a] oues nimiũ ꝓcedere: nõ [b] bñ ripę (ba.
Credit̃: ipſe [c] aries etiã nunc [d] vellera ſiccat. Dã.
Tityre [e] paſcentes a flumine [f] reiice capellas:
Ipſe vbi tẽpus erit: oẽs in [g] fonte lauabo. Men.
Cogite [h] oues pueri: ſi lac pręceperit [i] ęſtus:
Vt nup̃: [k] fruſtra preſſabim⁹ vbera palmis. Dã.
Eheu q̃ꝫ pingui macer eſt mihi taur⁹ in [l] aruo:
Idẽ amor exitiũ ẽ pecori pecoriſq; mgr̃o. Mẽ.
His certe neq; amor cauſa ẽ: vix [m] oſſibus hęrẽt:
Neſcio q̃s teneros ocul⁹ m̃ [n] faſcinat agnos. Dã

Vbi ait etiam: ꝙ eruum lętatur loco macro nec humido quia luxuria plerunq; corrumpitur. Per hęc autem verba optime exponemus: pingui eruo: id eſt lęto. C In eruo antiquus habet codex: & non aruo. Dicimus enim eruum et eruiliam leguminum genus: quo M. Varro pecus pingueſcere. ſcribit. m Vix oſſibus hęrent. S. vix oſſa eorum cohęrent. AN. Vix &c. Theocritus quoq; in quarta: Nanq; volunt prati teneris iam paſcier herbis. Illa adeo macra eſt vitula: & vix oſſibus hęret.

n Faſcinat. SER. Dicit cauſam maciei: & per tranſitũ pulchrum ſe habere pecus ſignificat: quod vtiq; meruit faſcinari. AN. Faſcinat: laudando decipit vel degrauat: Faſcinat & fas: a fando nominatur: vt Feſtus ait. Plinius autem libro. vii. capitulo. iii. ſcribit in Aphrica eſſe familias quaſdã effaſcinantiũ: quarum laudatione intereant arata: areſcãt arbores: emoriantur infantes: Eſſe eiuſdem generis in tryballis et illiriis: q̃ viſu quoq; faſcinent: interimãtq; quos diuti⁹ intueantur. iratis pręcipue oculis: quod eoruꝫ malum: facili⁹ ſentire impuberes: Nota illius eſſe ꝙ pupillas binas in oculis ſingulis habeant: fœmĩas quidẽ omnes vbiq; viſu nocere: quę duplices pupillas habeant. Cicero quoq; auctor eſt. Hęc & plura Pli. et Gellius. Faſcinat. C. a gręco ẽ hoc verbum. Illi enim βασκαίνω dicunt. Eſt autem faſcinatio morb⁹ qui ex ſpiritu faſcinantis: ꝑ oculos faſcinati ad cor ipſius ingreſſo peruenit. Spirit⁹ enim a cordis calore ex puriori ſanguine generatur. tales autem ſunt in nobis ſpiritus: qualis eſt ſanguis humor. Spiritus autem ſimiles ſibi radios per oculos q̃ſi per vitreas feneſtras emittit. Cor enĩ ſuo perpetuo quodam motu: proximum ſibi ſanguinem agitans: ex eo ſpiritu in totum corpus: perq; illos ſcintillas per membra diffundit quidem ſingula. per oculos autem maxime ad altiſſimas partes: cum ſit leuiſſimus: maxime euolat ſpiritus. Eiuſq; lumen per oculos (cum perſpicui maxime nitidi ſint) maxime emicat. Nam ꝙ aliquod lumen in oculis ſit. patet ex eo ꝙ quidam brutorum oculi in tenebris micant. Quin & Auguſtus Octauian⁹ adeo lucidos oculos habuiſſe fertur: vt cum acrius quemq; intueretur. cogeret quaſi ad ſolis fulgorem oculos ſubmittere. Tyberiũ quoq; etiam & in tenebris vidiſſe. Trãquillus auctor eſt: ſed ad breue & cum primũ a ſomno patuiſſent. Q, aũt radius ab oculo emiſſus vaporem ſpiritalem ſecũ trahat: & vapor ſanguinẽ: ex eo iam perſpicuum eſt: ꝙ lippi rubenteſq; oculi: radii ſui emiſſione: eos qui vident eodem morbo coguntlaborare. Hoc enim indicat: radium vſq; ad obuium illum protendi: et cum radio vna vaporem corrupti ſanguinis emanare: cuius contagione oculus ſpectantis inficiatur. Refert Ariſtoteles mulieres menſtruo affectas: intuitu ſuo ſpeculum ſanguineis guttis ſępe fœdare. Eſt enim vapor ſanguis: ſanguis quidem tenuiſſimus: qui aſpectum fugit oculorum: ſed ĩ ſpeculi ſuꝑficie factus: craſſior iam appet. Hoc in rariori: aut min⁹ terſa

Dic [o] quibꝰ ĩ [p] terris (& eris mihi magnꝰ [q] apollo)
[t] Tris pateat [r] cęli spaciũ: nõ amplіꝰ [s] vlnas? Mẽ.
[t] Dic [v] quibus in terris inscripti nomina [x] regum
Nascant̃ flores? & [y] phyllida solus habeto. pal.
[z] Non: nostrũ inter vos tantas [a] cõponere lites.
[b] Et vitula tu dignꝰ: & [c] hic: & quisquis amores
Aut [d] metuet dulces: aut [e] experietur amaros.
[f] Claudite iam riuos pueri: sat [g] prata [h] biberunt.

materia non efficitur: quia in ea penetrat aut dissipatur radius. Non ergo mirũ: si patefactus & in aliquẽ intentus oculus: radiorum suorum aculeos in aduersos oculos iaculatur: & vna cũ aculeis qui spirituũ vehicula sunt: sanguineũ illum vaporem quem spiritum nominamus inuehit. Hic violentus aculeus diuerberat oculos. & cum a percutiente corde incitatur. percussi pręcordia quasi regionem propriam repetit: & cor vulnerat: neq; eius duriori dorso hebescit: redit in sanguinẽ peregrinus hic sanguis: & cum ab eiꝰ qui saucius est alienus sit: sanguinem eius proprium inficit. Infectus autem sanguis egrotat. Hęc egrotatio fascinatio est: q̃ iccirco magis nocet teneriori ętatẽ: quia illius corda cum molliora sint: minus resistunt ferienti. & magis ledũtur: dixi vt potui hac verborum breuitate: vñ sit fascinum. Addam illud. fascinum pro membro posuit in priapeia Maro: vt priape quod sis fascino grauis tenero. Et paulo infra. Placet priape: qui sub arboribus comis Soles sacrum reuinctꝰ Pampino caput Ruber sedere cum rubente fascino.

o Dic quibus. ANT. Omisso canendi studio ad enigma diuertit: quo decentius cantum absolueret: ne victus esse videretur: ne item in infinitũ quodammodo canere cogeret.]

p Et eris ꝛc. S. Relicto certamine ꝓponũt enigmata.

q Apollo. S. Quia in rebus incertis est opus diuinatione. AN. Apollo cui diuinandi potestas. Macrob. lib. primo satur. scribit: ꝙ diuersę virtutes nomina diis dederũt. virtutem igitur solis (quę diuinatiõi curationiq; pręẽst) Apollinem vocauerũt. Quę sermonis auctor est: Mercurii nomẽ actepit.

r Cęli spaciũ. SER. alii dicunt sepulchrũ intelligi Cęlii luxuriosi cuiusdã. Qui venditis oibꝰ rebus et cõsumptis tm̃mõ sibi spaciũ reseruauit q̃d sepulchro sufficeret. Et voluisse eũ errorẽ facere ex cęli & celii similitudĩe: vt sit. Dic mihi: vbi nã sepultꝰ ẽ Celius? Alii ꝓ volũt puteũ siguificari q ẽ in Syene ęgypti parte: quẽ pħi altũ effoderunt: vt ꝓbarent locũ illum esse solum quẽ sol recto intuitu irradiaret. Nam. viii. kalendas Iulias die quando in centro suo est sol: tam imam q̃ summã putei partem irradiat. Sed neutrũ conuenit rustico. Ergo de q̃libet puteo intelligas: in cuius fundo qui est: tantũ cęli spacium videt: quãta est celi latitudo. A. In ęthiopię fine Syene est insula. C. M. passuum ambitu: vt scribit Pli. libro quito. Strabo quoq; libro. xvii. docet ꝙ in ipsa Syene puteus quidã est: qui ęstiuum indicat solstitiũ: quoniã hęc loca circulo tropico sunt subiecta. & in meridie vmbilicos faciũt sine vmbra: & sol sup̃ verticem ibi manentibꝰ habet̃. Vnde necesse est in puteos (quãq; ꝓfundissimos) vsq; ad aquam radios iaci. Itẽq; de hoc puteo intelligere poteris: & de quocũq; alio. nam in fundo cuiusq; putei manentibus cęlum nõ videbitur nisi ꝓ aditus magnitudine.

s Vlnas. S. Vlna spaciũ est inquantũ vtraq; extendit̃ manꝰ dicta vlna απο τον ωλενων id ẽ brachiis hinc λευκω λενωνηρν dicit̃. Licet Suetoniꝰ vnũ cubitum esse velit tantũmodo. Olene olenes: vlna dicit̃. estq; vt aiunt vtriusq; manꝰ extẽsio: vł magis vnus cubitꝰ tm̃.

t Dic. SER. Cum obiectũ soluere non potuit: ipse aliud obiicit.

v Quibus in terris. S. Captiose hoc dixit. nam hyacinthus vbiq; nascitur: qui natus est primo de hyacinthi sanguĩe. postea de aiacis: sicut & Ouid. docet. Est autem rubrũ quasi lilium: designans primam hyacinthi litterã.

x Noia regũ. S. Non q̃a ipsi reges: sed q̃a regũ filii. vt magnum reginę: sed eni miseratus amorem: cũ de ariadne diceret pasiphaes reginę filia. Alii dicunt regũ ꝓ regis. Sic Theren. Non perpeti meretricũ contumelias: cũ de vna loqueret̃. Nã flos iste hyacinthi tm̃: et non Aiacis nomẽ retinet. Tamẽ hęc enigmata (sicut fere oĩa) carẽt aperta solutiõe. A. Nomina regum de hyacintho flore intelligit: de quo iam diximꝰ: habet enĩ in foliis hya. quod etiam Ouid. in Metha. docet apertius.

y Phyllida solus. S. quod plus est habere solam amicã cõmunẽ q̃ esse apollinem: nã esse apollinem impossibile est q̃d ille ꝓmiserat: hic ꝓ possibilia pollicetur.

z Non. S. scilicet ẽ vestrũ. sed iudicis cõponere lites. A. Non: Hic fiat colon: vt dicamus Nõ. s. vestrũ est: sed nostrum qui iudex sum cõponere ꝛc.

a Componere. S. finire: vt ante diẽ clauso cõponet vesper olympo. C. Componere finire. vt hic. Item tranquillũ reddere: vt Sed motos pręstat cõponere fluctus. Itẽ comparare Salusti. vbi Metelli dicta cum factis cõposuit. & illud: Sic paruis cõponere magna solebã. Itẽ ornarent Dulcis cõpositis spirauit crinibꝰ aura. Item cõiungere: vt componens manibusq; manus atq; oribus ora.

b Et vitula tu dignꝰ. A. In Theocriti quita vbi lacon & comatas acerbe certauerũt. alter victꝰ est. Ait enĩ sic: Morson iudex. Laconẽ morson iubeo reticere: q̃d ip̃m Nuncio deuictũ: mea sic sentẽtia poscit. Do tibi lanigerum pignus certaminis agnum: Quem nuper docta meruisti voce comata. In sexta autem ęgloga: vbi Damętas et Daphnis amici cantauerũt: Deuicit neuter: neuter superatur abiui.

c Et quisqs. S. Et tu & hic digni estis vitula: & quicũq; similis vestri est. Nam sup̃ vnus dixerat. Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres: Arboribꝰ venti: nobis Amaryllidis irę. Item alter. dulce satis humor est: depulsis arbutus hędis. Lenta salix foeto pecori: mihi solus amyntas. ad cuius amatoris similitudinẽ pertinet. Aut metuet dulces. Nãq; hic Menalcas & amabat & amabat̃: sed tanq̃ prudẽs timebat: ne vnq̃ posset amor ille dissolui. Econtra Damoetas amaritudinẽ amoris expertus fuerat ex amicę amaryllidis iracundia

d Metuet dulces. timebit pro dulcibus ne eos amittat.

e Aut expietur amaros. A. vti damoetas scilicet: nã dixerat. Triste lupus stabulis.

f Riuos claudite. S. Exierat enĩ vt iuberet puerꝭ vt arua irrigarent. quod illis cantantibꝰ factũ est Et reuera dicit riuos claudite Vel dixit allegorice: claudite: id est desinite cantare. nã iam satiati sumus audiendo. AN. riuos: id est ora. C. Riuos: nam e ꝓpinquo flumĩe dedicunt̃ riui: quibus irrigant̃ prata. Vnde dicimꝰ deriuare flumina cũ ex alueo per riuos ducunt̃.

g Prata. A. aures. C. Prata dicuntur quasi parata: quia sine cultura fructum reddunt. Solũ expectat̃: dũ herba crescere desiit: & ęstibus arescere: tunc obsecatur: vt parescat furcillis versat̃. Remoto foeno sitilienda sunt prata. i. falcibꝰ consectãda q̃ foeni sic p̃terierunt. & q̃si herba tuberosum reliq̃rũt campũ. a q̃ sectiõe arbitrat̃ Varro dictum esse sicilire prata.

h Biberũt. ANTO. Hauserunt. audiuerũt. Est enim allegoria quã Fabius libro. viii. inuersionẽ interp̃tatur: vt aliud verbis: aliud sensu ostendat.

poeta ſolus in laudem pollionis & Salonini filij. Aegloga quarta.

Pollio quarta tuas laudes & fortia facta:
Atq; Salonini fata immatura recenſet.
Altius hic canitur: celebratur Pollio: Ceſar
Alter: & hic ſecli venturi ſcribitur ordo.



Icelides muſe paulo maiora canamus.
Non omēs arbuſta iuuant: humileſq; myricę.



Icelides muſę. S. Aſini⁹ Pollio ductor germanici exercitus: captis Salonis vrbe in Dalmacia: meruit laureā: deInde conſolatū: & eodem anno ſuſcepit filiū: quē a Salonis captis Saloninū vocauit. huic Virgili⁹ Genethliacon dicit': qui ſtatim natus riſit. q̊d parentibus omen fuit infęlicitatis. Ipſe enim inter primordia extinctus eſt. Sicelides grecum: nam latine Sicilienſes facit: id eſt Theocriti. Nam Theocritū (qui Syracuſanus fuit) imitaē. AN. Sicelides. In antiquis etiam pluribus textibus: & in illo qui in ſummi pontificis bibliotheca maioribus characteribus ſcriptus eſt, Sicelides per e nō per i: legi: quod gręce dixit. illis enim Sicelia: nobis autē Sicilia dicitur. Celebratur hic Aſinius Pollio qui orator & cōſularis: vt docet Euſebius: de quo latius in Alexi. Fuit hiſtoriarum & Tragędiarum ſcriptor: qui & de Dalmatis triumphauit. Vnde Hora. Ode prima ſecundi voluminis ad eū ſcribēs. Cui laurus ęternos honores Dalmatico peperit triūpho: Laudatſibidē eūdē a prudētia: a dignitate: honore: ab eloquentię viribus. Dicunt alii a Salona Dalmatię vrbe capta: ſuſceptum filium Saloninum vocaſſe: qui & ſi parum vixit: hic tamē a Marone cum patre celebratur. ſed laus ipſa talis eſt: q̄ ſępe ad Auguſtum quoq; referenda ē: vt ſuo loco docebimus. pręterea in Strabone legiſſe memini: Salone Salonarum. In Plinio Salona ſalonę. Itaq; non recte Solonę p̄ o. in prima ſyllaba dicit̄. Sicelides muſę: q̄ ſcʒ Theocrito ſyracuſano fauiſtis: ſeu o Theocriti cantus & carmina. Sicelides. CRI. Deprecaē errorē: ſi paulo ſublimius quam paſtoria res requirit canat. Dixit autem Sicelides & non Sicilides. Nam cum vſus ſit patronymico nomīe: quod potius grecum q̄ latinū eſt: deduxit ab eo quod eſt Sicelia: vt dicunt gręci: & non Sicilia: vt dicunt latini.

b Paulo maiora. S. Non multo. Nam licet hęc ęgloga diſcędat a carmine Bucolico: tamen aliqua operi apta inſerunē. c Arbuſta. AN. id eſt minima et hūilia. C. Cū pprie arbuſtū ſit locus cōſitus nouellis arboribꝰ q̄ ex ſeminario auulſa ſunt: ſemīaq; appellāē. voluit notare humiliores arbores. d Myricę. S. Virgulta hūilia ſunt. A.

Myrice genus est fruticis: quam alii tamaricen vocant Auctor est Plinius libro.xiii. Idem quoque.xxiiii.sic ait. Myrica quam & Tamaricon vocat Laeneus: similis est scopis amerinis. arbitrantur quidam hanc esse tamaricam. vulgus infoelicem eam arborem appellat: quoniam nihil ferat: nec seratur unquam. Haec ille. CRIS. Myricae. Virgulta non multum a genestis distantes. e Syluas. A. altiora. C. Syluas: nam in precio fuit pastoria & agricultura.
f Sint. A. Sint et sunt in antiquis est: in illo summi pontificis. sint ponitur. g Consule. A. Pollione scilicet.
h Cumei. SER. Sybillae quae cumana fuit. haec secula per metalla diuisit: & dixit quo quis seculo imperet: & solem ultimum posuit: id est decimum. Unde ait: Tuus iam regnat Apollo. Dixit etiam finitis seculis omnia renouari: quod et Philosophi ita colligunt: quod exacto magno anno: omnia sidera in ortus suos redeunt: & rursus referuntur eodem motu. Si igitur idem est siderum motus: omnia quae fuerunt habebunt reiterationem. Nam universa ex astrorum motu pendent: Hinc dicit reuerti aurea secula: et omnia iterari. A. Cumae in campania: sunt antiquitate cunctas et Siciliae & Italiae urbes antecellit urbs ipsa. Plura legito apud Strabonem libro. v. & apud Dionisium libro. vii. Ibidem autem Sybillae sacellum erat: sed eius quae Romae quinquagesima olimpiade interfuit: cuiusquoque librum ad Cornelium usque Syllam: pontifices Romani consulebant: tunc unacum Capitolio igne consumptus est. Auctor est Solinus. Meminit autem Gellius libro primo: capitulo. xix. Sed latius Dionisius libro quarto. CRI. Ultima cumei: id est ultimum seculum ex quattuor seculis quae predixerat Sybilla cumea. Verum de Sybillis dicemus in Enei. Quod autem ad hunc locum attinet: Sybilla cumea fuit e cuma quae urbs est in locrensi agro: qui est Ioniae: Asiae minoris: quam aliqui vicinitate loci Erithream appellarunt. Haec ut ponit Seruius profecta in Italiam; multa de Romanorum fatis vaticinata est. Sed ut ostendit Augustinus: multa etiam de Christo est vaticinata. Cuius versuum (ut ostendit Phocianus) capita ita se habent: ut primae litterae conficiant ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ Iesus christus dei filius saluator. Haec illum de virgine oriturum praedixit: verum Maro istius Theologiae ignarus: ad Octauiani felicitatem referens: virginem iusticiam: a qua sit Octauianus quem appellat: ΑΠΟΛΛΩΝΑ id est solem. Nam nostri quoque natum esse solem iusticiae Christum dicunt. Prisci vero prima secula aurea: id est ab omni vitio pura fuisse dicunt. & in illis virginem: id est iusticiam cum hominibus habitasse. Teste quoque ipso Virgilio asserunt. i Etas. A: ultima intelligitur. Unde ait inferius. Quo ferrea primum desinet: ac toto surget gens aurea mundo. nam ab integro seculorum nascebatur ordo. Probus etiam scribit: quod Cumana Sybilla post quattuor secula nouam generationem futuram cecinit.
k Ab integro. S. denuo. l Seclorum nascitur ordo: AN. Ex dictis Cumeae Sybillae haec poeta sumpsit: quae quidem omnia de christo praedixerat. Unde & Gregorius in moralibus ait. Christum iudeorum vocibus prophetari: qui pro utrorumque salute venerat. Et bene quidem ab integro. quoniam Christi aduentu cessarunt vetera plurima: nouaque alia instituta sunt: cessit et ciuilium bellorum furor. Natus est enim (ut Eusebius scribit) anno imperii Augusti quadragesimosecundo. Virgilius autem Brondusii perierat anno imperii predicti decimosexto. Itaque Christum minime vidit. Sed in Augusti Pollionisque laudem illa quae de Christo Sybilla praedixerat: hic inseruit: credebat enim futura esse ut reuera fuit. m Iam redit & virgo. ANT: Ideo redit dixit: quoniam virgo (teste Hesiodo) Iouis & Themidis filia: teste Arato: astrei et aurore quae in aureo seculo fuerat: eorumque priceps: propter diligentiam et equitatem iusticia appellata: in celum recepta fuerat etate enea. auctor Iginius. C. Seculorum ordo. Haec igitur secula iam sua etate redisse: iam nunc testatur Maro: Quod etiam mathematice dictum esse potest demonstrari. Nam apud Hebreos insignis astrologus Habraham: scripsit septem esse planetas: et septem angelos esse illorum ductores appositos: scilicet Caphphiel. Saturno: Sarkiel: Ioui: Samael Marti: Amael veneri. Micael Mercurio. Raphael soli. Gautici lunae. Quemlibet autem illorum ducere mundum annos trecentos quinquaginta quattuor. & menses quattuor: fuisseque ordinem: ut primus Saturnus duceret. quia hora Saturni: creati sunt sol & luna. Post saturnum duxit venus: post venerem Iupiter. Ioui successit Mercurius: & illi Mars. Marti Luna: itaque ducatus omnium istorum septem: absumit annos circiter septuaginta octo supra duo milia & quadringentos. Quod si secundo peragatur huius modi ducatus: perueniet ultra annum sextum: ac quinquagesimum supra quattuor milia ac noningentos annos. Sed Maro floruit anno a mundo condito fere sexagesimo supra quinque milia ac centum annos: ex quibus omnibus perspicitur: quod tunc tertio iam regnabat Saturnus. nota

Si canimus syluas: syluae sint consule dignae:
Ultima Cumei venit iam carminis etas:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo: redeunt saturnia regna:
Iam noua progenies celo demittitur alto.

n Virgo. SER. Iusticia quae erigone fuit: Permiscet autem laudes tam pueri: quam Pollionis quam Augusti. nam felicitas temporum ad imperatoris pertinet laudes.
o Redeunt Saturnia regna. ANT. id est aurea secula quae quondam Saturno regnante in latio fuerunt quo tempore fides: iusticia: & omnis virtus colebatur: & tellus per se dabat omnia: non bella: non enses erant: ver erat eternum: Suetonius autem scribit fuisse quondam: ut omne tempus a primo die natalis usque ad exitum eiusdem Augusti seculum Augustum appellaretur: ut ita in Fastos referretur. ¶ Redeunt saturnia reg. Id dixit Maro quoniam ut scribit Liuius Augusti tempore post bellum Actiacum: clausum est Iani templum: pace terra. marique parta. Et ut Lucius florus etiam scribit. Augustus ipse conuersus ad pacem: Primum in omnia mala: & in luxuriam fluens. seculum grauibus: seuerisque legibus coercuit. merito ergo redeunt Saturnia regna dixit.
p Noua progenies. ANT. Id etiam Sybilla dixerat de Christo loquens. Maro autem de filio Pollionis intellexisse voluit: ut amico gratificaretur: nec intelligas de Augusto: quoniam dicit: Modo nascenti puero &c. Et postea: Tuus iam regnat apollo. Per quem Augustum ipsum intelligit. Nam ut Suetonius scribit acclamatum est Caesarem esse Apollinem. Item estimatum Apollinis filium: quoniam Augustus mense decimo natus esset. CRI. Noua progenies: Quod Sybilla de Christo predixit: hic ad Octauianum refert. Noua ergo in Christo: quia nusquam alias visa est in terris progenies: quae esset deus & homo. Sed noua in Octauiano. id est admiranda. propter orbem illo regnante omni ex parte pacatum. Vel noua quasi genus nouum hominum renascatur.
q Celo. SER. ut videantur homines non e mortalibus nasci: sed ex numinibus celo labi. Et hinc colligit fore aurea secula: quod Augustus imperat: quod talis natus est puer: quod consul est Pollio.

Tu modo nascenti puero: quo ferrea primū
Desinet: & toto surget gens aurea mundo:
Casta faue lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teq̄ adeo decus hoc æui/te consule inibit
pollio: & incipiēt magni procedere menses.
Te duce: si qua manent sceleris vestigia nostri
Irrita: perpetua soluent formidine terras.
Ille deum vitam accipiet: diuisq̄ videbit
permixtas heroas: & ipse videbitur illis.
pacatumq̄ reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima puer: nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus

r Quo ferrea. SER. scilicet nascente. nam dicit faue lucina: cuius ortus secula immutabit: aureis scilicet ferrea. s Lucina. S. Diana. Hora. Siue lucinam probas vocari. Therentius. Iunonem Lucinam dixit: vt Iuno lucina fer opem: tamen ambę vnum sunt. A. Lucina. luna (vt Varro inquit) nascentium dux est. hinc ab iuuando & luce. Iuno lucina dicta latinis. Ipsa enim mensibus actis in lucem producit infantes. t Tuus apollo. SER. Vltimū seculum ostendit: quod Sybilla solis esse memorauit: & tangit Augustum: cuius simulacrū factum est: cū Apollinis omnibus insignibus. AN. Tuus iam reg. apol. Dixerat enim Sybilla: vltima ętate regnaturum Apollinem: quod intelligēdum erat. vt vult Maro de Augusto. Nam (vt ostendimus) Apollo dictus ē. et Apollinis filius existimatus. CRI. Tuus: scilicet frater. nam Lucina diana est solis soror. Apollo puto per Apollinem Octauianum intelligēdū esse: qui sit veluti alter salutaris sol orbi infusus. Vel ꝑ iusticiam quę per solem exprimitur: appellat Apollinē: et per hoc numen rediisse Saturnia secula: qb⁹ iusticia habitauit iter mortales. Est etiā Apollo: quia suo splēdore orbis totus illustratus sit. Quin & alibi inducit Apollinē Octauiano in bello Actiaco fauentem. vt actius hęc cernēs arcū intendebat Apollo. Nec placet quod ad Apollinē referatur. ipse enim non regnauit. v Adeo. ANT. certe. x Inibit. T. exordiū sumet: scilicet aureū seculū. y Pollio: AN Pollioni blanditur: cum eo consule dicat aureum seculum initium sumere. z Magni menses SER. Hoc dicit q̄ Iulius et Augustus menses in honorē Cęsaris & Augusti ceperunt vocari: cum antea quintilis & sextilis dicerentur. & hoc etiam ad augmentum aurei seculi. AN. Magni menses. de quibus legito Macrobium libro primo satu. CRI. Magni menses: perplacet Seruiana sententia. Vel magni: id est admirabiles propter aurea secula. a procedere. A. Vlterius ire. b Te duce. S. Vel augusto: vel Pollione: vl' Salonino: c Sceleris nostri. A. Vult enim bella ciuilia deorum ira fuisse ob Romanorum scelera: quod etiā Horatius asserit. dicit enim in Epodo. Sic & acerba fata romāos agūt scelusq̄ fraternę necis ꝛc. d Vestigia. SER. vt nullum sit pręsentis temporis vitium: sed pręteritorum reliquię. Sic alibi. Fertur equis auriga: neq̄ audit currus habenas: vt quę tunc essent: ex reliquiis pręteritorum temporum esse videantur. vestigia vero scelerū. dicit bella ciuilia inter Augustum & Anthonium apud mutinam. Item contra Lutium Anthoniū fratrem hui⁹ Anthonii apud Parusium: contra brutum & Cassium in Thessalia: contra M. Anthonium. in Epiro. e Irrita. S. ad nihilū reducta. CRI. Vestigia irrita soluēt terras: id est reliquię scelerum icirco soluent: id est liberabunt a perpetua formidine terras: quia erunt irrita: id est ad nihilum reducta. f Perpetua. SER. longa. AN. Perpetua soluent formidine: quod verū fuit. Nam (vt diximus) post Actiacum bellū: clausum est Iani templum pace terra mari q̄ parta. g Ille deum vitam. SER. Artificiose cōfundit laudes Augusti & Salonini: ad vtrū q̄ enim potest referri ille. AN. Ille deum ꝛc. Cicero in lib. de natu. deorum: scribit eam esse deorū vitam qua nihil beatius: nihil omnib⁹ bonis affluentius cogitari pōt: nihil enī agit: nullis occupatiōib⁹ ē implicata: nulla opa molitur: sua sapientia & virtute gaudet. Ille deū. hic loc⁹ apte ostēdit ꝑ Apolline Augustū intelligi. Ille ergo Apollo q et August⁹ erat: deū vitā accipiet. nā (vt in Tityro diximus) Augusto viuenti etiā tēpla & arę ꝯstitutę sunt. De Pollionis filio nō intelligas: qm̄ de illo inferi⁹ ait. at tibi prima puer nullo munuscula cultu ꝛc. h Heroas. A. Qui sunt heroes Augusti. lib. x. oñdit his verbis. Nomen herorum ab Iunone dicitur tractū q̄ grece Iuno hera appellatur. et ideo nescio quis filius eius sm̄ grecorū fabulas heros fuit nūcupatus. hoc videlicet mist: cū significāte fabula: q̄ aer Iunoni deputet: vbi volūt cū dęmōibus heroas habitare: q̄ noie appellāt alicui⁹ meriti aīas defunctorū. Idē q̄ȝ li. vii. scribit inter lunę gyrū & nymborū ac vētorū cacumina: aerias eē aīas: sed eas animo nō oculo videri: et vocari heroas: & lares: & genios. Trimegist⁹ q̄ȝ auctor est: heroas habitare inter aeris purissimā ꝑtē supra nos et terram: vbi nullus nebulis locus: i Pacatū. C. proprie pacare cum ex bello aut tumultu: aut alia turbulentia ad pacē trāquillitatē q̄ rem reducim⁹. k Patriis. S. cęsaris si August⁹. Vel Pollionis: si Saloninus. A. Patriis virtutibus. i. militia: q̄ quidē Augustus Iuliū patrē imitat⁹ est: & ea vrbem pacauit. De qua re legito Appianum circa finem libri qui Illyrius dicit. legito item Florū in fine. l At tibi prima: AN. Iam vertit sermonē ad Saloninū Pollionis filiū per Apostrophen: laudans eum a bonis eius gr̄a futuris. Prędicit autē mlta: ac si victurus eēt. innuit tandē cū hęc scripta sunt illum obiisse. Ergo in Pollionis gr̄am id omne actum. m Munuscla. S. Bene vtitur diminutiōe in rebus minoris ętatis. n Errantes ꝛc. SER. Vnde antiqui lyrici dixerunt flexipedes hederas: q̄ hac & illac vagentur. Optime autem dat hederam: quę indicat futurū poetam: vt hedera nascentē ornate poetam. p Hederas. AN. Per has futuros honores indicat. Hedera enim poetę coronabant. Virgi. in. vii. ęglo. Pastores hedera crescentē ornate Poetā. Et Plinius scribit poetas coronari hedera habenti croceum semē. Scribit item Alexandrū ex India redeūtem exercitū hedera coronasse exemplo liberi patris. Probus autem libro. iii. Georgicorum scribit: q̄ ideo poetis ex hedera corona datur: quia existimatur liber esse cum musis. p Baccare. SER. qua pellitur fascinum: vt baccare frontem Cingite ne vati noceat mala lingua. Et futurum per hoc pulchrum indicat puerum. ANTO. Baccar radicis tantum odoratę est. a quibusdā nardum rusticum appellatur. Odor ei est cynamomo proximus. Ea auxiliatur contra serpentes: ca

pitis dolores:feruoresq̧:odor somnum gignit: vestibus odoris gratia inseritur. Plini⁹ libro.xxi.caplo.vii.&.xli. CRI. Baccare.baccaris(ait Plinius)quia radicis odoratę est:quidam nardum rusticum appellauere. Vnguenta ex eius radice fieri solita apud antiquos: Aristophanes comicus testis est. Odor ei est cynamomo proximus. & paulo infra. Eorum error corrigendus qui baccar nardū rusticum appellauere. Est eni alia herba sic cognominata quam gręci asaron vocant. Diascorides ait ꝙ aliqui Persam vocant:in medicinę vsu est:vestibus odoris gratia miscet̃. & post statim de Asaron subiungit:quod alibi abco vocat baccaris.

quido:vt cohęreat: cōuoluatq̧ se in vuę modum simile illi:& nomine & frutice Cardomomum.

z Heroum laudes & facta parentis. SER. Epexegesis: sed melius est virtutes parētis quę erunt heroum laudes. CRI. Heros:quid sit?dicemus in Eneidę.

a Parentis. ANTO. id est Pollionis:de quo sępe meminit Appianus:scripsit item historias & tragedias :vt dictum est. b Poteris cognoscere. S. accessu enim ętatis quanta sit virtus: & cuius glorię cognoscit̃. r Virtus: AN. virtus est vitium fugere:inquit Horatius. Virtus est nihil aliud q̧ in se pfecta:et ad summū producta natura. Tul. libro primo de legibus. Virtus est affectio animi cōstans cōueniens q̧ perfecta laudabiles efficiens eos in quib⁹ inest. Tullius lib.iiii. Tuscu. legito item Apuleiū in lib: de Philosophia.

q Ridenti acātho. S. lęto herba est q̄ nascit̃ in ægypto. r Colocasia. A. In ęgypto nobilissima ē colocasia. hāc ex nilo metūt. ferebat̃ in italia. glaucias acria corporis colocasia leniri putauit:et stomachum iuuari. Plini⁹ libro.xxi.caplo.xxix.&libro decimo. CRI. Colocasia ait Plinius:quā aliqui ciamon:id est fabam dicunt in ęgypto nobilissima. hāc ex nilo metūt. caule cum coctus est: harenosa est in mandendo: Thirso autem qui iter folia emicat spectabili: foliis latissimis. Diascorides fabam ęgyptiā appellat:arabie culcas dicit̃. r Acantho. C Est acanthus arbor ī ęgypto:semper frondens. sic dicta:ꝙ spinis abundat. nam ακανεοσ spina est :vnde acanthis leuce: dicitur alba spina. s Lacte. S. Hoc nihil est infantibus aptius. Et laus ī hoc ē ꝙ ait. ipsę referēt. t Leones. S. Moderatiōe vtit̃. nō negat futuros leōes:sꝫ nō nocituros. v Cunabula. S. lecti in qb⁹ iacent pueri: vel loca in quibus nascuntur. κυειν enim est pręgnantē esse uel eniti.

Mixtaq̧ ridēti colocasia fundet acantho: M.
Ipsę lacte domum referent distenta capellę
Vbera:nec magnos metuent armenta leones:
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:
Occidet & serpens: & fallax herba veneni
Occidet:assyriū vulgo nascetur amomum:
At simul heroum laudes:& facta parentis
Iam legere:& quę sit poteris cognoscere virtus.
Molli paulatim flauescet campus arista:
Incultisq̧ rubens pendebit sentibus vua:
Et durę quercus sudabunt rosida mella:
pauca tamen suberunt priscę vestigia fraudis:
Quę temtare thetim ratib⁹: q̄ cingere muris
Oppida:quę iubeant telluri infindere sulcos:
Alter erit tum typhis:& altera q̄ vehat argo:

d Molli arista. ANT: Mollē appellat: quia nō dura sed fragilis est.

e Flauescet. A. Splendebit. Flau⁹ fiet maturescente segete. Hinc ait paulatim. Est autem flauus color & viridi & ruffo et albo concretus. lege Gel. libro.ii. C. Flauescet campus arista. q̄si dicat. sua sponte nascet̃ arista pro spica. Ceterū aristę sunt tenues illę virgulę. q̄ surgūt in spica ab ariditate dictę. f Rubens: C. Vt ōndat ꝙ nō solū pducet̃ vua:sed etiā maturescet. g Rosida mella. A. venit eni mel. ex aere:et maxime siderū exortu. Itaq̧ cū prima aurora folia arborū melle roscida inueniunt̃. Pli.li.xi. de q̄ lati⁹ legito librū Georgi.iiii. h Suberūt. S. erūt: sꝫ latēter. i Priscę. S. vt sua tempa excuset. k Quę temtare. A. auaricię videlicet causa. l Quę tētare thetim ratibus ⁊c. S. A sequentibus ostendit antecedentia:q̄ vitauit q̄si laudi incōgrua. Per nauigationē ꝓo auariciā: p muros bella intelligim⁹. p agriculturā famis timorē. A. Thetim p mari posuit. Fuit em̄ thetis Achillis mr̄ Nerei filia. C. Thetim hęc vxor ē oceani. Thetis ꝓo mr̄ Achill. aq̄rū em̄ effectiua vis oceanū dixert prisci:cuius simbolū thetis ē. vis aquę potabil est Achelo⁹. Marinę Neptum⁹:q̄ incꝫtū gignere pt Amphirites dr̄. m Cingere mu. A. hostiū metu. n Oppida. A. Cęsar li.v. de bello gallico scribit:ꝙ oppidū Britāni vocant:quū syluas īpeditas vallo:atq̧ fossa munierūt:q̄ incursiōis hostiū vitādę cā cōuenire cōsueuerat. Vñ tñ dicat̃ lege Festū:nā p catello ponit̃. o Alter erit ⁊c. Per hunc oēs nautas. per argo oēm nauē. p Troiā omnē vrbē:et oēm virū fortē p Achillē. Videt̃ tamen locus dict⁹ p αποκατασ τασιν .i. p oim rerū volubilitatē: ex siderū rōne venientē:vt.s̄.dixim⁹. A. Finito āno mūdano:seu vertenti:q in se cōtinet qndecim solariū annorꝫ milia:vt phisici volūt :oia reiterabūt̃. de q̄ late Macro. li. secundo:de somno. & Tullius in lib. de natu deorū scribit:ꝙ fm Mathematicos:magnus ann⁹ efficitur. quum solis et lunę & qnq̧ errantiū ad eandē inter se cōpitionē

x Fallax. S. Non cicuta quę omnibus nota est. Sed sardonia quę apiastro similis decipit. Vel aconita:vt:Nec miseros fallunt aconita legentes. ANT. Fallax. fallit enim ignaros.

y Amomum. SER. herba suauissimi odoris:quę tantū in Assyria nascitur. ¶ vulgo passim. CRI. Amomum herba odoratissima. cuius frutex est similis botruo:ramulos habet siccos & duros virgulis assimiles:ex thyrso botruoso semen redolens. & sibi connexū florem album velut violę folia brionię similia habet. Brionia vero vitis alba est. Triplex autem inuenitur:armenicum quod cęteris prestet aurosi coloris:vel fului:odoris boni. Secundū medicum: Tercium ponticum: Plinius autem dicit. Amomi vua in vsu est:indica vite labrusca: vt aliqui extimauere frutice venenosa : palmi altitudie: Carpiturq̧ cum radice manipulatim leuiter componitur : & protinus fragile laudat̃ q̧ maxime punici mali foliis simile : nec rugosis. colore ruffo. Secūda bonitas est pallido. herbaceū peius. pessimū candidum:quod vetustate euenit : precium vuę in libras sicli. lxx. Nascit̃ Mocenę:quę pars Armenię:& in media & ponto:adulteratur foliis punicis:& gūmi li

confectis omnium spaciis est facta conuersio:que ꝙ lon/ga sit:magna questio est.esse vero certam & diffinitam: necesse est ꝛc. Typhis is primus inuenit am:nicula gubernandi: vt Pli. scribit. Fuitqꝫ in argo naui magister. Hinc ait ille Typhis i emonia puppe magister erat. C. Typhis magister fuit eius nauis: qua Iason & reliqui delecti ex grecia heroes:in colchas advellus aureum nauigauerūt. d Argo·AN. Iason Aesonis filius :ac pelię tessalorum regis nepos cū in colchis iret pro aureo vellere rapiendo:iuxta pelion nauim edificauit:magnitudine atqꝫ apparatu longe maiori ꝙ prius fierent. Erat enim antea paruarum nauicularum vsus. Iason

tis summa cum fęlicitate largitatem:auget genus : proge/niem propagat in claritate:lętiorem efficit. Huiusmōi igiť statum imperatori in transitu vaticinatur. Hęc ex Macrobio.li.iii.Satu. a Suaue.A.ꝑ suauiter. b Murice.S. Cochea vñ tingiť purpura. A. Murex piscis est firmiori te/sta circūdatus:e cuius sanguīe lana tingiť. de q̄ late Pli.ix. c Groceo luto. A. ruffo colore. luteus enim color ruffus dilucidior est a luce dictus:vt Gelius scribit. de quo etiam in Alexi. d Mutabit velle a.SER. tinget:inficiet. per naturā accipiet alios colores. e Luto. S. colore rubicundo:& est hyppalage pro croceo luteo:nā cro cū lutei coloris ē. vñ est alutea pellis.

postea optimos (eorū qui secum ire appetebant) elegit numero quattuor & quinquaginta. Nauis ar/go dicta est ab eius architectonico:vt alii scribunt ab eius velocitate quam antiq argon appellabāt. Auctor est Pli.libro.v. CRITS. Appellata est autem argo a velocitate. αργον enim velox est. Vnde Homerus κυνασ αργουσ id est canes veloces dixit:Hanc autem fuisse primam nauem lon/gam:& inuentam a Iasone Philostephanꝰ auctor est. Quāuis Aegesias patroclo:Ctesias famię. Stephanus semyramidi. Ar ctimacus:Aegoni hoc inuentum ascribat.
q Hinc vbi.AN. id est quāuis Saloninus dum hęc Poeta scriberet mor/tuus esset:attamē (vti dixi) tanqꝫ victuro in Pollionis gratiam hęc futura Virgilius dicebat:
r Cędet mari. SER. Nā si mercimonii causa nauigatur:cessabit omnino cum oīs tellus feret oīa.

Delectos heroas : erunt etiam altera bella:
Atqꝫ iterū ad Troiā magnꝰ mittet Achylles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ętas.
Cędet & ipse mari vector : nec nautica pinus
Mutabit merces:omnis feret omnia tellus.
Nō rastros patietur humus:nō vinea falcem:
Robustus qꝫ iam tauris iuga soluet arator:
Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti:
Murice iam croceo mutabit vellera luto:
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos:
Talia sęcla suis dixerunt currite fusis:
Concordes stabili fatorum numine parcę:

f Sādyx. S. Herba de q̄ sandicinꝰ tingiť color. A. Sandyx ea in olere syluestri a grecis ponitur:decocteqꝫ succus prodest stomacho : fatigato venere corpori succurrit : vt Pli. tradit libro.x. Libro etiā trigesimoquinto: capitulo sexto de coloribꝰ natiuis & factitiis dicit:ꝙ si sandaraca torreať:equa parle rubrica admixta : sandicem facit : quam ꝙ animaduertat Virgilium, hic herbā extimasse. CRIS. Sponte sua sand. Quia color sandicinꝰ connaturalis erit:vt in lana adhuc nō tonsa . Sandix ait Diascorides olus agreste qđ facile comedi pōt. virtus est ei stiptica. Inuenitur etiā ꝑ auripigmento vsto. Opion et Herasostritus dicūt Sandicē breui caule:& in aliis fenicu lo similē esse. Hęc est ꝙ Aristophanes comicꝰ euripidi tragico iocularìter obiicit.
g Talia sęcla. AN. Hic versus varii d̄ morte erat

Nauigatio enim ex mercimonii ratione descendit. ANT. Cędet mari. Nulla enim erit amplius auaricia:
s Vector. AN. Qui naui vehitur.
t Mutabit merces. A quod nautę lucri causa facere solent:cū non vbiqꝫ eadem sint. v Tauris. C. Robustis iumentis. Nam tauri cum semper sint indomiti:inutiles sunt aratro. x Mentiri. S. Nam tincta :ostēdit colorē non suū. AN. Mentiri colores:nam cum alba sit :accipiēdo diuersum colorem mentitur illū cum nō sit natiuus. Inficere autē lanas sordibus lydi primi inuenerūt:vt scribit Plinius li.vii. y Lana. C. a lenitate. id est a molli/tudine sua dicitur. hinc lanugo primi pili in barba : quia cęteris sint molliores:& in nōnullis pomis (vt sunt cydonia) lanuginē dicimus. Estqꝫ in sola oue lana. Nam cęterę quadrupedes pilos aut setas habent. Inuenitur etiam lanitium. Sic in Georgicis. Si tibi lanitium sit curę:vt epistola epistolium. Nam Catul epistolion dixit.
z Ipse sed in pratis ꝛc. AN. Quum poeta in hoc loco loqueretur de filio Pollionis:Id quod ad principiū summum spectaret adiecit. ipse sed in pratis ꝛc. Traditur enī in libro Hetruscorum. Si hoc animal insolito colore fue/rit inuentū: portendi imperatori rerum omniū cum fœlicitate largitatem. Est super hoc liber Tarquini transcriptus ex ostētatiōe tusca. Ibi reperitur:purpureo aureo ve colore:ouis aries ve si spargetur:principi ordinis & gene

vt scribit Macrob. libro.vi. h Fusis. AN. versando enim pollice fusos fata constituunt.
i Concordes stabuli. SER. Nam & q̄d vna dixerit duę sequuntur. et fixa sunt statuta fatorum. Horatius. Quod semel dictum stabilisqꝫ rerum terminus seruet. AN. Concordes parcę. Hę tres sunt: Homero teste Clotho: lachesis atropos. Clotho fert colū. Lachesis filat. Atropos icidit. Clotho verbum greci κλωθω dicūt et circūuoluo significat. Lachesis a lathos d̄r q̄d ē sors: nob enī sortiť vitę terminū. Atropos aūt imutabilis:vel sine cōuersione : eo ꝙ omne natum:vbi in terminum sibi statutum venisse cognouerit : demergat in mortem . Parcę vero dictę sunt a partu:littera immutata quasi parte vt Varro voluit Gellio referente libro.iii.capitulo.xvi. Nascentibus enim bonum & malum hominibus conferunt:vt Hesiodus scri/psit. k Stabili numine. AN. id est immutabili iussu voluntate & lege deorum. Est enim fatum: vt Plato dixit:voluntas et iussio dei. Hinc Lucanus ait libro quīto. Siue canit fatum:seu quod iubet ille canēdo. Fit fatum. Chrysippus autem autore Gellio libro.vi. capı̄o.ii. dixit fatum esse sempiternam quandam & indeclinabilem rerum seriem. Cicero libro primo de diuinatione sic ait. Fatum autē id appello: quod gręce hermamenen.i. ordinē seriemqꝫ causarū:cum causa causam ex se gignat. Ea est ex omni ęternitate fluens veritas sempiterna:

l Aggredere. A. Diuertit aūt hic sermonē ad Augustū. m Magnos honores. A. Diuinos intelligit. Vñ ait Horatius ep̄la. i. secundi voluminis ad Augustū. Romulus & liber pater: & cū castore Pollux. Post ingentia facta deorū in tēpla recepti. Et infra Paulū Pręsenti tibi maturos largimur honores iurandasq̧ tuū p nomē ponim⁹ aras. Nil oriturū alias nil ortū tale fatentes. Si vero de Pollionis filio intelligeres (Licet mortuo: vt diximus) consulatus expone. Nam si de impio intelligeres: Augusto interitum pɼtenderet: melius autem de Augusto intelligemus.

o Magnū iouis incre. S. nutrimentū; & est vulgare qđ carmini Bucolico seruit.

est Diodorus lib. v. CRI. Orpheus theologus priscę theologię fuit. Quā quidē rem hymni sui indicant. hmōi theologię princeps fuit mercurius trimegistius. Mercurii vero sectator fuit Orpheus Orphei sacris initiatus est Aglaophen⁹: Aglaopheni Pythagoras: Pythagorę auditor fuit Philolaus. Philolaum autē audiuit Plato. Sed redeo ad Orphea; hic enim Orgia ab ægyptiis accepta: ad gręcos transtulit: quę ab eo Orphica dicta sunt: & fretus obscuritate antiquitatis: omnia quę ex baccho ex Thebe ægyptiaca ferebātur. qm̄ Cadmeis amic⁹ eēt: ad Bacchū Thebanum ex Boetia transtulit. Cuius cum tanta vis in poetica fuisset: vt aut effrenatos: aut stolidos: stupidosq̧ homies ad mitiorem cultū traduceret: dictus est tygres leonesq̧ demulcere potuisse: et syluas mouisse. Extant ergo (vt diximus) hymni eius profunda primę theologię doctrina refecti: et mira suauitate: grauitateq̧ insignes. Dicunt vnū fuisse ex argonautis: & atrocem tempestatem in quam inciderant suis sacris auertisse. Volūt Cytheronē boetię montem: quoniā ibi ī sacris crebrius caneret: a sua cythara nomen sumpsisse. Scribit Plinius: auguria quę pri⁹ ex auibus tantum sumerentur: ex reliquis quoq̧ animātibus sumi posse Orpheum demōstrasse: Verum cū in Thratia instituisset: vt in sacris bacchi viri a mulieribus abstinerent: ratę ille id in earum contemptum esse institutum: facto agmine: hominem nil tale timentem inuaserent: atq̧ lacerauere. Pleriq̧ tamē (teste Laertio Diogene) illū fulmie ictum periisse affirmarūt: quod etiam epygrāma in Dio macedonię sculptum testatur: quod est huiusmōi ϑρηικα χρυσολυρην τηδ᾽ ορφεα μουσαι εθαψαν ον κτανεν υψιμεδων ζευς ψολοεντι βελει. qđ sic latine dicemus. Orphea chrysoliram musę hic posuere poetam fulmine quem strauit Iuppiter alta regens.

A. Magnū Iouis īcremētum. Crescit eni deorū numerus per Augustū: quē deorū sobolem appellat propter Aeneā: Romulū et Iulium inter deos relatos. Si tamē de Pollionis filio accipis: Iouis īcremētum ait: quia supi⁹ de eo dixerat. Iam noua progenies cęlo demittitur alto. C. Iouis incrementum. Spondaicus versus. Incrementū Iouis dixit: quoniam imperiū magnū administrabat. qđ quidem sm̄ Mathematicos a Ioue est. Vnde Homerus διοτρεφιτασ βασιλησ dixit. Intelligit ergo ipsius cęli: orbem & machinam. o Conuexo S. curuo inclinato. A. Cōuexū ex omni parte declinatum: qualis est natura cęli: quod ex omni parte ad terram versus declinatum est. Festus id scribit.

Aggredere ó magnos (aderit iā tp̄s) honores
Chara deū soboles magnū iouis incrementū:
Aspice cōuexo nutantē pondere mūdum:
Terrasq̧ tractusq̧ maris: cęlūq̧ profundum:
Aspice venturo lętantur vt omnia sęclo:
O mihi tam longę maneat pars vltima vitę:
Spiritus: & q̄ntū sat erit tua dicere facta:
Non me carmīb⁹ vincet: nec trhacius orphe⁹
Nec linus: huic mr̄ q̄uis: atq̧ huic pater adsit:
Orphi caliopea: lino formosus apollo.

p Nutantē. SER. nutat pręsentibus malis. Lętus est bonis futuris.

q Mundū. AN. Mundus appellatur cęlum: terra: mare: & aer vt scribit Festus. Hic tamen pro cęlo tantum accipitur. Nam cęlum vere mūdus vocatur: vt Macro. lib. primo de somno inqt. Mundus est deorū domus: ait Euripides: Nutantē mundum: Id lętitia potius futuri sęculi agi crediderim q̄ pręsentib⁹ malis. Vnde more suo sequenti carmine illud idem aperuit dicens. Aspice venturo lętentur vt omnia sęclo &c. q̄ autē omia simul & tristarent & lętarentur vt hic. esset nullo pacto conuenire videtur. Lętitia autē moueri etiam inanimata. idem Maro in Sileno ostendit: ait enim. Tum vero in numerū faunosq̧: ferasq̧ videres ludere. Tum rigidas motare cacumine quercus.

r Cęlumq̧ profun. AN. Aera hic accipimus. Vnde Pli. libro. ii. sic ait. Nanq̧ & hoc cęlum appellauere maiores quod alio nomīe aera: infra lunā hęc sedes multoq̧ inferior. merito igitur de aere: cęlum profundū ait.

s O mihi. S. O vtinam optat frui longissima vita: et habere tantū spiritus: quātum possit sufficere ad suę virtutis cōmemorationē. AN. Optat sibi longiorem vitam: quo Augusti laudes cantare queat. Est autem ordo. O maneat mihi vltima pars vitę tam longę: & maneat spūs tam longus: quantū sat erit dicere tua facta.. Maneat: futura sit. Pars vltima: meta & terminus.

t Spiritus. A. Dicendo spiritus: Quid sit vita: declarat p̄ epexegesin. v Non me carminibus. SER. Non p arrogantiā dicit: sed demonstrat tantam esse materiam suę laudis: vt etiam humile ingenium in ea supra omnes posit excellere. x Orpheus. A. Trax genere: filius Oeagri doctrina melodiaq̧: ac poesi excellit omnes: quorum extet memoria. Etenim poema mirandū edidit: & suauitate cantus: feras etiam ad se audiendum alliciebat. autor

y Linus. ANT. Hic primus cytharam inuenit: vt alii dicunt Orpheus. auctor Plinius. Fuit autem Linus teste Hermodoro Platonico: Mercurii ex musa Vrania filius. & Thebis genitus. Virgilius autem Apollinis filium dicit. Scripsitq̧ teste eodem Hermodoro mundi generationem: solis & lunę cursus: animaliumq̧ & fructuum generationes: atq̧ in primo sui operis carmine: cuncta simul nata dixit. CRIST. Linus autem Thebanus poeta fuit Apollinis (secūdum eos quos nūc poeta sequitur) filius. Diogenes vero refert illum a Mercurio ex vrania Nymphą genitum fuisse: & ab Apolline sagitta transfixum periisse: cum iam mundi generationem & solis luneq̧ cursum: & animantiū fructuumq̧ originem scripsisset. Hic in principio poematis dixit: omnia simul fuisse: quem secutus Anaxagoras. omnia simul nata esse dixit. Plutarchus in lib. de musica cum dixisset artem cytharedicam primum Amphionem a Ioue didicisse. addit eodem tempore Linum Thebanum lugubres versus cecinisse: Pli. vbi de inuentoribus scribit: ponit etiam alios qui cytharę inuētionē Amphioni: alios qui Orpheo: alios vero qui Lino tribuant. z Adsit. A. faueat.

a Orphi. A. Datiuus est gręcus. nā latinus est Orpheo: de quo etiam Phocas & Priscianus. C. ponitur pro datiuo latino. Nā Orphei in datiuo; & per synęresim orphi.

b Pan. S. Redit ad numina rustica. Nam satis excessit dicendo Linum poetam: Orpheaq; theologum. A. Etiā de hoc in Alexi dictum est q fistulam primus inuenerit. Redit autem ad rustica numina: ne penitus videret buco lici carminis modū excessisse. c Archadia. S. quę ei fa uet: quia ibi colitur. A. Archadia iudice. Hoc ait quoniā hunc deum Archades colūt, de quo multa Macrobi' lib. primo fatur. Est et ibi mons lyceus: in quo Iouis lycęi de lubrum: quē & pana volūt esse. De archadia aūt plene legito Strabonem libro. viii. d Incipe parue puer. A. Ad Saloninū reuertitur: exhortans illum vt matri arride at. sic enim lętícia ducta mater: labores oms et tę dia decem mensiū obliui sceretur. eritq; etiam omen optimū. Scribit Pli. libr. vii. c. xvii. risisse eodē die quo genitus esset: vnum accepimus hoiem zoro asten: eidem cerebrum ita palpitasse. vt impositaz repelleret manū. Futurę p̄sagio scientię.

e Risu. S. Alludit ad id quod fa ctū est: & rē na turalē ostendit: sicut enī maiores sermone cogno scūtur: ita infantes risu se indicāt a̗gscere. Ergo hoc dic. incipe pentibus arri dere: et eis spe boni ominis detrahe sollicitudinē: & vt ipsi tibi arrideant. A. Risu cognoscere matrem. Solent enim infantes cognita matre ridere. Ille autē nec cognouit nec risit vnq;: quoniam paulo post ortum obiit.

s Sardois. S. In Sardinia Sardoa herba nascit̃ apiastri similis: hęc ora et hominũ rictus dolore contrahit: vt veluti ridentes moriantur. A. Sardoa herba quę in fluuiis prouenit rusco largior: Si edulio fuerit: vescẽtibus neruos contrahit: rictu ora deducit: vt qui mortem appetunt velut ridentiũ facie intereant. Solinus auctor. t Rusco. A. Ruscũ herba est sponte nascens qua in cibis vtuntur plereq; gẽtes. Pli. li. xxi. C. Rusco. sunt qui credunt idem esse ꝙ sentes. v Alga. A. marina herba tenuissima. x Ite domũ p. S. Iuuenci auidissime pascũtur. Et ideo increpat ꝙ tarde redeãt. C. Ite. d. p. Sensus est. pastę estis et tamẽ ꝓpter auidissimã voraginẽ nõ desinitis: sed si esset vllus in vobis pudor discederetis. Demõstrat aũt Poeta q̃tum ex nimio amore cupiat vt discedãt: vt posset frui re amata q̃q; irrationalia essent tñ alloquitur: nã cęcus ex nimio amore non videt quibus dicat. y Muscosi. S. Lanugine viridi conspersi. A. Muscosi lanuginosi. z Et somno mollior. A. Iucundior somno. C. Mollior herba, id est qua recũbentibus in te molliorẽ somnũ facis. a Arbutus. S. Arbor est frondibus raris. b Solsticiũ. A. Solsticia duo sunt; brumale & ęstuũ nona cal. Ianuarii brumale solsticiũ est. Aestuũ vero. viii. et. vii. et. vi. cal. Iulias. in quo fauonius & calor. Auctor est Colũ. li. xii. c. ii. Placꝫ. etiã Pli. li. xviii. c. xli. C. Solsticiũ pecori: Solsticia duo facit sol: Alterum quando ingreditur capricornũ quod hyemale dicitur. Alterum quando peruenit ad Cancrũ quod appellatur ęstiuũ: Illud maxima frigora habet et dies oĩm breuissimos: hoc maximos calores & dies longissimos: constant enim ex quindecim horis et tertia paulominus parte vnius horę. Noctes sunt ex octo horis: & ex duabus paulominus de tribus horę partibus.

c Defendite. A. i. auertite atq; depellite: Nã vt Gelius scribit li. viii. c. i. offẽdere proprie et latine significat incurrere in aliq̃d & icidere. Defẽdere vero auertere atq; depellere. Hinc Quin. Claudiꝰ a pinnis hostes defendebat facillime. C. Defendite. i. arcete vim caloris quę est in solsticio a pecore. dixit eodẽ modo Statiꝰ. Hic vero ambobus rabiem fortuna cruẽtã. Attulit: haud passi sociis defendere noctẽ culminibꝰ. Hora. Et toga quę defẽdere frigus q̃uis crassa queat. Sic Hom. αμυνω. quod defendo fcat eodẽ mõ dixit. χρεῖω ἐποῖο γενηται ἀεικεα λοιγον ἀμυναι. d Iam venit. S. Non est sed aduẽtat. nam adhuc turgent gẽmę in palmitibꝰ vitis. A. Iam venit ęstas. Ea incipit. vii. Idus sextilis. hyems. iiii. idꝰ nouẽbris. Ver. vii. Idus februarii. Var. li. i. de re rustica auctor. e Iam lęto palmite. A: Palmes dictꝰ (vt Festus ait) ꝙ in modũ palmarũ virgulas quasi digitos edit: Est autẽ (vt aiũt) Vitꝫ materia mollis quę per nouella brachia emissus fructus affert. propterea lęto palmite Poeta dixit. f Gemmę. A. hę oculi vitis dicuntur per methaphorã. i. translationem quę teste Fabio li. viii. copiam auget sermonis permittendo mutari quę non habet. Vnde necessitate rustici dicunt gemmas in vitibus quid enim dicerent aliud. C. Gẽmas dicimus lapillos preciosos: sed dixit gemmas in palmite vitis oculi: qui iam turgendo extant: vt gemmę extant in annulo. g Focus. AN. Varro scribit focos dictos ꝙ foueant ignes. quicquid autẽ ignem fouet focus vocatur: seu ara sit: siue quid aliud in quo ignis fouetur. Sunt qui dicũt a greco φως quod est lux seu lumen. Focus. C. Locus est vbi fit ignis: dixit autem cõtraria superiori. Ille enim quęrebat remedia contra calores, hic dicit iam venisse contra frigus. h Tędę pingues. S. desudantes picem. A. Tęda resinã fert: Vnde succo est abundantior: flammis: ac lumini sacrorũ etiam grata. Pli. li. vi. C. Tęda arbor est. in Europa enim sex genera cognatorum arborum sunt quę resinam faciũt: pinus: pinaster: pix, abies. larix. & tęda. Sed tęda abundantior est succo q̃ reliqua: Flammis ac lumini sacrorum etiam grata. Hęc Pli. Notum autem est ꝙ in locis in quibus abũdat tęda illius ligno pro candelis vtũtur. Hinc faces tędas persępe appellat Poeta. i Postes. A. a post dicti videant̃: ꝙ post fores stant Pris.

Aut numer[k]ꝫ lupus: aut torrētia[l] flumīa ripas.
Stant[m] & Iuniperi[n]: & castaneę[o] hirsutę[p]
Strata iacēt passim sua q̄q; sub arbore poma.
Omnia nunc rident[q]: at si formosus Alexis
Montibus his abeat: videas & flumīa[r] sicca.
Aret ager[s]: vitio moriens: sitit aeris herba:
Liber pampineas[t] inuidit[v] collibus vmbras:
phyllidis aduentu nostrę nemus oē virebit.
Iuppiter[x] & lęto descēdet plurimus imbri. C.
populus[y] alcidę[z] gratissima: vitis Iaccho[a].
Formosę myrtus veneri: sua laurea[b] phœbo[c]:
phyllis amat corylos: illas dū phyllis amabit
Nec myrt⁹ vīcet corylos nec laurea phœbi: T
Fraxin⁹[d] ī syluis: pulcherrīa pinus in hortis:
populus in fluuijs: abies in montibus altis.
Sepius at si me lycida formose reuisas:
Fraxin⁹ in syluis cędet tibi: pinus ī hortꝫ. M.
Hęc memī & victū frustra cōtēdere Thyrsim:
Ex illo[e] Corydon Corydon est tēpore nobis[f].

k Aut numerū. S. Quia solam considerat lupus prędā. l Torrentia. A. Impetuosa ęstuantia. C. Torrētes dicim⁹ fluuiolos paruos a montibus. decurrētes. dictos sic: quia in caloribus & siccitatibus torrēt. i. arescūt. Sed qm̄ qn̄ augentur subitis imbribus cū maximo impetu per pręcipicia deferuntur: ꝓpterea dicimus res torrētes: quę cōcitatę vehementesq; sunt. vt genus dicendi torrēs. Vnde Iu. Sermo promptus & Iseo torrētior: Ergo torrētia flumina cōcitata et rapida. m Stant. S. Plenę sunt alias horrent. vt stant lumina flāma. A. Stant Inquit Noni⁹ hoc loco ꝑcat vt Sysenna: cęlūcaligine stat. n Iuniperi. A. Iuniper⁹ añ cętera oīa excalefacit extenuat: cędro similis: accensa serpentes fugat: semen stomacho: pectori lateris doloribus vtile: tusses cōcoquit: illitū tumores sistit. Pli. li. xxiiii. o Castaneę. C. Castaneas nuces vocamus q̄q; accomodatiores glandiū generi. Sardib⁹ hę ꝑmū uenere. Vnde grçci Sardinias balanos appellant: octo illorꝫ genera sūt: laudatissimę quas Tarentū ꝓducit ait Pli. Macro. vero nuces heracleoticas vocat ex auctoritate Oppi. in li. de arboribus siluestribus. vbi ait. Heracleotica nux q̄ castaneā qdā vocāt. p Hirsutę. SER. Adhuc intra suos echinos locatę. C. Hirsutus dixit propter thecas spinosas qui echini dicuntur a similitudine echinorū: qui & spinosi sunt. Sed & erynatius spinosum animal echindus dicitur. q Rident. S. Lęta sunt vt Mixtaq; ridenti colocasia fundet achāto. Hora. Ille terrarum mihi pręter oēs angulus ridet. r Flumina sicca. SER. υπερβολικωσ etiam iuges aquas et perpetuo fluētes siccari ꝯspicias. s Ager vitio. S. pestilentia corrupti aerꝫ affligit. t Pāpineas. S. Virgilius: nūq; pāpinos in fe. g. ꝓfert sed Varro frequenter. v Inuidet. S. Inuideo tibi illā rē dicim⁹: vt te ne ingt miserāde puer cū lęta veniret īuidit fortuna mihi. x Iuppiter et lęto. S. Sic alibi Coniugis in gremiū lętę descendit. Aer em̄ in pluuias soluit. A. Iuppiter. i. aer. Is enim Iupiter est vt dixit Eninus quē greci vocāt aerem qui vētus est & nubes imber postea. Sic em̄ Varro docet. descendet autem in terrā lęto imbri. i. fœcūda pluuia. y Populus. A. De hac lege Pli. li. xvi. & li. xxiiii. Est aūt populus in tutela Herculis: qui vt aiūt ad inferos iens populea frōde se coronauit. z Alcidę. A. Herculi fuerat em̄ Alcęus Amphitrionis pater: vt Euripides ostēdit: a quo Hercules ipse Alcides dicit. a Iaccho. A. de hoc superi⁹ patuit. b Laurea. A. Laurus ipsa. c Phœbo A. Phœbus dicitur lucidus vel purus quasi phobios a φοσ & βιοσ id est lux vitę epitheton est Apollinis vnde legitur. Mihi phœbus Apollo prędixit. d Fraxin⁹ in syl. S. non sic erūt pulchrę hę arbores in suis locꝫ natę. vt si tu ad me sępius venire curaueris. C. Fraxinus arbor celebratissima est ab Homero in hasta Achillis: quę in Ida troadis nascitur. adeo similis est cędro: vt dēpto cortice emptores fallat: Frondes eius iumentis mortiferas: ruminantibus innoxias grçci tradidere: In Italia nec iumentis nocent. Succus ad potū expressus contra serpentes valet: Arborem ipsam ita refugiunt: vt ne vmbram quidam vnq; attingant: expertum hoc se ait Plinius. Si necessitas sit in ignē potius q̄ in fraxinum effugere serpentem. Memini. memini illā rem dicim⁹ & memini illius rei. vt nec memini lętor ve malorum. Item numeros memini. e Ex illo. Corydon. S. Victor nobilis supra omnes: quā rem quasi rusticus Implere non potuit. f Est nobis Corydon. A. ac si diceret dulcis cātus vel dulcis cantor. Corydon enim auis dulce canit vti aiunt: Dicitur etiam Corydalos.

Argumentū ęglogę octauę quę dicitur Damon: vel pharmaceutria.

Octaua damon contendens alphesibęo: Hic Damon queritur Nysę deceptus amore:
pharmaca cū magico carmine culpat amās. Daphnidis at cantu cōfectus Alphesibœus.





Pastorū musam Damonis & Alphesiboei:
Immemor herbarū quos est mirata iuuenca
Certantes: quorū stupefacte carmine linces:
Et mutata suos requierūt flumina cursus:
Damonis musam dicemus & Alphesiboei:
Tu mihi seu magni superas iam saxa timaui:

Pastorū musas S. Apud Theocritum est vna egloga q̄ appellatur φαρμακευτρια in qua mulier qbusdā sacrꝭ mētē amatoris: a q̄ cōtemnebat̄ peruertit. Illam Virgilius ad vltimam huius eglogæ partem trāstulit. Nam prima pars cōquestionem amatoris decepti continet. ANTO. Theocritus egloga secunda scribit. Simetham cū Thestili Delphidi amatori magicum carmen exercere. Id autem Maro vltimaꝗ pte huiusce eglogæ imitat⁹ est. At hic Daphnidi: ibi delphidi carmina fiunt. Ibi itē sepi⁹ repetitur. Ducite sacra domum mea carmīa ducite Daphnim. Hic sepius ducite ab vrbe domum mea carmīa ducite Daphnim: Pharmaceutria preterea dicitur venefica pharmatia venenatio: medicina. pharmaceuome incanto Pharmaceuo veneno incanto. Pharmacum venenū: medicina: pigmentū. Pharmaceus veneficus. Nō ab re igit̄ presens egloga Pharmaceutria dicit̄: cū in ea carmina & veneficia fiant b Musam. S. Cantilenā amorū quos inter se cecinerūt. c Alphesiboei. A. hoc late egloga. v. d Mirata iuuenca. SER. Nam catilene suauitate coegerūt etiā ea animalia obliuisci pascuorū: q̄ sunt pascendi auidissima. Nā sup̄ ait. Ite domū pasti si quis pudor. ite iuuēci. e Stupefacte. S. pcedit ad augmēta. iuuēce oblite sunt pascuis: stupefacte sunt fere. Flum na etiam sensu carentia: cursus proprios retardarunt.
f Linces. A. In ethiopia nascunt̄ scribit Pli. Sūt timide & varie & miraculose. iungūturq; etiam curru bacchi. de quib⁹ egloga quinta diximus. C. Lincū humor ita redditur: vbi glaciat̄ arescit: vt in gēmas carbunculis similes: & igneo calore fulgentes lyncuriū vocatas: nouere hoc lynces & inuidentes vrinā terra operiūt. s; iō celerius solidatur. Hec Plinius. Errant autē qui lyncas ceruariosq; lupos eandem volunt esse ferā. Nam seorsum de Ceruario scribit Pli. & spēm lupi eē vult. Aitq; si quis in summa fame mandit quicq;: et forte respexerit: ita obliuisci illius cibi: vt digrediēs aliud q̄rat. Ceruarios Thoas greci appellāt. lyncis fabulā narrat Ouidi⁹. g Requiert. S. quietos eē fecerūt. Ergo ē quiesco: id est quietē capio: & quiesco seruum: id est quiescere facio.
i Damonis musa. C. quotiens clausulā: ac deinde interponimus multa antea quā adiungamus verbum: repetimus dictiones positas a principio. k Tu mihi. S. Sententia est: Vbicunq; es Auguste. A. Tu mihi. s. faueas Auguste: eum siquidem p Apostrophen alloquitur: id est per auersionē ad secūdā psonā: Apostropho eni auerto significat. l Timaui. S. fluuius est venetie. A. Timauus fluuius est qui per aquileie agrū labitur. de quo Pli. lib. iii. et Strabo libro. v. meminerūt: vtq; Mel. scribit Timauus nouem capitibus exurgens: vno hostio emittitur Strabo autem inquit septem esse Timaui fontes: mare mox irrumpētes: lato & profundo sane fluuio: locumq; ipsum maris fontē & matrem ab indigenis vocari. Nam Timauus (vt ait Posidonius) e mōtibus delatus decidit in profundū: quod Strabo refert: & Maro lib. primo eneid. inquit. Et fontē superare Timaui. vnde per ora nouem vasto cum murmure mōtis. It mare preruptum & pelago premit arua sonanti. CRI. De hoc dicetur in eneid.
¶ Saxa: id est montes.

m Siue oram illyrici. AN. Hoc dicit quoniã Augustus adolescens adhuc: per se Dalmaticũ bellum gessit: in quo vulnera etiã accepit. Idem vt quibusdã Pannonicis atq; germanicis: aut interueniret: aut nõ longe eẽt. Rhauennã & Mediolanũ et Aquileiam vsq; ab vrbe progressus ẽ. auctor est Suetoni⁹. Scribit etiam Apianus latius ĩ libro qui Illyrius dicit̃. Propter hec igitur ait Maro: Superas iam saxa Timaui. Is enim p aquileię agrum labit̃: quę regio ab Venetia diuidit̃ flumine Natisone: Strabone teste.

n Illyrici equoris. AN. Illyris hadriatici maris latus occupat: testibus Męla & Dionisio. Pli. item li. iii. inqt. Quę ps ad mare hadriaticũ spectat: appellat̃ Dalmacia et illyricũ. o En erit. S Primũ en optat: scdm affirmat. q. d. putas vnq; erit tps quo mihi liceat tua facta scribere? putas erit: Ecce iã aderit. C. En erit. prę terea nimia cupiditate: q̃ si desperet talẽ diem futurã: qđ maxĩe oñdit repetitio istius dictiõis. en. quę dolentis ẽ simul et optantis. desperat autem venturam diem illam: quia desperat posse acquirere stilum conuenientẽ rebus quę propter sententiarũ magnitudinẽ mereantur grandiloquentiam tragicam: qual̃ fuit in Sophocle. p Sola sophocleo zc. SER. Ac si diceret: quamq; impar sit ingenium: quia tu dignus es stilo Sophocleo. Sophocles enim tragicus altisonus. ANT. Hoc est Tragediarũ scriptor fuit: teste Eusebio. fuit autem Atheniensis quẽ Cicero diuinũ poetã libro prĩo de diuinatõe vocauit. Vbi mira quędã de hercul̃ surrepta aurea patera: & illius visione ĩ somnis meminit Sophocle ergo cothurno. i. sublimiori stilo. & Sophoclis boatu. de hoc latius ęgloga septima dicimus: ponitur interdum pro alto dicẽdi genere apud poetas: vt hic. Vtuntur q; cothurno tragedi: sicut comędi socco. C Sophocles tragicus fuit: cui⁹ grauitas & cothurn⁹ & sonus sublimior videtur: q̃ Euripedes. Nam hos duos scribit Quintilian⁹ op⁹ tragicũ longe clarius ceteris illustrasse. Addit etiã q; dubitatur vter in dispari via poeta sit melior. Sed Euripidem magis imitandum oratoribus dicit.

q Tua carmnia. A. id est tua gesta continentia. non enĩ de carminibus ipsius Augusti intelligit. A. te principium tibi desinet: quod verũ extitit. Nam & bucolicis et Georgicis & ęneide eũ celebrauit. r Cothurno. CRI. vt socci calciamenta erant Comicorum: ita cothurni tragicorum: vnde & soccus pro comico: & cothurnus pro tragico ponitur. Hora. Hũc socci cępere pedẽ grandesq; cothurni. Sunt tamen qui credant voluisse Maronem laudare carmĩa Augusti: qui (vt oñdit Tranquillus) tragędiis delectatus est. Nam & Aiacem maximo impetu aggressus est: deinde cum displiceret: propterea q; aboleuisset: & interrogaretur quid ageret Aiax suus? Respondit: Illum in spongia incubuisse: vt ait Macrobius.

s A te principiũ. S Sic horati⁹: Prima dicte mihi summa dicende camena. t Iussis. SER. Nam supra dixerat. Non iniussa canã. Atq; hanc ſi. tpa: cir. in. v. h. ti. s. l. Allegoricos dicit debere meum carmen florere inter tuos triumphos. Nam triumphantes lauro: poetę hedera coronant̃. u Atq; hanc sine tempa circũ zc. AN. Sensus est. Concede hęc mea carmina esse inter triumphos & laudes: dignitatesq; tuas: & hãc hederam ad illud retulit.

x Inter victrices. AN. Laus qua quidã victores & triũphantes coronabãtur. CRI. Q; autẽ dixit inter victrices hederam tibi serpere lauros. Voluit illũ ostendere Augustũ laudibus imperatoriis poeticã miscuisse. y Serpere. S. Verecunde dixit. i. humilit̃ pcedere. z Frigida vix. SER. Totam vigilasse noctẽ ostẽditur amator. siquidẽ ortum luciferũ primũ aspexit: & eum vt veneris stellam allocutus est. ANT. Peracta inuocatione: ad narrationẽ descẽdit. exponit eni Damonis querellas decepti amore Nysę. b Tereti. SER. Teres est rotundũ & oblongũ vt columna. c Nascere. CRI. Amans apud stellam veneris conqueri cupit: & impatiẽtia amoris dixit nascere. q. d. accelera ad ortum. d Precq; diem veniens: S. pueniens. e Diem almũ. A. Sicuti luna nocturno tẽperamento. Ita sol diurno calore oĩa moderat̃ et nutrit. f Lucifer. A. Infima est quinq; errãtium: terręq; proxima stella veneris. quę bosphoros grece lucifer latine dr̃. quum obsequit̃ aũt hesper⁹. vt Tullius. in lib. de natura deorum edocuit.

g Almum. C. omĩa per quę sum⁹ aut p q̃ alimur: alma dicimus. hinc almam venerem. et almã Cererem.

Siue oram illyrici legis ęquoris: en erit vnq;
Ille dies: mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit: vt liceat totum mihi ferre per orbem:
Sola sophocleo tua carmĩa digna cothurno:
A te principiũ tibi desinet: accipe iussis:
Carmina cępta tuis: atq; hanc sine tpa circũ:
Inter victrices hederam tibi serpere lauros:
Frigida vix cęlo noctis decesserat vmbra:
Cũ ros in tenera pecori gratissim⁹ herba est:
Incumbẽs tereti Damon sic cępit oliuę. Da.
Nascere precq; diem veniẽs age lucifer almum
Coniugis indigno Nisę deceptus amore:
Dũ queror: & diuos (q̃nq; nil testibus illis:
profeci) extrema moriens tamẽ alloquor hora:
Incipe menalios mecũ mea tibia versus:

h Coniugis. SER. Non quę esset: sed q̃ speraret̃. Sic in quarto ęnei. Quos ego sum totiens iam dedignata maritos. A. Coniugis indigno. inferiorib⁹ clausulis id iungit̃ non pcedentibus. Coniugis quam coniugem optabam. i Indigno amore. A Cũ enĩ illa me sperneret: idigna erat amari mihi C. Indigno. Maximo: vel nõ dignis iniuriis: quas a Nysa accepit. Vel sit hyppalage: id est Nysę indignę nostro amore. k Nil testibus illis. S. Nihil pfeci q; illos sum sępe testat⁹. Epicurice ergo dixit: qui ait. Nec bene p meritis capitur: nec tangitur ira. C. Testibus illis: Vel sit sensus: q; nihil mihi profuerit testari ipsos. vel q; ipsi sũt testes: q; nihil q̃rendo pfecerim. l Extrema hora: S. paulo post moriturus. Sic in q̃rto. Incubuitq; toro dixitq; nouissima verba. m Moriens. C. optime in p̃senti participio & non moriẽs in futuro dixit: quasi iam nunc nõ se omnino viuũ dicat. ergo moriens. i. dum morior quod iam cepi. Nam amantes: non modo mori: sed iam se morituros queruntur. n Menalios. S. Archadicos a Menalo Archadię mõte. Et hic versus dictus ẽ intercalaris: quia sępius interponitur: vt dies & menses intercalares dicũtur: quoniã interponunt̃ in anno: Fecit aũt hunc versum ad imitationem Theocriti in pharmaceutria; vbi est interposit⁹ sępe versus, O turbo maritũ meũ

Menalus argutumq́ꝫ nemus pinoſq́ꝫ loq̄ntes
Semꝑ habet: ſemꝑ paſtorū ille audit amores:
panaq́ꝫ: q̄ primus calamos nō paſſus inertes:
Incipe manalios mecum mea tibia verſus:
Mopſo nyſa datur: quid nō ſperemꝰ amātes?
Iungent̄ iam gryphes equis: euoq́ꝫ ſequenti:
Cū canibꝰ timidi venient ad pocula dāme:
Mopſe nouas incide faces tibi ducitur vxor:
Sparge marite nuces tibi deſerit heſperꝰ oetā.
Incipe menalios mecum mea tibia verſus:

domum adducito: vt in ſequentibus eſt: Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite Daphnim. A. Menalios. Archadicos. Menalus enim archadię mons eſt: teſte Plinio et Strabōe. cuius tanta eſt altitudo: vt eius cacumē videat̄ aſtris inſertū. Hinc Statius libro. ix: theba. ait. Et ī mediis frōdentē menalon aſtris. Et incipe me. figura eſt Epymone: quę dici poteſt ꝑſeuerantia vł aſſiduitas: ſępe enim eadem ſentētia repetitur: appellant̄ hi verſus interculares: id eſt interpoſiti. C. Menalios. i. quales ſolent Archades ſoli cantare periti. nō enim ſe iactat vt archadice canat ſed vt canat tybiam rogat. Menalus aūt mons eſt: iuxta Stymphalum. o Argutum. SER. garrulum ſtridulū. A. Argutum ſonorum. p Pinoſq́ꝫ. S. qđ iccirco auſus eſt dicere: q̄a dicturus eſt. paſtoꝝ audit mores. Sic in prima ęgloga Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. q Mopſo Nyſa datur. SER. Honeſta turpi. pulchra deformi. C. Mopſo: quaſi viro nauci & indigno tam pulchra puella: Nyſa tam pulchra tā venuſta: Sunt aūt hęc ꝓferenda cum maximo pondere: vt indignatio ꝓpter acceptam iniuriā: & admiratio propter diſparilitatem: coniūctoꝝ: et conqueſtio: quia dolet tanq̄ꝫ amore perditus amata re priuari. r Quid non ſperemus. C. id eſt timemꝰ. Iam enim incredibilis videbatur illa coniunctio: vt nihil iam tam impoſſibile ſit quod videatur timendū. propter qđ ponit duo hęc impoſſibilia: de equis cum gryphibus: et de dāmis cum canibus. s Gryphes. SER. In hyperboreis naſcuntur montibus omni ex parte leones: alis & facie aquilę ſimiles. equis infeſti. Apollini conſecrati. AN. Grypoſis curuatio dicitur Grypos: habēs naſum aduncum: inde grypes dicuntur. Latinorū aliqui addito h gryphes dixerunt. Sunt autem in Scythia alites ferociſſimę teſte Solino: & vltra oēm rabiem ſeuientes. meminit etiā de his Mela libro. ii. CRI: De Gryphibus ſic ait Iulius Solinꝰ: In aſiatica Scythia: terrę ſunt locupletes: inhabitabiles tamē. Nám cū auro & gemmis effluant: Gryphes tenent vniuerſa. alites velociſſimi. vel potius ferę volitantes. & vltra oēm rabiem ſeuientes. Sunt enim quadrupedes & corpore quidē leonibus: alis aquilę ſimillimę: quorum imanitate obſiſtente aduenis difficilis: & rarus acceſſus eſt: quippe viſos diſcerpunt veluti geniti ad plectendum auaritię temeritatem. Ariſmaſpi: cum his dimicant: qui vno oculo in fronte media ferūtur inſignes: vt intercipiāt ſmaragdos lapides mira cupiditas eſt. et feris cuſtodiētibꝰ: et Ariſmaſpis rapientibus. Hęc Solinꝰ. Alii dicunt has feras eſſe in tutela Apollinis: et equos vehementer odiſſe: quod nunc Maro teſtatur. Ego hos eos eſſe crediderim: quos Plautinus Strobilus picos nūcupat: Ait enim picos diuitiis: qui aureos montes colunt. ego ſolus ſupero. t Cum canibus timidi ꝛc. Non ſolum pulchrę deformibus nubēt. ſed etiam contratię naturę animalia iungent̄. Et Mopſus canibus: Nyſa dammis: ad perſonas alludēs cōparat̄. Dama maſculini generis: facit ſic alibi. Timidi Damę ceruiq́ꝫ fugaces. Hora. in fœminino poſuit. Et ſuperiecto pauidę natarūt ęquore damę. v Damę. AN. Dama genus eſt caprę ſylueſtris. cui fel deeſſe notatum eſt, ſicuti ceruo; equo: mulo; aſino et vitulo marino: vt ſcribit Philoſophus libro. ii. de animalibꝰ: Et Plinius libro. viii. inquit. Q; Damę manſueſcūt raro: cum ferę dici iure nō poſſint. x Nouas faces. S. Quę ſolent pręire nubentes puellas. Varro in ętiis iō dicit Faces pręire nuptas: q̄ꝑ antea nō niſi noctu ducebant̄ a ſponſis. Quas ideo dicit limen nō tāgere: ne ſacrilegio inchoarent: ſi depoſiturę virginitatē: calcent rem veſtę numini caſtiſſimo conſecratum. ANT. nouas faces. patrum et matrum pueri tres adhibebant̄ in nuptiis. Vnus qui facem pręferret ex ſpina alba: q̄ꝛ noctu nubebant: duo qui nubentē tenerēt. auctor eſt Feſtus. Plutarchꝰ in probleumatibꝰ ſcribit: q̄ꝑ quinq́ꝫ faces in nuptiis accendebāt: quas cęreos appellabant. CRI. Faces. Spina nuptiarū facibus auſpicatiſſima eſt: quoniam inde fecerūt paſtores qui ſabinas rapuerūt: vt auctor eſt Maſſuriꝰ. Nūc facibus carpinus & corylus familiariſſim: . ait Plinius. y Tibi. S. ſub tuo nomīe aliis ducitur: vt oñdat eam corruptoribꝰ ſeruiturā. & nō ſibi. z Sparge nuces. S. Varro ſpargēdarū nucū cām dicit: vt Iouis oē mrīmonīū celebret̄: vt nupta matrona ſit ſic̄ Iuno. Nā nuces in tutela ſunt Iouis: et iuglādes: q̄ſi Iouis glandes vocāt̄. Nā illđ vulgare eſt. iō ſpargi nuces: vt a rapientibus pueris fiat ſtrepitus: ne puellę virginitatem amittentis vox audiatur. Modo tamē ideo ait Sparge marite nuces: vt eū culparet infamię. naꝫ pueri catamiti meritorii: quibus licenter vtebatur antiquitas: recędentes a turpi ſeruitio nuces ſpargebāt: id eſt ludum puericię: vt ſignificarent omnia puerilia iā ſpernere. Vnde illud dixit: tibi ducitur vxor. i. ſub tuo nomine aliis ducitur: vt eam non ipſi: ſed aliis ſeruituram eſſe ſignificet: ſcilicet eius corruptoribus:. ANTO. MAN. Honor nucibus naturę peculiaris gemino protectis operimēto: puluinati primū calicis: mox lignei putamini: quę cauſa eas nuptiis fecit religioſas. tot modis fœtu munito quod ē veriſimilíꝰ: q̄ꝫ quia cadendo tripudiū ſonum ve faciant. Pli. libro. xvi. ſcribit. CRI. Nuces: q̄ꝫuis per nuces iuglandes intelligamꝰ tamē nucem omnē fructum appellamus: cuius cortex durior ſit: vt eſt amigdala. caſtanea. iuglans. auellana. iuglādem ſecundū. C. Baſſum quoniā antiqui eam nucē dulcioris ſaporis exiſtimauerūt: et ioui ſacrarunt: iuglandem appellarunt. Cloatius verius ait: Iuglans quaſi diu glās: gręci hanc baſilicam. i. regiam nominant. nōnulli tamen voluerunt eſſe dictū iuglandem a iuuando. Quę autem ex Corylo eſt dicitur auellana ſiue ꝑneſtina. gręci ponticā nominant. Caſtanea heracleotica dicitur. Amigdola vero gręca et thaſia. Eſt etiam nux pinea. a Oetam. SER. Theſſalię mons ab occidente. i quo ſtellę videnť occidere. AN. Oeta mons eſt in Theſſalia: qui ab oriente thermopilis. in occidentē vſq́ꝫ in ſinū ambraciū extenditur. aſperitatis & cęlſitudinis non mediocris. Hęc & plura Strabo libro. ix. Hoc aūt. tibi deſerit Heſperus Oetam: id eſt in tuam gratiā occidit heſperus. olim nanq́ꝫ & nūc quoq́ꝫ maritus primo ſponſę: non in luce: ſed in tenebris iungitur. de hoc Plutarchi probleuma extat. hęc omnia tñ ironicos dicta accipiant̄. Poſſes item hoc pacto accipere. Tibi deſerit heſperus oetam: id eſt ꝓpter e cęlo fugit heſperus tanq̄ꝫ id ęgreferens; melior tamē ſenſus prior. nam

O digno coniuncta viro dum despicis omes
Dūq; tibi est odio mea phystula: dūq; capellę
Hirsutumq; supciliū: prolixaq; barba:
Nec curare deum credis mortalia quem q̄.
Incipe menalios mecum mea tibia versus:
Sepibus in nostris paruam te roscida mala:
(Dux ego vester eram) vidi cū matre legentē:
Alter ab vndecimo tum me iam cęperat ann⁹
Iam fragiles poteram a terra cōtingere ramos:
Vt vidi: vt perii: vt me malus abstulit error:
Incipe menalios mecum mea tibia versus.
Nunc scio quid sit amor: duris in cotib⁹ illū:
Ismarus aut Rhodope: aut extremi garamātes
Nec nostri generis puerū: nec sanguinis ędunt:
Incipe menalios mecum mea tibia versus:

noctu nubebant: vt diximus. b Digno coiuncta viro. SER. puellę insultat. ANTO. O digno con. ironicos loquitur: vt iam diximus. CRI. O digno con. At qui contraria dixerat Mopso nysa datur. Sed hęc est amantis inconstantia. In quo amor: odiū: indignatio: cōmiseratioq; alternatim ęstuant: Ibi enim ex quadā cōmiseratione dolebat hic indignabūdus: cum querat multa de puellę superbia: affirmat suos fastus esse dignos hac pęna: vt illi turpi nubat. c Dū despicis oēs. C. dū tibi per fastidiū nemo placet: turpissimū sortita es. Deinde narrat q̄ sint ī eo q̄ illa oderit: q̄ potius amanda videbantur: vt est musica: quā significat p phystulam: vt sunt greges: vt est quidā viril' habit⁹. Odit phystulā tanq̄ austera. et q̄ nulla musicę voluptate demulceat. Odit capellas tā q̄ nimis deliciosa: & cui sorderent greges: inter q̄s nata est. Odit supcilium & barbā tanq̄ quā nihil virile delectet: qd in hoie laudi datur. Vñ Phędra apud Ouid. Sint procul a nobis iuuenes vt foemina compti. Fine coli modico forma viril' amat. d Hirsutumq; supercilium: SER. Per incultū corpus: ostendit fortitudinē suam. C. Superciliū. Cilium dicim⁹ superius oculi operimentum: quod cilatur: id est crebro moueat dum frequentur tegit retegitq; oculum. Inde supciliū infima pars frōtis. q̄ pręminet oculo: qd qm illo animū mētis modis indicam⁹: ponit p grauitate: vt hic poeta ī priapeia. Cōueniēs latio pone supciliū. Et Iuuenal'. Grāde supciliū numerasq; ī dote triūphos. Capitur etiā pro eminentiori montis collisue parte editiore. Vnde in Georgicis. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam elicit. Dicunt supercilia ī tutela Iunonis esse. Nam illis oculos tegimus: p quos luce fruimur: quam Iunoni tribuunt: Vnde dicta est lucina: Pompeius ait. Ergo hic hirsutum supercilium. pro prauitate videtur posuisse. e Prolixa. S. decisa. f Nec curare deum. S: Superbia tua damnata es turpi marito. AN. Nec curare deū. Epicuri sententia id erat. Is enim (vt Cice. scri. ī libro de. n. d.) Ex animis hominū extraxit radicitus religionē: quū diis immortalib⁹ & opem & grām sustulit. Ita fit: vt nō mō homines a deis: sed ipsi dei inter se ab aliis alii negligantur. Stoici vero optime dicebant. Deorum prouidentia mundū administrari & regi. C. nec curare deū. Insultanter protulit: q d. ex hac pęna tibi illata: vides deos humana curare: qd non credebas. g Roscida. S. rore pfusa. A. infusa. h Dux. S. quia pręibam: aut capellas alloquitur. i Alter ab vnde. S. id est secundus: quia alter de duobus dicit. Ergo tertiusdecimus. Nam pubertati se vicinū oñdit: qd de duodecimo intelligi non potest. k Iam fragi. S Cum annis recte iungit habitum corporum. Nam pubertas de iure ex vtroq; colligitur. l Vt vidi vt perii. S: Sententia est: mox vidi queadmodū perii. vnum ergo temporis aliud qualitatis. AN. Vt vidi vt perii. quando vidi: qn̄ perii. Potest enim vt p temporali aduerbio etiam accipi: vt hoc loco: de quo & Priscianus meminit libro. xv. Periit vt nulla sit Sinalinpha: CRI. Vt vidi vt perii. Primū vt temp⁹ significat: nō tamē idem est: vt & postq̄. Nam postq̄ oē tēpus sequens significat: siue statim sequatur: siue ex interuallo. Vt aūt significat statim: q & q̄ primū. ergo vt vidi: id ē statim q vidi. Secundum autem vt significat quantitatē: veluti cum dicimus: vt magnus. ergo vt perii: id pro penitus perii sic & gręci. ὡς in vtraq; natione ponunt. Vnde Theocritus ὡς ἴδον ὡς ἐμάνην. m Malus error. SER. Diffinitio amoris. AN. Vt me malus abstu. er. Symeta ait de delphide: secūda Theocriti. Me morbus flāmifer vssit. me penitus totā & sensum: malus abstulit ignis. n Nunc. S. Vel quia iam iuuenis: vl' quasi spretus: grauior enim fit ex desperatione. Hinc Theren. Quāto minus spei est: tanto magis amo. A. Nunc scio qd sit amor ? Theocri. ait in. iii: Noui quid sit amor: tandem deus improb⁹: acer: difficulis. dirus. quem lęnę lactauere lęnę Montibus hircanis: nutriuit & improba mater. Obsidet insidii qui me mollesq; medullas vrit: & igniferis figit mea pectora telis. o Ismar⁹ aut rhodope: S. montes Thracię asperrimi. Recte autem vitupe rat amorem ab origine: Item a gestę rebus: vt Sęuus amor docuit. p Extremi garamātes: S. populi affricę extremi: quasi sęui quasi a cōsortio humanitatis remoti. A. Extremi garamātes. Hi enim sunt vltra getulos: teste Dionisio. CRIST. Garamaticę regionis caput est Garama oppidum Debri fonte nobile. Nam illius aquę nocte feruent: inter diu frigescūt Sub principe Vespasiano iter tutū est factū ad garamātas: cum prius latrones illud redderent inuium. Corneli⁹ Balbus de Garamantibus triumphauit homo gadib⁹ natus: primus ex externis ad gloriam triumphalem prouectus. Armenta huius gentis obliquis ceruicibus pabulantur. Nam si recta ad pastum ora dirigant: efficiūt prona ad humū cornua. Garamantes ęthiopes matrimonia non nouerunt: sed foeminas cōmunes habent: vnde filii patres nesciūt. Hęc Solinus. Strabo autem refert. vlteriorem syrtis: ac repositam regionē. Et cyrenaicā libyes sterilem sane: primi Nasamones. Postea psylli & getulorū pars & Garamantes addit. Preterea garamātum terra. q̄ Sylphium fert angusta est. & longa & arida. q Nec nostri generis ꝛc. SER. id est. nihil habentem humanitatis: nam non negat mortalem. CRIST. Nec nostri ꝛc. quasi diceret: non humani sed efferati animi. r Edunt. ANT. i. generant. s Sęuus amor. AN: Ostendit amorum crimina & sęuiciam. Medea enim Iasonis amore capta: illum a Colchis in Thessaliam secuta est. Cumq; decenniū Corinthi secum fuisset: filiosq; etiā peperisset. spreta ob nouam nūptam, Creusam: scilicȝ: vę

Glaucam Creontis filiam furore ducta: domum incendit radice quadã a Circe inuenta: ea virtute: vt incensus ignis nequiret extingui: Iason tam̃ euasit: Glauca & pater igne absumpti sunt. Quidam tamen scriptores volunt Medeę filios dona quędam sponte attulisse venenis illita: quib⁹ tactis sponsa & pater consumpti sunt. Irata autem Medea q̃ Iason euaserat: eamq; spreueret in eius calamitatẽ omes iugulauit natos: excepto vno qui fugit. Thessalus scilicet: de quibus omnibus plura. Diod. libro. v.

t Natorum sanguine matrem. SER. quasi nouam artem insinuauit et infudit: & quonia; fabula omnibus nota est: per transitum tangit. Medea a Iasone cõtempta: filios suos interemit. Moderatione autem optima vtitur: vt nec totũ amori imputet: ne defendat paricidam: nec totum matri: ne amorẽ culpa eximat: sed et illã quę paruit: & illũ qui coegit accusat.

v Improbus ille puer. S. Nõ est superflua iteratio. nam fit silogysm⁹: ex ꝓpositiõe: assumptiõe: et conclusione. x Nunc & oues. A. Contraria fore extat: cũ pulcherrima turpissimo iũcta fuerit.

y Helectra. A. Ferũt heliades sorores phaetontis fratris interitũ ta; diu deplorasse: vt mortuę oms in alnos tandem arbores lachrymantes adhuc cõuerterẽtur: earũq; lachrymas a celtis ipsis q ea circumhabitãt loca sępemiror emungi: cum in aurum vertantur electrum: & tanq̃ in lapidem durescant. Id Dionisi⁹ scribit. Dicit̃ preterea ꝓprię helectrũ: teste Pli. li. xxxiii. Vbicũq; quĩta argenti portio inest auro mixta. De helectro etiã libro. iii. Geor. latius dicet. Electrũ sine. h. scribit̃ cũ psylon ante e grece habeat. Contrariũ dicit Tortel⁹ C. Electra succina sunt. ferunt fabulę sorores Phaetontis: cum ille apud padum fulmine ictus cecidisset: illi flentes astitisse: & in arbores cõuersas gumi quod helectrum facit ex se emittere: dicitur q̃ helectrum quod ηλιος id est sol earum pater fuit. Longũ aũt esset referre diuersoꝝ scriptorum opiniões de helectro. nam neq; de regiõibus in quibus nascatur. neq; ex quã re gignatur inter illos conuenit. Sed certum est (teste Pli) gigni in insulis septemtrionalis oceani: & a germanis appellari glessum. Itaq; nostri vnam illarum insularꝝ glessariã nominant. nascuntur autem de profluente medulla pinei generis arboribus: vt gumi in cęrasis: resina ĩ pineis erũpit: humoris abundantia. Quapropter latini succinũ appellant. densatur deinde frigore: aut tempore: vel mari: cum ęstus intumescens ex insulis rapuerit: expellit littora. q̃d aũt ex pinea arbore succus sit: indicat pineus in illo ex attritu odor. & q̃d accẽsu; tedę more ac nidore flagret. Liquidũ primo distillare: argumẽto sunt quędã intus translucentia: vt formicę & culices: qui musco adheserunt. De qua quidẽ re & apud Marcialem epigrãma est. nasci etiam in India certũ est. Nam Archilaus qui regnauit in capodocia illinc rude ad ueh adhuc inherente cortice: politũq; lacte incoctũ dixit. Helectri vis est (teste Calystrato) vt contra lymphationes prosit. Propterea vrinę difficultati potum alligatumq;. accepta ex attritu vi caloris: paleas & frondes arentes ita rapit: vt magnes ferrum. Sed et hęc & multa alia distinctius inuenies in vltimo Plinii libro. Etruria succinum ambram vocat.

y Myricę. ANTO. de his late ęgloga quinta.

a Cygnis. ANT. Cygnus est auis vndiq; plumis albis conferta: & dulce canens. latine olor dicitur. Scribit autem Cicero libro primo Tusculanarũ: q̃ cygni non sine causa Apollini dicati sũt Sed q̃ ab eo diuinationẽ habere videantur. quia ꝓuidentes: quid in morte boni sit: cum cantu et voluptate moriũtur. meminit & Plini⁹ libro. x.

b Vlulę. S. Aues. ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν. i. a fletu denominatę. A. Vlulę aues sunt nocturnę ab vlulatu dictę. Comatas ait in Theocri. quĩta. Luscinię dulci raucos contendere turdos. Nec fas ẽ epopas cygnis obstare canoris.

c Tityrus. SER. vilissimus rusticus: orphe⁹ putetur in syluis. Arion vero inter delphinas. As vero breuis: quia grecũ. sic archadas accensos monitu. Greca enim habentia nominatiuũ in es vt Archades. habẽt as correptã in accusatiuo.

e Arion. SER. Lesbi⁹ cytharoed⁹ optimus: qui cum a tarento Corinthũ cum multis opibus peteret. & videret sibi in mari a nautis tendi insidias: petiit vt cythara paululum caneret: ad cuius sonum cũ delphini puenissent: excussit se sup vnũ: et ita imĩnẽs vitauit periculũ. De quo late Ouidius libro secũdo fast. ait autem: Quod mare nõ nouit: quę nescit Ariona tellus. Carmine currentes ille tenebat aquas. Protinus in medias ornatus desilit vndas. Spargit impulsa cęrula puppis aqua. Inde fide maius. tergo delphina recuruo. Se memorãt oneri sup posuisse nouo. Ille sedens cytharamq; tenens preciumq; vehendi Cantat: & ęquoreas carmie mulcet aq̃s. Hęc et plura Ouid. sed latissime Hero. circa pricipiũ pmi li. q̃d repetiit etiã Gelli⁹ li: xv. c. vlt. C. Arion. Historiã ponit Ser ui⁹. Addit Herodo. hũc virũ metymnęũ fuisse: ac oẽs cythargedos supasse: et a Periandro corinthioꝝ tyrãno abeunte ĩ Italiã venisse: ac mltas adeptũ opes ex suo artificio nauẽ q̃rundã Corinthioꝝ q̃ ad Periandrũ rediret cõscendisse. & animaduersis insidiis: impetrauit a nautis vt aliquantulũ canere cythara sinerent: atq; νόμον ὄρθιον cecinisse: mox se in mare pcipitasse: ac delphino susceptũ: in insulã Tenaron incolumẽ delatum esse. atq; inde ad periandrũ rediisse: et nautas q illũ in Italiã esse mentiti fuerãt ita arguisse: vt scelus fateri cogerent̃. Addit etiã idẽ Hero. ęneã statuã arionis a delphino vecti positã eẽ in Tenaro ĩsula. Omĩa vl̃ mediũ: summã oñdit desperationẽ:

f Viuite. S. valete: vt sit ñ optãtis s; renũciãtis. C. viuite nõ optãtis s; discedẽtis ẽ: et ad mortẽ ꝓficiscẽtis. g Specula. C. loc⁹ editior dr̃ specła. vñ ad mltũ spaciũ facit̃ speculatio: ꝓspectusq; sit. Easdẽ rõne specula fenestra appellatur. Vẽit etiã specioła p diminutionẽ a specło. h Extra

Sęuus amor docuit natorum sanguine matrẽ
Cõmaculare manus: crudelis tu quoq; mater:
Crudelis mater magis: an puer improb⁹ ille:
Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.
Incipe menalios mecum mea tibia versus.
Nũc & oues vltro fugiat lupus: aurea durę
Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus.
pinguia corticibus sudent helectra myricę.
Certẽt & cygnis vlulę. sit Tityrus orpheus:
Orpheus in syluis: inter delphinas arion.
Incipe menalios mecum mea tibia versus.
Omnia vel mediũ fiant mare: viuite sylue.
prǫceps aerij specula de montis in vndas
Deferar: extremũ hoc mun⁹ moriẽtis habeto.

Desine menalios/iam desine tibia versus.
Hec damon: vos q̃ responderit Alphesiboeus
Dicite pierides, nõ omnia possumus omẽs.
Effer aquam: & molli cinge hec altaria vitta:
Verbenasq; adole pingues & mascula thura.
Coniungis vt magicis sanos auertere sacris
Expiar sensus: nihil hic nisi carmĩa desunt,
Ducite ab vrbe domũ mea carmĩa ducite Da- (phnin.
Carmina vel celo põt deducere lunã:
Carminib' Circe socios mutauit Vlissis.
Frigidus in pratis cantãdo rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domũ mea carmĩa ducite Da
Terna tibi hec p̃mũ triplici diuersa colore (phi

mum hoc. S moriar in inuidiã tuam. Amare enim dixit mun'. Sic Mezentius. Hec tibi porto dona prius. A. Extremũ hoc. Ordo est. Hoc habeto extremũ munus morientis. i Dicite Pierides. S. Bene animos erigit auditorum dicendo. Superiora vtcunq; dicta sunt: sequentia nõnisi a numinibus poterunt explanari. Sane id debem' accipere. pastores referre: que aliquãdo audierunt in Archadia. Vñ supius dixit: Incipe menalios. i. Archadicos. A. Dicite pierides. Hic versus totus est furii ex decimo libro. Lucre. item li. v. ait. Maior erat natu: non oĩa possumus oms. Macro. auctor li. vi. C. Pierides. Sine quartũ auxilio rem ipsam propter suam magnitudinẽ nos dicere non possemus. Et sic attentionem restaurat auditorib' qui iam audiẽdi fessi esse possent. k Non omnia possumus omnes: S. Sic Cicero. Vnum sustinere vix pauci põt: vtrunq; nemo: C. Immo fortasse nullus est qui possit omnia. l Verbenasq;. AN. Verbena Iouis ara vrebatur: domus purgabatur lustrabaturq;. ferebatur autem domestica: flore albo in hortis: sacerdotes eam purificationibus adhibere cõsueuert. sicq; medicus visitãdo infirmũ ipsam portauerit egroto nesciente: & dicet egroto ipsi: qualiter es? si dixerit eger bene: sanabit: Si male: morieẽ. Hec alii. Plinius aũt scribit libro xxii. c. iii. Verbenam dici gramen ex ara: cũ sua terra euulsum &c. Propterea igitur pingues verbenas dici putarim. Nam & are pingues dicuntur esse: CRIST. Verbenas quasi herbena: ꝓprie species herbe est que alio vocabulo (vt est in sinonimis) verminatio dicit: grece dicitur ιεροβοτανη quasi sacra herba: q̃niã illam sacrificiis adhibebant antiqui. Capitur autem verbena pro omnibus frondibus qui adhibentur in sacris. m Adole. S. incende: κατα ευφημισμον Nam adole est auge. A. Adole: id est vre: teste Nonio. Alibi adolere significat augere: honorare: propitiare. vt libro. v. Eneid: Et flammis adolere penates. n Mascula thura. AN. Aliqui putant a specie testiũ dicta. Sunt enim rotũdiora: et religioni tributa: ne sexus alter vsurparet. auctor Plini' libro. xii. C. Mascula thura. Thus masculũ appellant medici q; subalbidũ & rotundum & pingue & naturaliter leue & frangibile est: & quod ad ignem cito accendatur odorẽ suauem copiose emittit. Hoc enim optimũ est: vt ait Diascorides. o Sanos: S. non amantes: vt insanos amantes dicimus: A: Qui enim amãt nõ sani sunt: Hinc illud Maronis libro. iiii. Quũ sic vnanimẽ alloquit: male sana sororem. C. Sanos. nullo amore implicitos. Insanos enĩ dicimus furiosos ac furoris plenos. Plato ait. Quattuor species furoris eẽ. Vaticinii q̃ ẽ ab Apolline: poetice facultatis qui est a musis: amorũ qui est a venere. mysteriorum q est a baccho. Ergo qui amant: furore perciti sunt. Ergo furiosi. id est insani. Vnde sequitur q; qui sani sunt: non ament. Vult itaq; auertere: id est. remouere sensus viri sui sanos. i. ab amore liberos: quod faciet si implicabit amore. Vnde erunt insani, quemadmodũ dicimus insa-

num poetam & insanum vatem. p Auertere. SER: a sanitate mutare. Vel auertere pro conuertere: vt sit mutata prepositio. Vel addit: Et etiam arguit a maiori. Nã si hoc faciunt carmina. facilius minora facient. facile enĩ est vt ex vrbe rus redeat rustic'. q Sacris (repete) magicis. A. Maxime questionis: & sp incerte est inqt Plini' xxiii. c. ii. valeant ne aliquid verba & incantamẽta carminum. Vestales nostras hodie credimus: nõdum egressa vrbe mãcipia fugitiua retinere vi sola precation is. Non pauci etiã serpentes ipsos recantari credunt. Catho credidit luxatis membris carmine iuuari. Marcus varro podagre. Cesarẽ dictatorẽ p' vnũ ancipitẽ vehiculi casum. ferunt semp vt primũ consedisset (id qd plerosq; nũc facere scimus) carmie ter repetito securitatẽ itinerus aucupari solitũ. Hic et fascinatiõibus adoratõe peculiari occurrimus: & impares nũeros ad omĩa vehemẽtiores credim'. Idq; in febribus dierũ obseruatione intelligit. Scribit itemq; Theocrit' apd grecos. Cato apud nos: & virgilius: amatoria incantamẽta imitati sunt. Magica pterea incantatio dicit. Mageno. magicã exerceo. r Ducite ab vrbe domũ. C. Sic etiã Theocriti in Pharmaceutria adhibet intercalarẽ versũ haud dissimilẽ.

s Celo põt &c. C. Magorũ est polliceri suis carminib' lunã e celo euocari. Vñ in Thessalia cũ lunam laborare timerent: carminib' tinnitu vasorũ eneorũ: ne illa carmĩa audiret obstrepebant. Hinc Iuue. Iam nemo tubas: nemo era fatiget. Vna laboranti poterit succurrere lune. t Circe. A: Solem ferũt duos peperisse pueros Aetam & persem. Aeta in colcho regnauit. in Thaurica perses. crudeles ambo efferiq;. Preest Hecate orta est q̃ postea Aete nupsit. genuitq; liberos tres. Circẽ. Medeã & Agialeum. Circe ad omnis generis venenorũ curã versa: multarum herbarũ radicũq; varias vires mirabilesq; reperit. Venit demũ ad Italiã inq; eo ꝓmotorio. qd nunc q̃ ab ea Circeũ vocat resedit. Hec ex Dio. libro. v. Quõ aũt vlissis socios carmĩnibus verterit in feras: legito Ouid. li. xiiii. Cicero autem in libro de na. d. scribit: Circem solis fuisse filiam ex pside Oceani filia. v Frigidus. S. nocens. vt frigida saturni q̃ sese stella receptet. x Cantãdo. S. Dũ incantat. Gerũdiuus enĩ mod' ab oĩ verbo simlr creat. Ergo hic passiue ꝓtulit. Cũ aũt dixit. Cantãdo tu illũ: actiue. Salu. Cum ipse ad impandũ vocaret. i. vt ei imperaret. y Terna C. Preter animos negãt Pythagorias & Platonici quicq; muneris esse pfectius. quippe causa figurarũ numerorũq; serie ac ꝓpositione a summo deo constituta sint oĩa. atq; ita digesta: vt nũeris & figuris videant. Ait enĩ Pythagoras ex monade oriri numeros: ex numeris puncta. ex pũctis lineas: ex iis figuras planas: ex planis solidas figuras ex his solida corpora: & ex his elementa esse: ex qbus fit mũdus. Trinitatẽ aũt Pitagorici rerũ oĩm mẽsurã dicũt. Nam deus ternario nũero res gubernat. Primo enĩ singla creat. Scd̃o ad se creata rapit. Res rapta pficit. Res itidem

Litia circundo:terqꝫ hęc altaria circum
Effigiem duco:numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnim.
Necte trib⁹ nodis ternos amarylli colores
Necte amarylli mō:& veneris dic vincła necto.
Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnim.
Lim⁹ vt hic dureſcit:hęc vt cęra liqſcit
Vno eodēqꝫ igni:ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molā & fragiles īcēde bitumīe lauros:
Daphnis me mal⁹ vrit:ego hāc ī daphnide laurum.
Ducite ab vrbe do.mea car.du.daph.
Talis amor daphnim:qualis cū feſſa iuuencū
per nemora atqꝫ altos qrendo buccula lucos
propter aquę riuū viridi pcumbit in herba.
perdita:nec ſerę meminit decędere nocti.
Talis amor teneat:nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnim.
Has olī exuuias mihi pfid⁹ ille reliqt
pignora cara ſui:ꝗ nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mādo:debēt hęc pignora daphnim.
Ducite ab vrbe do.mea car.ducite daphnin.

primo a perenni fonte effluūt dū naſcunt̃. Scđo in eūdē refluunt.dū ſuā illam originē repetunt. Tertio pficiuntur in ſuū principiū iam reuerſa.Orphe⁹ igit̃ deū: principiū: mediū:et finē dixit.Pricipiū aūt vt pducit.Mediū vt producta ad ſe rapit.Finis vt redeūtia pficit. z Litia.S. Nam vt licia ſtamen implicant:ita adoleſcētis mentē implicare cōtēdit.A.Litia:ꝙ ea vim in carminib⁹ haberent: Innuit etiā Pli.li.xxviii.Quum ait inguinib⁹ medent̃ aliqui liciū tęle detractū alligantes nouenis ſepteniſue nodis:ad ſingulos noiantes viduā aliquā:atqꝫ ita inguina adalligātes licio. a Effigiē.S.ſ.amatoris. vt Dido.effigiēqꝫ toro locat haud ignara futuri. b Numero deus impare.S.pimpari.ſ.qcunqꝫ ſuperoꝝ.vel hecate cuius eſt triplex ptās: vnde tria virginis ora Dianę. A.Impares numeros ad oīa vehemētiores credim⁹ inquit Pli.li.xviii.c.iii.et Macro.li.i.Sat.ſcribit:ꝙ impar nūer⁹ mas. et par fœmina vocat̃. Itē arithmetici imparē pr̃is:et parem mr̃is appellatiōe venerant̃. Plinius itē li.xii. inqt: ꝙ maſculinū gen⁹ religioni tributū eſt. c Amarylli.S.vtūs grecus eſt.Hęc amaryllis eſt ea quam greci συνυνστιν dicunt. d Ternos colores.C.manet in eadem trinitate. e Veneris dic vincula necto.S. Anapęſtic⁹ eſt trimeter hypercatalecticus.hoc aūt metrū eſt cupidini conſecratum. C.Veneris dic vincła necto. Simile qddā & Theocritus. πάνχαικαὶ λεγε ταῦτα δέλφιδος ὀσ ἰεαπαδο: f Limus. vt hic CRI. queādmodū vnus idēqꝫ ignis liqfacit cęrā.ac ecōtra limū cōſolidat: ſic amor q ignis eſt: liqfaciendo te mihi: reddet durū aduerſus alias. Vel cū liqfecerit:& mollē reddiderit in nr̃m amorē ꝯſolidabit: vt pmaneas i eo:nō diſſiſe ē illud Theocriti. g Cęra liqſcit.Simeta ī theocriti ſcđa ait.Vtqꝫ meis pallens digitis bñ cęra liqſcit. Mindius extēplo ſic nr̃o delphis amore. h Molā.S.Far & ſalem.A. erat mola ex ſale & fare molito:vt ſcri.Varro. i Bitumie lauros: S.i.lauros diuio igne cōſume:nā bitumē ex fulmie dr̃ p creari.Vñ iuxta babyloniā:qa freqntia cadunt fulmina. hac re lacus abundat:adeo vt ex bitumie fabricaſſe muros ſemiramis dicat̃.A.Bitumē eſt terrę gleba:ꝗ a calore liqfacta afflat̃ atqꝫ diffundit̃.rurſūqꝫ in glaciē fortiſſimā ab aqua frigida imutat̃:qlis ē lacuū aq.Vñ et ſectōe et inciſione opus ē.Id poſtea in ſummo fluitat. Stra.aūt lib. xvi.Pli.xxxv.c.xiiii.ſcri.ꝙ bitumen:alibi lim⁹:alibi terra Lim⁹ Iudeę lacu mergēs.Terra in Syria.Eſt vero liquidū bitumē ſicut & acyntiū:gignit̃:& pingue liqriſqꝫ oleacei in ſicilia.vtūturqꝫ eo ad lucernarū lumia.Itē ad ſcabiē iumentoꝝ.Vis bitumis ꝗ ſulphuris:ſiſtit:attrahit.diſcutit:glutinat:ad lepras pruritusqꝫ corporū efficax. Hęc ex Pli.Lauro aūt in ſuffimētis & purgatōib⁹ vtebāt̃.nō tñ fas erat in pfanis vſibus pollui laurū.Vt Pli.li.xv.meminit.Ci.Bitumē Iudeę lacus ē:quē aſphaltē noīant.imenſo ambitu. vñ mare mortuū a nōnullis noiat̃:ſed ſapore corruptior eſt ꝙ mare.grauitate odoris accolis ē peſtifer. Et vt placet Soli.aīal nullū habet:nihilqꝫ in eo mergi pt. Vñ etiā(teſte Cornelio tacito)nandi iperitos attollit. Certo.eñ tempe bitumen egerit: quod a lacu etiā aſphaltum noīant.Liquor eſt acer natura ſua: & ſparſo aceto cōcreſcit. Primū mãu trahit̃:inde nullo iuuāte influit:non ęre:nō ferro: ſed ſanguie mēſtruo ſcīdit̃. Iordanē oēm p hūc labi dicūt:nec tñ ifici. Hoc Semiramyn p calce ad ſtructurā babilonicorū moenium vſam dicūt. Plini⁹ ſcri.bitumis naturā pximā eſſe ſulphuri. Idqꝫ eē velut limū a Iudeę lacu emergat. Pręterea multa ꝗ de bitumie ab eodē dicūt̃. Diaſcori.ait:bitumē aliud aridū:alid liquidū eſſe.Aridū gigni in Iudea phœnice & Sidonia. Liquidū i babilonia. Apollonia & Sicilia. Vocatur a nōnullis ſtercus demonis. Galien⁹ dicit illđ vim hr̃e calefaciendi & deſiccandi.Serapion ſcribit ꝙ phibet apoſtemationem vulnerū. Suo ſuffitu confert doloribus matricis. Potū cum caſtoreo et vino.ciet menſes:et confert tuſſi veteri: & aſmaticis. & morſibus venenoſoꝝ: Potū cū aceto ſoluit ſanguinē coagulatū.Impoſitū dentib⁹ ſedat dolores. admixtū farinę ordei. & nitro & cęrę pdeſt podagrę. k Daphnis me malus vrit.A.Simeta in ſcđa Theocriti ait.Cōburit me delphis.ego hāc in delphide laurum. l In Daphnide.S.Arcaiſmos pro in Daphnidem. Vel intelligam⁹: ſup Daphnidis effigiem: eā laurum incendere pter nomis ſiĺitudinē. m Buccula. SER. Bouis eſt diminutiuū.Bos anormalū eſt. nā bos et bobus producit primā ſyllabam.in reliquis caſib⁹ corripit̃ prima. n Propter.S.iuxta.A.prope. o Perdita.S.amore cōſumpta.C.Verſus eſt ex Vario de morte dicit enim.Non amnes illi medii:nō ardua dant̃ flumia: nec ſerę meminit decedere nocti.A.vt docet Macro.li.vi. ſatur. p Nec ſit mihi cu.mede.S.Aut nolim magicis artib⁹ ſubuenire:aut nolim cū ipſo cōcūbere.C.Nec ſit ⁊c: Optat eni et illū amore implicari:& ſe cōtra ita liberari: vt eū negligat. Sic eni ad plenū iniurias vlciſcetur. q Exuuias. C. Quoniā pro hoſte ille ſe geſſerit:exuuias appellat:qs ille p amoris pignore reliqt. r Perfidus.S. Nūc.ſ.pfid⁹.C.pfidus.Iurgiū eſt amātis. nam dolet fidē frangi. s Cara.S.Nam res amati vehementer dil git amans.Hęc duo etiā in Didone expſſit:ꝙ tūc haberet p

s Chelasq;. SER. Chelę enim scorpii faciunt libram. Idem chaldei volunt equales esse partes in omnibus signis: & aliud vicesimũ: & aliud tricesimũ habere. Ergo secundum Chaldeos dicit posse eum habere locum inter Scorpium & virginem quę erigone est. In iis signis sunt deorum domicilia. Nam solis leo est. lunę cancer. Ceteri planete singuli omnia habent suo ordine: vnum a sequentibus: alterum a superioribus: nam Mercurius qui post lunam primus est a terra: habet virginem & geminos. Venus taurum & libram. Mars arietem & scorpium. Iupiter pisces & Sagittarium. Saturnus Capricornũ & aquarium. Ergo Augustum & fortem propter scorpiũ domicilium Martis: & iustũ ꝑpter librã: & prudentẽ ꝑpter vicinam virginem: quę Mercurii est. A. Chelasq;. S. Scorpio magnitudine sui corporis duorꝫ locũ occupat signorum. Oui. li. ii. meth. de Scorpione. Porrigit in spacium signorũ mẽbra duorũ. e quibus (Igynio teste) prior pars Chelę: reliqua autẽ Scorpio vocatur. Est aũt libra dimidia ps Scorpionis vt idẽ ait. Chelę aũt a chelos quod est vngula dicũt: Qua loc⁹ erigonẽ inter: chelasq; ꝛc. Sub libra Augustũ cesarẽ collocari cupit: q2 libra domiciliũ est veneris martis: & Italia illi subest signo vt dixim⁹. Et Manili⁹ li. iiii. de natis sub libre Horoscopo ait. Illũ vrbes & reg. tre.

ment:nutuqꝫ regentur.per libram igitur summū imperatorem designare cupit. t Tibi.S.in tuū honorem & gratiam. v Ardens.S.Qua martis est domicilium: Caeterum eius tempus frigidum est: nam nouēbris mensis. x Scorpius dicit a scorpizo quod est spargo: spargit enim brachia.i.chelas.& est ardēs.i.pugnax. acer.trux.terribilis.scorpi⁹ em martis domiciliū Mani.li.ii.Vult pu. ma: scor.her.et iterū Pect.& in che.& quę dat scor. acer.& li: iiii.Scor.ar.iu.cu.ca.In bel.ar.aios & mar.caste.Efficit:et multo gaudentē sanguine ciuē. Scorpionū cauda semper in ictu est nulloqꝫ momento moueri cessat ne quādo desit occasioni. quibusdam gemi sūt aculei.maresqꝫ seuissimi. Pli.li.xi. y Iusta plus parte.SER. Secundū Chaldeos qui dicūt illorū duorū signorū spacium cōtinere. AN.Scorpius em magnitudine sui corporis duorum locū occupat signorū vti ostendimus. adeo autem sua detrahit brachia vt relinquat plusqꝫ Chelarum locus seu librę signū occupat:quod et dictū ē lati⁹ supra.C.Celi iusta plus parte.id spaciū qd ipse occupauerat: plus iusta parte.Nam cū singula signa occupent tricenas ptes celi:quę sunt trecente sexagita scorpi⁹.pter.xxx. partes quas occupat suo corpe.xxx.alias ptes occupat chelis. Ergo ne Augustus nouū signū futur⁹ efficiat cōtra rōeꝫ celi tertiū decimū signū extingnēt libra scorpione suas chelas ɔtrahēte.& August⁹libre signū subibit. z Quicqd eris.S.Ordo est quicqd eris da facilē cursū.reliqua dicta sunt p parēthesim.A.Quicqd.vel terrarū:vel maris:vel cęli numē. a Nec sperent.S.Allegorice dicit illū non posse mori.A.Nec sperent innuit eū cęlum ascensurum. b Dira cupido. Ostendit nō debere illum velle:A. Dira tristis & infesta: & quasi deorū ira missa. c Elysios campos.A.Maro libro sexto scribit. Elysios campos beatorum locum apud inferos esse. At Stra.li.iii.docet Homerū eo in loco piorum regionem & elysium campū posuisse:quo protheus Menelaum transmissum esse dicit Elysium in campū terrarumqꝫ vltima tandem Dii te transmittent:stat flauus vbi Rhadamātus Existitqꝫ viris vbi vita facillima durans. Nō hyemis vis multa niuis:non ingruit imber Stridula sed semper zephirorum flamina mittit ingens oceanus. Aeris enim salubritas:& suauis zephyri spiritus:eius regionis peculiaris est: quę in occasum vergens nunqꝫ tepore caret. Tum vero terrę terminus:vbi Poeta infernum esse fabulat⁹est. Macr.vero li.i.de som.ait ꝙ in sphera quę Aplanes dicit: Elysios campos esse puris animis deputatos antiquitas nobissum appellant.
d proserpina matrem.SER. Ceres cum raptam a Plutone filiam diu quesisset:cognouit tandem eam esse apud inferos:Itaqꝫ implorauit auxilium Iouis:qui ait posse illā ab inferis reuerti si nihil ibi gustasset. At illa gustauerat iā in Elyseo mali punici.vii.grana:quā rē Ascalaphus Stygis filius prodidit: non potuit ergo redire. Sed virgilius nūc necessitatem tribuit voluntati:Moeruit tamen a Ioue Ceres vt proser pina esset sex menses cum matre et totidem cum marito. Hęc luna est quę toto anno sex mensibus crescit & totidem deficit: vt crescens apud superos: deficiens apud inferos esse videat.A. Proserpina.Fuit hęc Iouis et Cereris filia:quā Pluto infernus rex rapuit in campo ętnensi qui floridus semper est:nam prope est demersum foramen:quo ditem patrem ad raptum Proserpinę exiuisse fama est.Vti Soli.scribit.Hanc mater Ceres totū per orbem quesierat.vt li.v.met.plene habetur: Audiuit tandem esse apud Plut.Sed quia ieiunia soluerat septem granis punicei pomi:statutum est.vt sex mensibus cū matre:sex vero cum marito maneret.
e Da facilem cursum.S. meo poemati.C. Trāslatio scriptoris a cursore:Nam vt cursor a carcere ad calcem festinat.ita scriptor ad finem voluminis properat.
f Audacibus.S.Verecunde extenuat vires suas.A.Arrogantiam vitat. g Annue.A.assentire faue. h Vigrationis & consuetudinis. i Mecum.S vel mecū ignaros.vel tu mecum miseratus:aut eis mecum faue.

panditur:ipse tibi iā brachia contrahit ardēs
Scorpius: & celi iusta plus parte reliquit.
Quicquid eris:(nā te nec sperent tartara regē:
Nec tibi regnandi veniat dira cupido
Quāuis elysios miretur grecia campos:
Nec repetita sequi curet proserpina matrem)
Da facilē cursum:atqꝫ audacib⁹annue coeptis:
Ignarasqꝫ vię mecū miseratus agrestes
Ingredere: & votis iam nūc assuesce vocari.

k Ingredere.A.adsis: adueni. l Iam nūc.SER. id est adhuc viuus:Nam viuos meruit diuinos honores. m Vere nouo. S.Quia anni inicium est Marcius.Decem autē solum menses fuerunt ꝭm antiquos: Martiū voluerunt anni principium:ꝓpter Martem suę gentis auctorem. Aprilis dictus quasi terras aperiens.Maius a maia.Iunius a Iunone.quāqꝫ alii a maiorib⁹ maiū: et a iunioribus Iuniū dictum velint. Nam antea populus Roman⁹ in centurias Iuniorum & Seniorū diuisus erat. Reliqui a numero denominabantur. Quintilis. Sextilis.Septēber. October. Nouember.& December.Erant igitur decem menses:sed duo propter rationem signorū anni intercalabantur: qui postea a Iano & Februo denominati sunt:Februus enim ditis est pater:cui eo mense sacrificabatur.Quintilis & Sextilis postea mutati sunt in honorē Iulii Cęsaris & Augusti.Vnde Iulius & Augustus.Igitur vere nouo:i.initio & in prima parte veris.Anni em quattuor sunt tpa diuisa in ternos menses.Et fit eorū tpm talis discretio:vt primo mense veris:nouū dicitur ver. Poeta multa huc transtulit de vltima pte libri quę est oeconomicos Xenophōtis: in qua tractat de agricultura.Sic de Georgicis Mangonis Aphri:Catonis.Varronis.Cice.quoqꝫ li.iii.oeconomicon qui agriculturā cōtinet.Nam primus dat precepta matrifamilias quę domi agere debeat. Secūdus patrifamilias quę foris.Nō habet aūt hoc opus difficultatem in questionibus:vt ęneis nisi:in paucis locis:Sed in hoc vt res positas intelligamus vt hęc prima pręcepta significāt: Hoc em:dicit agrū fertilē.i.pinguē et herbosum bis arandū esse: verno tempore:vt herbę adhuc sine semine euellātur:& humor ęstatis calore exsiccetur: vel glebarū putrescat durities & semel in autūno cum seminibus.Agrū vero tenuem & sterilem semel tantū arandū in autūno: ne si vere aretur:exigu⁹ eius humor siccetur in ęstate Canis. Albis niue.A.Vere em Colu.li.xii.c.ii.sic ait sup hec loco.Noui aūt veris qñ sit principiū obseruare rustic⁹ debet vti Astrologus:vt expectet certū diē illū qui veris initiū fatere dicit.sed aliqd etiā sumat de pte hyemis:qm cōsumpta brumatiā nitescit ann⁹:ꝓmittetqꝫ clemētior dies opera moliri.Possit igitur ab Idibus Ianuariis vt principē Romani anni obseruet auspicari culturarum officia. Satis autem erit per dimidios menses exequi quocunqꝫ negociū:quia neqꝫ prędestinatū opus nimiū immature videri possit ante quindecim dies factū.nec rursus post totidē nimiū tarde. hęc ille.Ca.em Ge.h.i.nix. C. Ver dicit qꝫ tūc ꝓgulta viuere incipiūt ac ꝓtūt se tps āni.nisi sit a greco



¶ Vere nouo gelidꝰ canis cū mōtibꝰ humor
Liquitur: & zephyro putris se gleba resoluit
Depresso incipiat iam tū mihi taurꝰ aratro
Ingemere: & sulco attritꝰ splendescere vomer.

Nam Iones ep dicunt. Alii
a veniendo dictum putāt:
quia eo tempore oīa e terra
veniant.i. nascātur. Habet
em̄ annꝰ qualitates nostro-
rū corporū humoribꝰ simi
limos. Nā ver q̄d principiū
āni est: calidū est & hūidū
in quo annus puer dici pōt
et excitat̄ sanguis qui et ipē
calidus est. tp̄s aptū genera
tioni: vnde in eo oīa facile
gignuntur & nascūtur. Di-
citur aūt ver eo ꝙ oīa in eo veniāt.i. nascant̄ et crescāt oīa
id em̄ significat venio: Vt hic seg. il. ve. foe. vuę. Incipit aūt
ver sole. primā partē arietꝫ ingrediēte. quo ingressu ęquat
sol lucē tenebris: ꝓptereaq; est ęqnoctiū: post q̄d dies inci
piūt supare noctē. Secūdū tp̄s est ęstas ab ęstu.i. calore no
mīata. Excitatq; hoc tp̄e bilis q hūor ca. & si. vt est ip̄a
ęstas. est aūt iuuentus anni. Atq; incipit cū sol ad primā
partē cancri venit: q̄ pars qm̄ est altissima in nostro polo:
facit diē oīm longissimū: & solsticiū efficit̄ ęstiuū. Tertiū
tempus autumnus noīatur: qm̄ in eo augeatur varia co-
pia fructuū. Hęc aūt iure dici pōt virilis ętas anni in quo
oīa maturescāt. Oriturq; cū sol ad primū librę gradū pue
nit. rursusq; ęqnoctiū efficit̄: postea noctes incipiūt supera
re dies. Vltimū tempus est hyems cana & vera senectus
anni. Efficit aūt illam sol quā primū capricornū tangit.
facitq; aliud solsticiū q̄ꝫ brumā quasi βραχυ ημερας
id est breues dies latini nominarūt. Incipit aūt annus ſm
astrologos cū sol intrat arietē. Arietē aūt iccirco principiū
zodiaci faciūt: quia q̄uis ī sphera nihil aut primū aut po
stremū sit: tn̄ incipiēte die illo qui primū fulsit et natalis
mūdi vocat̄: arietē in medio cœlo fuisse dicunt: et mediū
vertex mūdi est: & quasi caput. Tūc lunā cancer gestabat
sol cū leone oriebat̄. Mercuriꝰ virginē. Mars scorpiū. Iup
piter sagittariū. Venus librā. Saturnꝰ capricornū tenebat.
n Nouo. C. Quasi prima sui pte: Nam singula hęc quat
tuor anni tp̄a in tres ptes diuidunt̄ vt dicamꝰ nouū: adul
tū & p̄ceps ver: & sic in aliis. o Liquit̄. S. Liquor no
mē li breuē habet: verbū vero longā. Sic humꝰ breuiatur:
humanꝰ q̄d inde ē longat̄. Itē itur ꝓducitur: iturꝰ breuiat̄.

A. Liquitur. liquefit dissol-
uit̄. C. Liquit̄ in hac prima
producit̄. Contra aūt in li-
quesco: vt ī bucolicis. Linꝰ
vt hic durescit & hęc vt cera
liquescit. p Et zephiro.
S. Laxant̄ fauonio flante
quę gelu cōstricta erāt. Ipse
alibi. Rura gelu tū claudit
hyems. A. zephyrus latine
fauoniꝰ dicit̄ vt Piniꝰ li. ii.
ostendit. ventus est qui ab
occasu equinoctiali flat: &
tepidus est & siccus. Columella tamē ait ꝙ vii Idus Fe-
bruarii fauonii spirare incipiūt. Pli. item li: xviii. scribit ꝙ
Fauoniꝰ ver inchoat: aperitq; terras: tenui frigore saluber.
C. zephyrus ventus est occidentalis qui suo tempato ca-
lore: quę frigore hyemali cōstricta fuerāt relaxat atq; apit.
Nam cū sol parū moret̄ in occidente. nōmultū insflāmat
huiusmodi ventū: neq; humiditatē eius penitus desiccat:
vn̄ tpatus oīa tpata reddit. Qua ꝓpter q̄uis Astrologi
ver ab ingressu solis in arietē initiū sumere velint: medici
tn̄ q̄ꝫ primū incipiunt flare zephyri ver inchoant: siue añ
huiusmodi ingressū: siue post id veniat. q Putris. S. re
solubilis. A. humecta: mollificata & solubilis. venti enim
occidētales mollificant et humectant: vt etiā Ptholomeꝰ
in li. quattuor partiū scribit. C. Putris. i. resoluendo se pu-
trescit. r Gleba. A. terre globus: nam terra ligata gleba
est: Soluta vero puluis. s Resoluit. A. Arua enim hye-
mali frigore preclusa: zephyri tepore laxant.
t Depresso. S. Nam ingemet si aratrū altius inprimetur:
quę aratio pingui conuenit terrę. Nam de infœcunda ter-
ra dicit: Tenui sat erit suspendere sulco. AN. Depresso id
est valde presso quod pingui conuenit terrę. Nam de steri
li dicet. Tenui sat e. s. s. C. Depresso vt altius infigatur.
v Mihi. S. Aut vacat: vt Cicero. Qui mihi accubātes in
conuiuio. vel mihi rustico amanti terram.
x Taurus. S. Robustus bos. Nā tauri difficile iungunt̄.
y Ingemere. C. de vi huius verbi dicetur in primo Enei-
dos. z Sulco. C. Sulcus quia sustulit terram vomer:
ex quā quidam ꝓiecta tera porcā facit: ergo porca dicitur
ꝙ ex proiecta terra fiat. a Splendescere. S. Teritur ara

Illa seges demum votis respondet auari
Agricolę: bis quę solem: bis frigora sentit.
Illius immensę ruperunt horrea messes.
Ac prius ignotū ferroquā scindimus ęquor:
Ventos & varium cœli prędiscere morem
Cura sit: ac patrios cultusq; habitusq; locorꝫ
Et qd quęq; ferat regio: & qd quęq; recuset.
Hic segetes: illic veniunt fęlicius vuę:

tione sed splendescit. a Vomer. S. Dicimus vomer & vomis: sed ab vtroq; huiꝰ vomis facit. A. vomer arratri ferrū: q; vomit terram vt ait Varro. C. vomer aūt dicitur a vomendo: euomit eñ e sulco terram ad porcam faciendam. b Seges. S. terra. c Demū. S. nouissime. C. Post longam & diligentē culturā. d Votis. S. Magnam rem dixit: Nam sepe maiora optamus ꝙ̄ speramꝰ posse contingere. AN. Votis desideriis. C. Votis cupiditatibus: vt cōsequens pro antecedente: quia enim aliquid cupimus: vota vt id assequemur concipimus. Magna quoq; res est vt respondeat cupiditatibus cum persępe cupiamus maiora ꝙ̄ speremus: Sed maior vt respondeat cupiditatibꝰ auari: in quo inexplebiles oīno sunt cupiditates. e Respondet. A. consentit. f Auari. A. cupidi. g Bis quę solem. S. Solem dierū calorem. Frigora sc; nocturnū frigus: in quo duplicē ostendit arationem: vernalē et autūnalē. nec ad tēpora ęstatis et hyemis referre possumus: quia nō sunt in Italia duę in anno ęstates et duę hyemes: sic geometrę dicūt esse in Taprobane insula hodie. A. Pli. li. xviii. c. xxxiii. sic ait q̄rto seri sulco virgiliꝰ existimatur voluisse: quū dixit: optimā esse segetē quę bis solē bis frigora sensisset Spissiꝰ solū (sicut plerūq; ī Italia) quīto sulco seri melius est. in Tuscis ꝟo nono. predicta Pli. ꝟba vt quarto sulco feratur. secundum Virgiliū: ostendūt Probi in hoc loco explanationē nō conuenire: quem multi alii secuti sunt. non aduertentes Pli. verba. nec etiam Varronis. Scribit enim Varro li. i. c. xxix. Q; terram cum primū arant: proscindere appellant. quū iterum effringere dicunt. vocant tertio. quum arant iacto semine bouis: lirare dicuntur. Capite vero sequenti ait idē Varro. ꝙ inter vernū equinoctium et vergiliarum exortū & solsticium boues terram proscindere debēt. Et c. xxxii. scribit: inter solsticium & caniculam cum proscinderis offringi oportere id est iterare: vt frangant glebę. Et. c. xxxii. ait inter caniculam & ęquinoctium antumni oportere aratro offringi. Et. ca. xxxiiii. inquit. ab equinoctio autūnali incipere oportere serere vsq; ad diem. xci. post brumā: nisi necessaria causa coegerit non serere. Theophrastus item lib. iii. de causis plantarum ait. Cura noualium tempore vtroq; suscipitur: ęstate & hyeme: vt terra solem: ac frigora sentiat. His omnibus verbis patet iam quo pacto seges bis solem bis frigora sentiat. C. Bis solem bis frigora. Nā et secundo et tertio aratur persępe terra. Nam dicunt proscindere cum primo arant: deinde iterare cum iterum aratur. Tertio tertiari. Pli. autem ait quarto seri sulco: hoc in loco existimatur voluisse cum de sole ęstiuo & frigoribus hibernis loquat. Loquit ergo etiā auctoritate Probi gratiatici de noualibus quę in fine hyemis circa veris initiū proscindūtur: vt ęstate proxima siccentur: deinde in introitu hyemis semente facta sequēti ęstate reddit fructū. ergo bis sentit frigus: semel ante ęstatem: iterum post sementē. Bis solem: semel ęstate qua cessat: iterum qua fructum refert. Vnde Columella dixit: Iugerum talis agri quattuor operis expeditur. nam cōmode proscinditur duabus vna iteratur. tertiatur dodrante: in liram statim redigitur quadrante opere. Liras autem rustici vocant easdem & porcas: cum ita aratur. vt inter duas latius distantes sulcos: medius cumulus siccam sedem frumentis prębet. Ab eo autē ꝙ aratri. vomer substulit: sulcus dicitur. Sulcos aūt illos qui ex transuerso ducunt ampliores: vt per eos aqua ex agris ducatur Elices vocāt. quia aquas ex agro eliciat. h Ruperunt. S. plus est ꝙ̄ impleuerunt. i Horrea. C. Granaria sunt id est loca in quibus fruges conduntur. Sunt qui putant dicta ab horrore aristarum: Nam prisci fruges in spicis seruabant. k At prius. S. ia est anteꝙ̄ faciamꝰ veruactum. l Ferro. A. vomere. m Equor. S. Modo terram ab ęqualitate dictam. AN. Equor id est campū ab ęqualitate. n Ventos. SER. Debes scire cui vento subiacet ager. AN. Ventos &c. quę sūt agricolis necessaria diximus iam circa principium huius cōmentarii. Et quia huic etiam loco conueniūt: ibidem relegēda admoneo. Iterū vētos. hoc dicit ne imbribus ventisq; īminentibꝰ opera inchoet agricolę laboremq; frustretur: vt Colū. docet Et Pli. li. xviii. c. xlix. inquit: In boreā ponto arbores vitesq;. sed hoc flante ne arato. frugem ne serito. semen ne iacito. C. Ventos. Nam multū interest cui vēto exposita sit regio. o Variū cęli morē. S. cęli aeris. Lucre. In hoc cęlo qui dicit aer. Nosces ergo aeris q̄litatē: vtrū gaudet pluuia: an siccitate: an frigore: an calore. A. Colū. in ꝓlogo li. i. apit. inquit eñ Cœli et āni ꝓ̄tis mores intueat: agricola scilicet. Neq; eñ semper eundē velut ex ꝓ̄scripto habitu gerūt: nec oibus annis eodē vultu venit ęstas aut hyems: nec pluuiū semp estver: aut humidus autūnus. C. Morem. quid ferre consueuerit. p Patros cultos. S. Quemadmodū cultus fit a maioribus. A. Varro li. i. ca. v. Agriculturę (inquit) quattuor sunt partes sūme e quibꝰ prima cognitio fundi ꝑtesq; eiꝰ quales sint. Secūda, quę in eo fundo opus sunt: ac debeāt esse cultiuę causa. Tertia quę in eodē prędio colendi causa sint faciēda: Quarta quo quicq; tpe in eo fundo fieri cōueniat. q Habitusq; locorū. S. i. quid melius ferre cōsueuerit: ergo habitus locorū: possibilitates accipe. A. Varro li. i. c. vi. scribit in terra eē dissiīli vi ac potestate ꝑtes ꝑmultas. In quibꝰ lapis: marmor: arena: puluis: creta: ignis: carbūculus. i. q̄ sol ꝑferuet ita vt radices satorū cōburet. Partim sunt humidiores: ꝑtim aridiores: ꝑtim mediocres sūt macre: sūt pingues. Habitꝰ. i. q̄litates. dicitq; habitꝰ ab habēdo aliquid. r Et quid quęq; f. r. Var. li. i. c. vi. ait. nō eadeam oīa in eodē agro recte ꝑ̄nt. Nā vt aliꝰ est ad vitē appositꝰ: aliꝰ ad frumētū. sic de ceteris. aliꝰ ad aliā rem. Et c. xxiii. inquit: Alia loca apposita sūt ad fœnū. alia ad frumentū: alia ad vinū: alia ad oleū. S. Hic segetes: A. Sata. Hic segetes illic &c. Pli. li. vii. c. iiii. inqt. Quippe nō eadem terra arboribꝰ cōuenit. & frugibꝰ: plerūq; nec pula: qualē habet Campania: vbiq; optima vitibꝰ. Aut q̄ tumes exhalat nebulis. Virgiliꝰ. Et q̄ filicē ferat nō improbat vitibus. Glareosū pleis solū aptissimū in venafrano piguissimū in Detica. tāta est argumētorꝫ et soli varietas ac differētia. Capite vero quinto ait idē: Fruges alit tophacea alba. proxima est rufa. Et li. xviii. Agri ipsius bonitas inquit: quibus argumentis iudicanda sit subsignabimus: Catonis maxime verbis. Ebutū vel prunus siluestris: vel rubus: bulbus minutus: trifoliū. herba pratensis: quercus siluestris. pirus: malusq;: frumentarii soli notę. t Veniunt. S. crescunt vt pulchro veniens in corpore virtus. C. Segetes repetit omnem agriculturam.

Arborei fœtus alibi: atq3 iniussa virescunt
Gramīa. nōne vides croceos vt tmol⁹ odores
India mittit ebur: molles sua thura sabęi.
At calybes nudi ferrum: virosaq3 pontus
Castorea: eliadū palmas epiros equarum.

v Fœtus. S. poma. A. de fœtu dixim⁹ in Buc: x Iniussa. S. Nā frumēta iussa nascūtur. Vnde est illud Atq3 imperat aruis. y Gramīa. C. herbas. vt sit locus apt⁹ pascuis. z Nōne vides. S. Si vna ꝓuincia nō pōt ferre oīa. quāto minus poterit vnus ager. A. Exēplo quod dixerat aperit: et loca narrat vbi plus ac melius aliquid ꝓuenit. a Croceos odores. A. Pli. li. xxi. scribit ꝙ prima nobilitas cilitio croco inest. et ibi in Coryco monte et in lycio monte olympo. Mox contū ripino siciliȩ. aliqui phlegreo secundū locū dedere. optimū vbicūq3 quod pinguissimū & breuibus capillis. b Tmolus. S. Mons Ciliciȩ vbi nascit̄ crocū pręcipue Nam cōmemorat vbi res meliores nascūtur. Nam crocū & in Aphrica nascit̄: sed nō tale actantū quale in Cilitia. A. Tmolus satis coactus est et ambitum mediocrē habens: & in ipsis lydię partibus terminatur: imminetq3 sardibus vbi. mons ipse felix a quo pactolus fluit. Is vero Tmolus appellatur vt Plini⁹. li. quinto scribit. quod quidē Ouidius quoq3 li. vi. met. ostendit Deseruire sui nymphę vineta Tmoli. At sunt quidē qui contendūt hic legendū esse: nymphę vineta Tmoli: quod ꝑfecto absurdum est Pli. auctoritate Est aūt vino: croco: melle ꝑfertilis. Vnde Solinus ait de lydia. Et Tmolus croco florētissimus. C. Tmolus mons de quo Strabo. Tmolus quidē satis coactus est et ambitū mediocrē habens in ipsis lydię partibus terminat̄. Lydię quoq3 montē esse Plinius & Solinus asserit. Et Ouidius de Aragene Riget arduus alto Tmolus in ascensu cliuoq3 extensus vtroq3: Sardibus hinc: illinc paruis habitat̄ hipepis. Sardes aūt lydię vrbem ponit Herodotus. Tmolū igitur croco florentissimo Probus Solinus & Columella esse dicūt. Nec puto odores ad vnū esse referēdos vt multi ingeniosi volunt. c India. S. Nam etsi in Aphrica quoq3 sunt elephantes: maiores tamē in India. Hinc Terē. Elephātis indicis pręfecerat .i. maximis. A. India. ea maxima est ad orientē exposita. de qua multa Strabo li. xv. Fauonii vero spiritu saluberrima est. bis in anno ęstatem habet. bis legit fruges. auctor est Solinus. d Ebur. A. Pli. li. viii. scribit: Elephantes fert Aphrica: ferunt ęthiopes sed maximos India. arma habent quę iubacornua appellat Herodotus. melius dentes. Hos deciduos casu aliquo defodiūt. hoc solū ebur est: quāq3 nuper assa etiā in Lainas secari cœpere penuria: etenim rara amplitudo iā dentium preterq3 ex India reperit̄. e Molles sua thura sabei. S. Sabei. populi iuxta Syriā & Arabiā dicti ab eo qđ est σεβε Nam apud eos tus nascitur quo deos placamus. Molles quia sub aere clemētiore sint. Lucan⁹ Quicquid ad eoos tractus mūdiq3 teporē labitur. emollit gentes clementia celi. Aut quia Alexander obsceniores suos milites illic condidit. A. Molles. ⁊c. Stra. li. xvi. docet. Q: Sabęi fęlicē Arabiā incolūt: quę maxima natio est: apud hos & thus & myrrha: & cynamomū nascit̄. in ora etiā balsamū habent: pręterea palmas odoratas. Homines ꝓpter maximā copiā fructuū ociosi segnesq3 viuūt. sub rege sunt et tū ipse tū etiā sui i deliciis muliebrib⁹ viuūt. Suppellectilē ex argento et auro multū habent. vasa: lectos: tripodas: crateras cū operculis: domosq3 sumptuosas: nam & portę & parietes & tecta ex ebore auro & argento: lapidibusq3 incrustatis sunt distincta: ꝓpter hos igitur mores & tantā rerū copiam. Poeta molles sabeos ait. i. ociosos: segnes: deliciosos. At Probus inquit. Molles vicio sermonis appellat: quia parū viriliter loquātur. f Tus. S. Sine aspiratione dicimus. Nam antiqui dicebant thus ꝙ displicuit. Tura ēm a tudendo dici volunt id est a glebis tussis: cū quibus dicitur fluens ex arborib⁹ coalescere. A. Pli. docet li. xii. ꝙ Tura preter Arabiā nullis: ac ne Arabię quidē vniuersę: g Sabęi. A. Regio eorū turifera. Saba appellatur spectans ortus solis ęstiui. h Chalybes Populi apud quos nascit̄ ferrū. Vnde calybs dicit̄ ipsa materies: vt vulnificusq3 calybs. A. Chalybes. Iustinus li. vlt. de Hispania loquens scribit ꝙ apud amphilocos Galatię porcionē precipuę ferri materia: sed aqua ipsa ferro violētior quippe temperamēto eius acri⁹ redditur ferrū: nec vllū apud eos telū probatur. quod nō Birbili fluuio: aut Chalybe tingat̄. vnde et Chalybes fluuii huius finitimi appellati: ferroq3 ceteris pręstare dicūtur. C. Chalybes ppl'i sūt in ponto apud quos vel nobile ferrum est vt primū ibi repertū. i Nudi. S. Apud quos arbores nō sunt: vel nudi ꝓpter cudendi ferri studium. A. Nudi laboris ac egnis ęstu. C. Nudi vel inculti: vel quia in ferrifodinis nudi ferrū quęrūt. k Ferrū. C. a feriendo dictū nō nulli credunt. Sua ēm sęuitia feriendo domat reliqua metalla atteanuat & extēdit. Aristoteles ait illud gigni ex argento viuo & sulphure grosso nō puro: in cuius cōmixtione plus est de sulphure ꝙ de argento: Quapropter quia dominat̄ illi: frigidū ē et siccū. terreū ferꝝ frigidū est et siccum & valde durū et compactum. & ideo diffcile in igne mollit̄: quia minus in se habet aerei: & aquei magis ꝙ reliqua metalla. Rubigine rodit̄. qđ illi accidit pro suę substantię impuritate Nulli⁹ tñ rei rubigine acri⁹ ꝙ sanguinis exeditur: vt videat̄ sanguis humanus illo pacto se vlcisci. Caret tamē rubigine si cerusa aut medulla ceruina vngatur. l Virosa castorea. S. Fibris canes sunt pontici quorū testes apti sunt medicamētis: ꝓpter quod vbi se queri senserint: eos secāt. De quibus Cicero. Redimūt se ea parte corporis propter quā maxime expetātur. Iuuenalis. Qui se eunuchū ipe facit cupiens euadere dāno testiculi. Castores aūt a castrando dicti sunt. Virosa venenata. Nam ꝙuis multis morbis sint remedio tñ pregnātes illorū odore abiiciūt partū. virosa dicta ab ea ꝙ est virus. Alii fortia a viribus. A. virosa id est potentia & multę virtutis vt ostendemus. Virus ēm quandoq3 pro naturali virtute legitur: vt Nonius scribit: & Plinio teste: Virus dicitur ꝙ grece pharmacon id est medicina. Hinc etiā Iuuenalis ait in sat. Natali coruine die: Adeo medicatū intelligit inguē. Virus pręterea dicitur quod distillat ab inguine equę quo tpe agitat̄ amoris furore: vel quod distillat a coeūtibus aīalibus. Vir. li. iii. Georgicorū. Hinc demū hippomanes vero quod noīe dicūt pastores Lentū distillat ab inguine virus. & Pli. li. xviii. c. xxi. ait ꝙ virus verrinū et scrofę ex coitu exceptum priusq3 terrā attingat: contra dolores valet: Potes ergo virosa intelligere etiā propter id: nam cū Castorea sint testes recte virosa dici possunt. C. Virosa. Ambiguū. an virosa castorea. an virosa pontus. Nam pontus virosa quasi venenosa dici potest: qm̄ teste hoc eodē Poeta venenis abūdant vt in Bucolicis: Has herbas atq3 hęc ponto mihi lecta venena. Ipse dedit mœris nascuntur plurima ponto. m Pontus. A. N. mensura ponti a Bosphoro ad mœotidis lacum ꝓtenditur: Vt docet Pli. li. viii. Item li. xxxii. docet ꝙ in terris & in aqua fictus est fibris: quos castores vocant: & castorea: testes eorū quos sibiipi amputant periculo vrgente: ob hoc se detignari efficacissimi aūt e ponto galatię mox Aphrice. sternutamenta olfactu mouent. somnū conciliant cū rosaceo peruncto capite: medentur et vertigini neruorū viciis. sic et contra comitiales sumpti. poti vero cōtra inflāmationes tormēta venena aduersus scorpiones ex vino bibūt: aduersus vaconitū ex aqua & lacte. claritatē visus faciūt cū melle attico inuncti: cohibet singultus ex aceto. Solinus vero sic ait. Per vniuersum pōtum Fiber plurimus: quē alio vocabulo dicūt castorem:

testiculi eius appetuntur in vsum medelarum: n Castorea. C. Castor quē alii canē ponticū alii fibrū apellant. Est quadrupes fluuiatilis parū differt a lutra. Nam Aristoteles in libro de animalibus ponit Fibrū: Saterū: Satyrū: Lutrem et latacem: pene in eodē genere: Latacemq; dicit Lutra latiorē: & dentes habere adeo robustos vt virgulta illis vt ferro p̄cidat. Hinc ait Albertus posteriores pedes habere anserinos quibus facilius natet. anteriores aūt raninos quoniā humi quoq; gradiatur. Vulgo traditur q; seipsos castrent id admonente natura cū propter testes plurimis medicamentis aptos venatores illū insectētur. Aiunt prętерea fel suū euomere: cum id cognoscat ad multa medicamenta vtile. Item coagulū ad comiciales morbos. Albertus negat posse castrari sine pernicie: quia testes spine alligati sunt. Si quēq; morsu deprehendit nō antea dimittit q; crepitantis ossis strepitū senserit: dentibus virgulta cędit: domumq; in fluminū ripis duabus aut tribus contignationibus extollit: vt pro incremento decremē toq; aquarū ascendat descēdat ve. Peregrinos castores in seruitutē redigit: illisq; p iumentis ad cōuectandam materiā et cibaria vtitur. vescitur pisce pomisq; & arborū cortice. Eius pellis nota est: & in precio habetur. Nostri Galeros inde conficiunt. Barbari aūt illi apud quos hoc animal nascitur: beuer appellant. similes lutris sūt. sed paulo maiores Sunt ventricosi et breuib⁹ cruribus: proptereaq; currere haud facile possunt. Caudā plusq̄; pedalem habēt siue pilis: piscium pelle tecta: appri me pinguis & esui suauis: sale etiam conditas condunt. Cętere eius carnes abhominabiles: neq; est qui illis vescatur. Medicamentum quod inde est: castoreum vocant: declinant ad colorem nigri sanguinis. Nam si variū ē declinans ad nigredinē: venenū est. & vel interficit eodem die vel ad malam ducit ęgritudinem. Quando bonū est calidum & siccum subtilissime exiccationis confert neruis & paraliticis. Valet ad foetum & ad secundam eiiciendam.
o Eliadum palmas e. S. Hyppalage. Nam dicit Epirus creat equas optimas quę apud elidem palmam merent in Iouis olympici curruli certamine. profertur aūt grece epyros cum accētu in prima: Nam si esset epyrus, latinū haberet accentum in penultima. A. Elis vt Plinius scribit lib. iiii. Vrbs fuit Achaię. Per agrū vero Eleū: vt scribit Stra. li. viii. Alphęus amnis perlabitur: apud quem olympicorum certamen agebatur gymnicū atq; equestre: teste Herodoto li. viii. vbi premiū erat oleagina corona qua donarentur: non enim pecuniarum certamen agitabant: sed virtutis. Id autem Hercu. instituerat. Sed hęc omnia. lati⁹ per nos habentur ode prima Horacii. Palmas eliadum equarum: id est equas aliarum victrices apud Elidem. Probus autem ait: q; Poeta copiosissimam esse palmis Epirum significat: quod aliter ostendit ipse Maro lib. iii: dicens. Quāuis sępe fuga versis ille egerit hostis: Et patriam Epirum referat fortisq; mycenas. C. Eliadum Elis vrbs est sub olympo vbi ludi agebantur post finem quarti cuiusq; anni a monte ipso olympici dicti.
p Palmas. A. Palma arbor est: de qua multa Pli. Sed propterea inquit Plutarchus in certaminibus palmam signum esse placuit victorię: quoniā ingenitū huic ligno est: vt vrgentibus prementibusq; non cedat. Plura scribit Gel. lib. iii. c. vi.
q Epiros. A. Ea vt Pli. li. iiii. docet est in tertio Europę situ: atq; ab acrocerauniis incipiēs mōtib⁹: ad magnesiā macedoniamq; tendit. C. Epiros Laudat Epirum vehementer Aristoteles in libro de animalibus; dicitq; omnes

Continuo has leges ęternaq; foedera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primū
Deucalion vacuū lapides iactauit in orbē.
Vnde hoīes nati durū genus: ergo age terrę
pingue solū: primis extemplo a mēsib⁹ anni

quadrupedes illam magnas ferre excepto asino. Epiroticas autem vaccas singulas prę sua pręcipua magnitudine amphoras singulas implere atq; erectum qui mulget stare: quoniam sedendo non queat vbera attingere: neq; id mirandum. Nam cum opus largiore pastu grandioribus sic scribit hanc terram illud abunde ferre. & esse ibi excellentes oues quę pyrrhie a Pyrrho rege cognominarētur. De Epyro dicemus in tertio libro En. Epiros nostro tempore Albania dicitur.
r Equarum. SER. Dixit equas quia velociores sunt q̄ equę: quia vt ait Pli. inter currendum emittūt vrinam. C. Equarum. Nam vt reliquas quadrupedes sic equos pręstantes fert.
s Continuo. SER. Iugiter ad perpetuum. CRI. Continuo: stat in primordio suo.
t Has leges ęternaq;. AN. Lex est ratio summa insita in natura quę iubet ea quę facienda sunt: prohibetq; cōtraria. Tul. lib. i. de legibus.
v Foedera certis. AN. Foedus appellatum quia inter foedera interponebatur fides vt ait Festus.
x Natura locis: quo tempore primū. A. Natura autem dicta est ab eo q; aliquid nasci faciat: gignendi enim et faciendi potens est. Est igitur natura creatura omnium etiam inuisibiliū rerum. Vnde Lucret. lib. i. ait. Deferere incipiam & rerum primordia pandā. Vnde omnis natura creet res: auctet: alatq;. Sed de natura latius in Sileno diximus.
y Deucalion vacuum lapides iactauit &c. S. Iā transit ad fabulā: et poetice ponet principiū mūdi: dicēs ista tum primū statuta q̄ ab initio mūdi cōstat fuisse. y Lapides vacuū iactauit in orbē. A. q̄ hic de lapidib⁹ referunt poeticę et fabulose In hoc loco narrauī. Sed de Deucaliōe latius et plene diximus in Sileno. CRI. Deucaliou. vt philosophus dixit statim a mundi principio has leges impositas esse a natura. Sed vt poeta fabulosum ponit principium mundi. Deucalionis autem diluuiū non fuit vniuersale: vt Noe. Fuit autem vt ait Varro regnāte Crinao Cecropis successore. vt Eusebius & Hieronimus: nondum defuncto Cecrope. dictum autem Deucalionis quoniam maxime eius regionem oppressit. Ad ęgiptum autem & eius vicinia non peruenit. Factum est anno mundi septimo supra tria milia & sexcentos ac septuaginta: cum vniuersale diluuium quod fuit tempore Noe: fuerit āno quadragesimo secundo supra duo milia ac ducentos. Dictus est autem Deucalion lapides in homines conuertisse: quia qui ex diluuio superfuerāt: timentes iterum diluuium. se in montibus continebant: aspero et ferino modo viuētes. At ille verbis paulatim emolliuit: & in planum deducēs ad mitiorem et humanum cultum traduxit. Deucalionis autem filium fuisse dicūt Hellenem: a quo greci Hellenes sunt dicti. Thessalię autem imperasse Deucalionē referū.
Deucalionis vxor fuit Pyrrha filia Epimethei patrui huius Deucalionis: horum tempore (vt Aristotiles refert) ingēs hymbriū illuuies maiorē partē populorū Thessalię: quibus imperauit absumpsit: paucis qui ad montiū culmina sese receperāt ꝯseruatis: inter quos Deucalion Parnassum petierat: ratibusq; ad se confugientes per summa Pernassi iuga benigno fouebat. Propter quod dictus est genus hūanū reparasse. Ex quo Poetę finxerūt hunc & vxorē: vt. s̄. annotatū est. z Durū genus. SER. Expressit propter ipsos lapides a quibus nati sumus: Nam & greci τοιαιτιον populi λαοι dicantur a lapidibus. a Ergo age terrę. A. Ad causam reuertitur docendo quid faciat lętas segetes vt predixerat.

[d] Fortes inuertant tauri: glebasq; [e] iacentes
[f] puluerulenta coquat [g] maturis solibus estas.
[h] At si non fuerit tellus fœcunda: [i] sub ipsum
[k] Arcturum: tenui sat erit suspendere sulco.
[l] Illic officiant letis ne frugibus herbe.
[m] Hic [n] sterilem exigu⁹ ne deserat humor arenā.
[o] Alternis idem [p] tonsas cessare [q] nouales:
[r] Et segnem paciere [s] situ durescere campum:
[t] Aut ibi flaua seres/mutato [v] sidere/[x] farra
Vnde prius [y] letum [z] siliqua [a] quassante [b] legumē

b Pingue solū. S. Redit ad causam primis a mensib⁹ anni ꝙ dixit vere nouo: A. Pingue solum: Palladius li.ii. de mense Ianuario ait: Pingues & sicci agri proscindi & apparari iam possunt. Et li.iii. de Februario inquit: locis tepidis aut si clemens tempus & siccū fuerit: colles pingues vel hoc mense proscinde. Et li.vi. de mense Maii scribit. Nunc quoq; pingues agri & herbosi proscindantur. Et li. vii de mense Iunii inquit. Nunc frigidissimis locis que Maio sunt pretermissa faciemus agros: etq; Columella scribit li.xii.ca.ii. Q. idibus Ianuariis quod habetur tempus: inter Brumā et aduentū fauonii. pingues & siccos agros tempestiuū est proscindere. Paulo inferi⁹ inquit. ꝙ ab equinoctio verno optime vliginosa & pinguia loca proscindantur. AN. que mēse Ianuario vernacta facimus: nunc vltima parte Marcii sunt iteranda. Postea docet ꝙ sextū idus Iulias optime iteratur proscissum vernactum. c Pingues a mensibus anni. A. Ianuariū & februariū intelligit: qui primi menses Nume pompilii fuert. de quo aperte loquit. Col. vt ostendimus ibi. Vere nouo gelidus. Pli. etiā li.xviii.c.xxxii. inquit. Tepidioribus locis a Bruma pscindi arua oportet: at frigidioribus ab equinoctio verno: & maturius sicca regiōe ꝙ̄ humida maturi⁹ densa terra ꝙ̄ soluta. pingui ꝙ̄ macra. Altum et graue solū etiā hyeme moueri placet. d Glebasq;. A. Causam aperit quare id fieri debeat: vt calor in puluerē glebas dissoluat: solis em ardore siccat liquor: & cuncta torrent sorbenturq;: quod Pli. li.ii. docet: quū vero proscindunt arua: hoc vtilitatis habent: ꝙ inuerso cespite herbarū radices necant: quod idem li.xviii. edocuit. e Iacentes. C. inertes. Nam qui iacent hoies inertiā quandā in se esse ostendūt. f Puluerulēta. S. Que glebas soluit in puluerem. g Maturis solibus. S. Vehementer calidis. A. id est ardentib⁹. est em a pomis methaphora: nā soles maturi dici possunt quū feruescere cœperūt. h At si nō fuerit tellus fœcūda. A. Pli. li.xviii.c. inquit. Q. tenue valde & aridū solū paulo ante sationis tempus moueri debet. Columella vero li.ii.c.iiii. docet ꝙ graciles cliui nō sunt estate arandi. sed circa septēbris calendas cum si ante hoc tempus proscindit: effœta et sine succo hum⁹ estiuo sole puritur. i Sub. S. Sub qū tempus significat accusatiuo gaudet vt hic sub arcturū. i. circa arcturū. Et sub lucem exportāt calathis. k Arcturū. Autūnali tpe in ꝗ orit arcturus. A. Arcturus vt Pli. scribit li.ii.c. xlix exorit xi. diebus ante equinoctiū autūni. Est aūt equinoctiū vernū. viii. cal. Aprilis: vt docet Columella li.xii.c.ii. Autūnale equinoctiū. viii. cal. Octobris. i. die septēbris. xxxiiii. orit ergo Arcturus die septēbris. xiii. arcturus autē stella est: que vrse cauda interpretat. est em in cauda maioris vrse locata: quā Bootes in zona habere dicit: clarius ceteris lucentē: auctore Ignio. C. Arcturus Qui et Bootes dicitur custos plaustri eo quod plaustrū sequit. i. septentriones & quasi succinctus sit septentrioibus. Arcas fuit Calistos & Iouis filius a quo Archadia noiata. Hic a Licaone Pelasgi filio epulandus Ioui positus est: cū an deus esset tentare vellet. at Iupiter Licaonis domū (vbi Trapetos deinde vrbs) fulmie incendit. et huius mēbra restituit: et caprario cuidā nutriendū dedit. Verū cū factus adolescens inscius matri vim inferre pararet Incoleq; licei vtrūq; interficere pararent. Iupiter ambos eodē gestu quo erant astris intulit. illa vrse natura: ille impetū faciens: quem Homerus Bootem appellat. signū hoc constat ex. xiiii. stellis. nā habet in dextra quattuor que nō occidūt: in capite clarā vnā. In singulis humeris singulas: in singulis manib⁹ claras singulas. In mamilla dextra obscurā vnā. In dextro cubito clarā vnā. inter genua vtraq;: clarā et magnā vnam que est arcturus. In singulis pedibus singulas. l Illic S. i. pingui. A. Pingui. A. inpingui solo. m Hic. S. in sterili. AN. in solo nō pingui. n Sterilē arenā. A. infœcundam et aridā arenā. o Alternis. A. vicissim. p Tonsas. S. Agros messos. q Nouales. S. Dicim⁹ aūt has nouales et hec noualia. proprie nouales sunt nunc primū arua pcissa. A. De noualibus videto in Tityro.

r Segnem. A. infœcundū: C. Segnē nihil pducentem quia nō ferēs. Trāslatio ab homine nihil operante. Segnis dicit sine igne qm quorū sanguis frigidior est: illi et corpore & animo hebescunt. s Situ d. S. vt redeat in vires priores. Cicero aūt in dialogis & ceteri philosophi tractant nō quid debeat fieri: sed quid potissimū. sic Virgili⁹ cum ponat multa remedia agrorū: pre omnibus ponit intermissionē: Vnde hoc frequēter repetit. A. Situ durescere: vt vires accipiat. Situs aūt pprie dicitur Lanugo quedā humore pueniens. fit aūt in locis sole caretibus. Situ ergo id est sordib⁹ et squalore quodam: qualis intra opaca domus que diu non repurgātur esse solet. Vnde M. Fabius inquit Excitanda mens et attollenda semp est: que in huiusmodi secretis aut languescit: & quendā velut in opaco situm ducit: aut zc Ponit etiam ploci qualitate vt de situ vrbis zc. C. Situ videbis in sexto.

t Aut ibi flaua. S. Si angustia agrorū nō patitur intermissionem: ibi frumenta sere. vnde legumina sustulisti: aut si tibi est opus frumento: stercora agrū & sparge cinerem & incende stipulas. A. Aut ibi flaua zc. Pli. li. xviii. c.xxx. inquit. Si fuerit illa terra quā appellauimus tenerā poterit sublato hordeo seri eo condito raphanus: is sublatis ordeū vel triticū. Alius ordo vt vbi adoreū fuerit: cesset quatuor mensibus hibernis: et vernā fabā recipiat: frumētum quidam seri vetant nisi in ea terra ꝙ̄ pximo anno quieuerit. Flauus color ex viridi ruffo: et albo concretus: Gel. li.ii.c.xxvi. v Sidere. S. anno.

x Farra. A. Far adoreū veteres appellauere. estq; ex omni genere durissimum: & cōtra hyemes firmissimū. opatitur frigidissimos locos: et minus subactos primus antiquis lationibus. Pli. li. xviii. c: viii.

y Letum. SER. fertile.

z Siliqua. A. Leguminū folliculus dicitur. proprie tamen cuiusdam arboris fructus longus latusq; etiam. de qua arbore Plinius libro. xiiii. meminit. C. Siliqua proprie est que Arabice Carnub dicitur. vnde quidam latinorum carnubiam dixerūt: Grece xilocerata id est lingnea cornua. huius semen dicitur Rirath.

a Quassante. AN. concuciente legumen ipsum maturum & siccum.

b Legumen. SER. Ita dicitur ꝙ manu legatur: nec sectionem requirat. Frumenta vero sunt omnia que ex se emittunt aristas: nam farra pro frumento dixit speciem ponens pro genere.

Aut tenuis fœtus viciæ: tristisqꝫ lupini.
Sustuleris fragiles calamos syluāqꝫ sonantē.
Vrit enim lini campum seges: vrit auenæ.
Vrunt letheo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantū
Ne saturare fimo pingui pudeat, sata neve
Effœtos cinerē immundum iactare p agros.
Sic quoqꝫ mutatis requiescūt fœtibus arua.

c Tenuis. S. Nam vicia vix ad triplicē peruenit fructū. cum alia legumina prouentū fertilem habeant.
d Vitię. A. Vicia per c scribitur: dicitur em̄ a vinciendo: ꝙ itē capriolos habet vt vitis: quib⁹ sursū versū serpit: & scapum lupini aliū ve calamū ad quē hereat solet vincire. Varro auctor li. i. c. xxxi. Plinius li. xviii. ca. xvi. inquit. Et vicia pinguescūt arua nec ipsa agricolis operosa. vno sulco sata non sarritur: non stercoratur: nec aliud quā occat. Vitibus prerĭpit succū languescūt si in arbustis serantur. Sationis eius tria tempora de quibus latius ibidem. Columella li. ii. ca. nono de vicia inquit: Idqꝫ genus precipuū non amat rores cū seritur. Itaqꝫ post secundā diei horam vel tertiam spargendū est quū iam omnis humor sole vēto ve detersus est: neqꝫ amplius proiici debet ꝙ quod eodē die possit operiri: nam si nox incessit quantulocunqꝫ humore priusqꝫ obruatur corrūpitur: ꝓpter id igitur tenuis fœtus vicię poeta dixisse videtur. C. Vicię Hac fruge pinguescūt arua nec ipsa operosa est agricolis: vno sulco sata nō sarritur. non stercoratur. Siccitatem ex omnibus quę serūtur maxime amat. nō aspernatur vmbrosa. vitibus tñ prerĭpit succū. languescūt si in arbustis seruntur.
e Tristisqꝫ. S. Amari. Nā incoctus amarus est. A. Tristis id est amari tristiciā ferentis. Ait em̄ Pli. ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum vnum hoc seritur nō aratro. vbi fuerit maxime sabulosa & sicca atqꝫ etiā arenosa. tellurē ab eo amat: vt ꝗuis frutunto solo coniectū: inter folia vepresqꝫ: ad terram tamen radice perueniat. pinguescere hac sata arua vineasqꝫ diximus itaqꝫ adeo non eget fimo vt optime vicem represent̄et. Primūqꝫ oīm tollitur: vtrunqꝫ septembri fere mense. si depastum sit in fronde: inarari protinus solum est opus. Pli. li. xviii. vbi lupinus & lupinū legit̄. C. Lupini. Hoc legumen & minimū vt ait Columella operarū assumit: & vilissime emitur: & maxime ex iis quę seruntur iuuat agrum. Repositum in granario patitur ęuū. Boues in hyeme coctū maceratūqꝫ probe alit. Famem si sterilitas incessit ab hominibus propellit. In tabulatum quo fumus prouenit optime refertur nam si humor inuaserit vermes gignit: qui vbi ocilla lupinorum ediderunt: reliqua pars nasci non potest. Iugerum decem modios occupat. f Fragilis. A. Teneros & fractu faciles. g Syluamqꝫ sonantē. A. Maturi siquidē lupini & sicci: adhuc in siliquis in recenti: ventorū motu insonant. C. Sylua Nam altius extolluntur & densi propter ramos surgunt. h Lini. S. Bene excepit linum: auenas & papauer: Nam ꝗuis legumina recte appellari possunt: nam leguntur non secantur, vt frumenta. Pli. li. xviii. ca. xxviii. inquit. Exceptis leguminibus quę velluntur e terra nō subsecantur. Vnde et legumina appellata quia ita legūtur. Monet autem poeta post hęc non esse frumenta serenda. nam solum tenue reddunt. Vrit lini campum seges. Cato. xxxvii. lib. de re rustica ait: Ordeū & fęnū grecum. eruū hęc omnia segetem exigunt: et omnia quę velluntur ex eis mala sunt. lupini. faba. vicia et cetera stercus vnde facias habent. Pli. aūt li. xix. ca. i. inquit de lino. Vrit agrū deterioremqꝫ facit: sequenti quoqꝫ capite dixit Vere satū: estate vellitur: et hanc quoqꝫ terrę iniuriam facit ꝙ vellitur scilicet. Et Columella li. ii. ca. xiiii inquit. Trem lius obesse maxime ait solo virus ciceris & lini: alterum quia sit salsę alterū q: sit feruidę naturę. C. Lini. de quo Collumella. Lini semē nisi magnus est in ea regione quā colis prouentus & precium priorat ferē dum non est: Agris em̄ pręcipue noxium est.
i Vrit auenę. A. Auena vt Theophrastus li. viii. scribit terram vehemēter extenuat & multiplici tum radice: tū calamo conditur. Est itaqꝫ extenuationis causa: radicū multiplicitas & calamorū quibus quidē solū pingue attrahit. k Letheo somno. S. Quia plena sunt obliuionis Nam Ceres leue ad momentum dicitur papaueris cibo orbitatis oblita & reuera papauer gignit soporem. A. Lethe apud nos obliuio dicitur. Inde lethę⁹ obliuiosus. Somnus autem rerū omniū affert obliuionem sopitis. Et Plinius scribit ꝙ papaueris satiui albi calix ipse teritur & bibitur somni causa: et e nigro papauere sopor gignitur scapo inciso Legito Pliniū li. xix. & xx. l Alternis. V. Redit ad preceptū intermissionis ꝗd dicit esse precipuū. A. Altern⁹ labor facilis est quū vicissim seruntur dūmodo stercorentur. m Pingui. S. Vel humido vel fertili. A. Qui per se pinguis est et pingues efficit agros Cato ca. lxi. inquit. Quid est agrū colere: bene arare: quid secundū: arare. tertio stercorare. Fimi autem plures differentię: de quibus plene legito Pliniū libro decimo septimo ca. vi. Item li. xviii. ca. xxxvi.
n Effœtos. S. Continua fertilitate lassatos: vt mulier dicitur effœta frequenti partu lassata. A. Effœtos agros. exhaustos euacuatos assiduo fœtu. C. Effœta dicit quasi extra fœtum id est partū: quod ꝗuis ad mulierem quę amplius non emittat fœtum: tamen belle et ad terram et ad arbores quę sterilescunt referre possumus.
o Cinerem immundum. SER. Ad differentiam illius quo vtūtur puellę. AN. Non purgatum quali mulieres vtuntur. Plinius libro. xvi. ca. vi. inquit. Transpadanis cineris vsus adeo placet: vt anteponat fimo munitorum.
p Requiescunt. SER. Non etiam roborantur vt intermissione arationis. AN. Non tamen pinguescunt sicut intermissione.



Nec nulla interea est inaratę gratia terrę.
Sępe etiam steriles incendere profuit agros:
Atq́ leuē stipulam crepitātibus vrere flāmis:
Siue inde occultas vires & pabula terrę
pinguia concipiunt: siue illis omne p̄ ignem
Excoquitur vitiū: atq́ exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias / & cęca relaxat
Spiramēta: nouas veniat qua succ⁹ in herbas:
Seu durat magis: & venas astringit hiantes:
Nec tenues pluuię rapidi ve potentia solis

q Nec nulla. A. Maxia & pręcipua. Serui⁹ habet. nec min⁹ liptote est. i. multo magis. r Interea. A. Etiā mutatis fœtibus aliquādo intermittere arationē q̄ maxime prodest aruis. Hinc Pli. li. xviii. c. xxxiiii. inquit Virgilius alternis cessare arua suadet: et hoc si patiātur ruris spacia: vtilissimū p̄cul dubio est: quod si neget conditio far serendū. Vñ Lupinū: aut vitia: aut faba sublata sunt: & quę terrā faciant lętiorem.
s Inaratę gratia terrę. S. Repetit quod dixit. C. Inaratę terrę. Nam si nō parit illo anno: pariet sequēti multo plura. t Incēdere agros. S. res in agris scilicet. i. stipulas vł quisquilias. i. purgamēta terrarū: Nam vbi stipulę desunt: alemonta incēdii aliunde importan̄t. A. Plinius li. xviii. c. xxxxiiii. inquit. Sūt qui accendunt in aruo & stipulas. magno Virgilii pręconio. summa aūt ratio vt herbarū semē exurant. C. Incēdere. Nā incensa materia decoquit̄ etiā tellus. v Atq́ leuē s. c. v. f. S. ecbasis Poetica. x Stipulam. A. Stipula proprie est culmi vagina. y Crepitantib⁹. C. crepitū emittentibus. z Inde. S. ex igne. C. ex ipso igne qui admixtus humori facile multa gignit. a Occultas. S. Arcana ratione cęlatas. Ex opiniōe Heracliti qui ponit oīa ex igne creari. b Pabula terrę. A. Pabulū a pasco venit: estq́ pecudum cibus herbaceus: fœnicius: paleaceus: & silliū. c Exudat. S. Noue locutus: nā nō ipse sed terra exudat. ergo exudat pro exudat̄. A. Exudat exit emittitur.
d Inutilis. C. Nā succus naturalis: terrę vtilis est: vt in corpore aīalis alius humor naturalis est quo alitur corpus & gignit. diciturq́ succus. alius noxius est: & appellat̄ pus.
e Seu plures calor. AN. Ignis (vt Aristoteles inq̄t auctore Gellio li. xviii. c. iiii.) cōcretū resoluit et gelu constrictū: vt niuē sol.
f Cęca spiramenta. S. Breues cauernas quę sui tenuitate nō possunt videri: A. Cęca spiramenta. clausa spiracula. C. Cęca nō visa. Nam aperiūtur pori in terra: qui prę tenuitate non videntur: sed facile cognoscun̄t adesse qui emittūt spiritum: & fiunt illi peruii. vnde & spiramenta & spiracula dicuntur rimulę tenuiores. g Hiantes. A. Hiare est aliquid sua spōte vel externa aliqua vi aperire vel diffindere: vt tellus ęstu: & ligna ariditate: vel nimio calore hiant. Hiscere est tantum oris & quidē humani: accipiturq́ pro eo quod est loqui: aut os aperire ad loquendum.
h Tenues. SER. Epithetū aquę. vel lentę vel penetrabiles. AN. subtiles & penetrabiles. facile enim aqua sua tenuitate penetrat.
i Rapidi solis. A. qui rapit ac attrahit ad se cuncta: torrens & sorbens calore suo quo liquor siccatur.

k Acrior. AN. Vehementior: fortior. l Boreę. AN: Flat boreas inter septemptrionem: & exortum solsticialē vt scribit Plinius libro. ii. De eius aūt legito Ouidium lib: vi. ibi: scilicet Apta mihi vis est ꝛc. m Penetrabile. A. quod facile penetrat. dicitur etiam quod penetrat. Penetrare autem est penitus intrare. vt scribit fęstus.
n Adurat. S. Et ad solem et ad frigus pertinet Nam hęc duo eundē habent effectum. Nam & frigus est caloris initiū: & summus calor frigoris est principium. A. Adurat. Ad calorem & frigus optime refertur. Ad pluuias autem referri nō potest. Sed consueuerunt poetę quędam diuersa ita adiungere vni verbo: vt tamen necesse sit alterū subītelligere. vt illud. Disce puer virtutem ex me: & tolerare labores: fortunam ex aliis. vbi subintelligendum est opta. Sic in hoc loco: tenues pluuię penetrando noxiū humorem relinquat.
o Adeo. A. ꝓfecto: certe.
p Rastris. S. Et hos rastros et hęc rastra legimꝰ. Dicta autem ꝙ terraꝫ radant. AN. Sunt rastri (vt Varro ait) quibus dentalibus penitus eradunt terrā atq̧ eruūt. Rastelli vero quibus in pratis foeni sarta abradūt: quo abrasu rastelli dicuntur.
q Glebas inertes. CRI. Sine arte: id est rudes nō excultas. Nam si maiores restant glebę: terra pene inculta: inarataq̧ relinquitur. Has glebas ita integras iter duos sulcos relicta scena appellauerunt. r Inertes. AN. id est inutiles desides. s Crates. AN. Dicuntur crates a crateo: quod est teneo: quia seinuicē teneant. De cratibꝰ autem Plinius libro. xviii. c. xxxi. sic ait. Latitudo vomeris cespites versat: semen ꝓtinus initiunt. cratesq̧ dentatas super trahunt: nec serenda sunt hoc modo sata.
t Flaua. SER. propter aristarum maturitatem. AN. Flaua ceres. flaua dicitur a colore quem habent matura frumēta. v Ceres. S. Nomen quod in polisyllabis in nominatiuo singulari producit es: cū in obliquis corripiat. C. Ceres quasi geres latine dicitur a gerendo: quia omnia gerat & producat terra. A grecis aūt dicitur quasi id est terra mater. Eusebius autem de pręparatione euāgelica ait: Priscos telluris vim vestam esse. Et terrę lapidosę ac montanę vim esse rheam. Feracis autem ac planę cererem: huiꝰ imago spicis coronatur: & papauera (quę sterilitatis simbolū sunt) circo eam ponunt. Eius filiam Proserpinā: quam a Plutone raptam: vis est seminis in terrā proiecti: quā sol cum hyemali tempore ima tenet: & propterea Pluto voca sub terris fouet. Vñ illam sub terra latentem queritat Ceres, donec fruges enascentes supra terram extent. Hinc est locus fabulę. Quia illa vis: id est Proserpina sex menses apud inferos. sic et totidem apud superos: quia hyeme sub terra est. ęstate supra terram. Verum has fabulas: etiam aliis modis interpretantur. de quibus fortasse alibi. Dicitur autem filia cęli & vestę: quia fertilitas frugum a sole & a terra est.
x Nequicq̄. SER. Non sine causa. Duę enim negationes affirmant. Male ergo quidam legunt in Therentio. Pater adest: caue ne te tristem sentiat. Si enim hoc est dicit. Vide ne te tristem esse sentiat: quod nō potest ꝓcedere. Sed intellige: caue te tristem esse sentiat. nam & ne & caue prohibentis est. y Olympo. A. cœlo.

Acrior: aut boreę penetrabile frigus adurat.
Multū adeo rastris glębas qui frangit inertes:
Vimineasq̧ trahit crates iuuat arua: neq̧ illū
Flaua ceres alto nequicq̄ spectat olympo:
Et qui proscisso quę suscitat ęquore terga
Rursus in obliquū verso proumpit aratro:
Exercetq̧ frequēs tellurē: atq̧ impat aruis.
Humida solsticia: atq̧ hyemes optate serenas
Agricolę: hyberno lętissima puluere farra.
Lętus ager: nullo tantum se Mœsia cultu

z Quę suscitat. S. id est terram quam arauerat.
a Equora terga. AN. Sulcorum culmina. b Rursus in obliquū. S. Rursus: scilicet: tempore autūnali quo iam cum seminibus aratur. nam nemo bis vno tempore arat. AN. Plinius libro. xviii. capīo. xxxii. inquit. Omne aruum rectis sulcis mox & in obliquis subigi debet. C. Arant agricolę quater campum. proscindūt enī. iterant. tertiantq̧: & quarto lirant. Lirare enim dicunt cū iacto iam semine terras in liras: id est in sulcos dirigunt. Nam sulcis muniūt porcos: et postremo sulcos aquarios quos nominant elices ex transuerso ducunt: per quos aquę ex agro in fossas extra agrum quas appellāt colloquias deriuentur. c Atq̧ imperat. S. vt tantum ferat: quantū ipse velit. iccirco supra dicit. Illa seges demum u. r. a. a. A. Tunc Aruis imperatur cum bene coluntur.
d Humida solsticia. S: Solsticia duo sunt. Alterum ęstiuum: qđ est. viii: kalendas Iulii: cum sol remeare ad inferiores circulos incipit. Alterum hyemale octauo kalē Ianuarii. Vnde contrarium videtur: cū dicit: hyemes serenas: quoniam solsticiū etiam hyemale est. Sed sciendum annū olim in duas partes diuisum. modo vero in quattuor partes. A. Humida solsticia atq̧ hyemes optate serenas. Sensus est ꝙ agricolę optent contraria: id est hyemem serenam & ęstatem humidā. Posuit enī solstitia ęstiua pro ipsa ęstate. Debent itaq; agricolę optare: orareq̧. O dii date nobis serenam hyemē: ęstatem vero humidā. ac si dicerent: Pluuia quę in hyeme ventura esset: reseruetur in ęstatem. Plinius autem libro. xvii. cap: secūdo ait hyemem aquiloniam esse omnibus satis vtilissimam: sed arboribus inutilissimū est. Ergo qui dixit hyemes serenas optandas: non pro arboribus vota fecit: quoniā cibus earū imber. nec per solsticia imbres vitibus cōducūt. Solsticia prȩterea duo sunt: brumale et ęstiuum. de quibus legito in Aegloga septima. CRI. Humida solsticia. Multum laborat i hoc loco Seruius: vt ostendat per solsticia intelligi ętatem. Sed breuiter dicendum videtur. ꝙ q̄uis sit duplex solsticium: aliud hyemale: aliud ęstiuum: tamē cum simpliciter proferimus: solsticiū intelligimus ęstiuum. Nam hyemale: brumam a breuitate dierum nuncupare consueuerunt.
e Hyberno puluere. AN. Hyberna serenitate: qua quidem puluis habetur. Macrobius libro. v. satu. ait. Et vt liqueat Virgiliū nostrum vndiq; veterum sibi ornamēta traxisse. Vnde hoc dixerit: Hyberno lętissima puluere farra. In libro enim vetussimorū carminū: qui ante omnia quę a latinis scripta sunt compositus ferebat: inuenitur hoc rusticum vetus canticum: hyberno puluere: verno luto: grandia farra. Camille meres.
f Lętissima: scilicet: sunt: id est fertilissima.
g Lętus ager. SER. hyberno sereno. AN. Lętus ager id ē ferax est hyberno puluere. h Nullo se tantū Mysia. S. Mysia prouintia est. Mœsia vero ciuitas Phrygię. hand procul a Troia: de qua hic dicitur propter gargara montes Phrygię. Sententia est ꝙ Mœsia: q̄uis diligentissima sit circa cultū: tamē plus ei prodest cultus q̄ hyberna serenitas. Sensus est horū versuum talis. vt etiā Ma

Iactat:& ipsa suas mirantur gargara messes.
Quid dicam iacto qui semine:cominus arua
Insequit̄: cumulosq; ruit male pīguis harenę:
Deinde satis fluuiū inducit:riuosq; seq̄ntes.
Et quū exustus ager morientib⁹ ęstuat herbis:
Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit.illa cadens raucū per leuia murmur
Saxa ciet:scatebrisq; arentia temperat arua.
Quid:q ne grauidis procūbat culm⁹ aristis.
Luxuriē segetum tenera depascit in herba
Cum primū sulcos ęquāt sata:quiq; paludis
Collectū humorem bibula deducit harena.

crobius libro.v.Satu.scribit. Cum ea sit anni temperies: vt hyems serena sit. Solstitium vero imbricum fructus optime prouenīt. Hęc aūt adeo agris necessaria sunt: vt sine iis:nec illi natura fœcundissimi Mysię agri responsu ri sint opinioī fertilitatq;:quę de eis habet. Additq; Mysię nominatim gargara:q ea vrbs posita in imis radicibus Idę montis:defluentib⁹ inde humoribus irrigetur: possit q̄ videri solsticiales imbres non magnope desiderare.hęc Macrobius. Ego tamē aliter accipio:vt sit sensus & Mysię agri nullo cultu se iactent quātū hyberno puluere: nec de solsticio imbrici intelligat. Nam (vt supra ostendimus ibi humida solsticia:atq; hyemes optate serenas) est sensus talis:optate:vt pluuia quę in hyeme ventura esset: reseruet in ęstate:nō q optent reuera illud:vt ęstate pluat. est autem loquendi modus:vt cum dicit alicui: Obsequere i hoc mihi:in aliis vo esto me aduers⁹. Poeta etiā repetiit illud tantum de serena hyeme. hyberna lętissima pulue re farra: nec amplius de imbrico solstitio dixit. C. Hęc (vt refert Macrobi⁹) sunt in Mœsia Helispon ti puincia.sed significatio nominis et loci duplex ē. Nam & cacumē montis Idę: & oppidum sub ipso monte Gargara appel latur. atq; vtrūq; hoc ap paret apud Home. Ergo Virgi.nō de summo mō te. Nam constat omnem illam mœsyam feracē eē ab humore solis Erat eni gargara tanta in fertilita te:vt pro immensa multi tudine gargara ponatur: vt apparet apud Alcęū: & Aristopha.composuit nomen ex area & multi tudine. Ergo gargara op pidum positum in imis Idę montib⁹. Vnde deflu entibus humoribus irri getur: exquo solsticiales imbres non magnopere desiderat. Aschilus autem non solum Gargara:sed omnē Mœsiam fertilem esse scribit. Hęc Macrobius. Vt autem apud Strabonem apparet q Phrygia duplex est:ita etiam & Mysia. Ex quibus omnibus apparet Mysia et non Mœsia esse legendum. Et sententia Poetę q hęc regio non tantum cultura quantum suo honore fertilis est.

i Mirant̄ gargara. SER. Dat sensum rei insensatę. AN. Gargara. Macrobius dicto libro ait.q gargara hęc sunt in Mysia:quę ē Helesponti prouintia.sed significatio nominis & loci duplex est. Nam & cacumē montis Idę:et oppidum sub eodem monte:hoc nomine vocantur. & ciues gargares. Cum igitur constat:inquit idem: Gargara nunc pro montis cacumīe: nūc p oppido sub eodē monte posito:accipienda. Virgilius non de summo sed de oppido loquitur. Et Homerus humidū designat subiacentem monti agrum. Vnde hęc Gargara tanti frugum copia erant:vt qui magnū cuiusq; rei numerū vellet exprimere.pro multitudine immēsa gargara narraret.hęc ille. Sed vbi ait q Homerus humidum designat subiacētem monti agrum ostēdit:q hyemis serena ibi necessa:nec ad solsticium imbricum referēda agri illius fertilitas. sed vt dixit ad hybernū puluerem ad serenam hyemem:

k Cominus: S. Statim. A. E vicino illico. Nā cominus proprie significat quasi cum manibus. Eminus vero longe quasi e manibus. l Cumulosq;. AN. glębas. m Ruit. S. id est eruit: & est agentis. Aliter autem dicimus. Ruit alto a culmine Troia. A. Ruit dissipat. n Male pinguis. S. nō pinguis.i.sterilis. o Deinde satis fluuiū. S. Post generales agriculturas transit ad species & ad culturas venientes ex tempore. Nam & irrigare & siccare nō prouenit nisi ex magna siccitate aut nimio humore. A. Segetes irrigādę sunt:vbi nimia siccitas euenit. Nam rigua (vt Pli. scribit li.xvii.ca.xxv.) ęstiuis vaporibus vtilia hyemi inimica.autumno varia circa caīus ortum:rigua maxime psunt. C. Fluuiū in his scilicet regionibus quę non ita abundant humore:vt Mysia. p Riuosq; sequentes. S. Iuges. Aut epitheton est riuorū. A. q:pro id est.per Epexegesim.sequētes.i.defluentes vel decurrentes. q Exustus. A. calore nimio. r Morientibus. S. Secūdū pythagoricos qui volūt: quicqd crescit habere animā. Vnde est. interfice messes. A. Morientibus herbis.licet arbores & herbę tam rōne q sensu careāt.tñ (vt etiam Macro.li.primo de som. ait:) quia crescendi tantū modo vsus in his viget. hac sola parte viuere dicunt. Moriūtur itaq; vbi crescendi vis deest. s Aestuat. A. i. feruet. t Ecce. S. i. ex īprouiso. v Supcilio. S. altitudīe summitate terrarū. AN. fastigio summitate. x Cliuosi tramitis. A. inclinatę:cliuęq; vię. Trames dicitur trāsuersa via: vel āgusta a trāsmeādo. y Elicit. A. educit:euocat. z Raucū p leuia murmur. S. vt nō solum vtilitatem: verum etiam voluptatem afferat. a Leuia. S. lubrica. detrita:nitida. A. attrita. b Ciet. A. emittit:commouet. c Scatebrisq;. S. Ebulitionib⁹ quas fecit aqua incidēs in rimas. Vnde & vasa ęstuantia calore scaturire dicuntur. A. Scatebris ebulitionibus.quę fiunt cum aqua in aliquas rimas defluit. d Temperat. C. vt ariditatē summoueat:neq; tñ nimiū humorem inducat. e Quid. A. videlicet de illo dicendū. f Aristis. S. Periphrascos Pro spicis posuit. Dicim⁹ autem hic spicus & hoc spicū. Cic in aratro. Spicum illustre ferenę insigni corpore virgo sed in m. genere habet vtrunq; numerū:in.n. singularem tantum. g Luxuriem. S. Recte dicit vt ostendit rem superfluam et nocituram nisi amputet. A. Luxuriem segetum: id est vbertatem superfluitatem ue: & intempestiuam abundantiā:vt ait Nonius. Plinius autem libro xviii. de viciis frugum ait. Inter vicia, segetum & luxuria est:quum onerata fertilitate pcumbunt. Et Paulo inferi⁹ sequenti caplo ait. Luxuria segetū castigatur deme pecoris in herba dumtaxat:& depastę quidem vl̄ sępius nullam iniuriā in spica sentiunt. h Cum primū. SER. Cum herbę adhuc tenerę anteq; cogantur in culmos. Et est. Vir. hoc Hemestichium vnum de in vitis. i Sulcos ęquant. C. Nam maiusculis factis frugibus discernunt̄ sulci a porcis. k Bibula deducit. S. i. detrahit: hoc est siccat:vt riuos deducere.n.r.v.i. id est siccare.

Presertim incertis si mensibus amnis abūdās
Exit:& obducto late tenet omnia limo.
Vnde cauę tepido sudant humore lacunę.
Nec tñ (hęc cū sint hoīm cꝫ boum cꝫ labores
Versando terrā experti:) nihil improb⁹ anser:
Strymonię cꝫ grues:& amaris intyba fibris
Officiunt:aut vmbra nocet: pr ipse colendi
Haud facilē esse viam voluit:primus cꝫ ꝑ artē
Mouit agros:curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna veterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidē aut partiri limite campū
Fas erat:in mediū quęrebant:ipsa cꝫ tellus

ANT. Bibula deducit.id est diminuit.remouet.siccat.paludis humorē collectū.Deducit autem humor:harena bibula supra iniecta.aut gracili bibulacꝫ super humidā: ac prępinguē. Sed dementię operari est.quid enī potest comparare qui talem colit.Bibula quę.humorē bibit:incertis mensibus:id est veris tempore ac autumni. Hyemis enī certum est frigus:ęstatis certus est calor. Veris vero et autumni tēpibus:nunc frigus nūc calor est. Hinc Naso lib.ii.de arte dixit de autumno. Quum modo frigorib⁹ premimur: mō soluimur ęstu. Aere nō certo corpora lāguor habet. Fiunt etiam pluuię maximę ac flumīa. Vñ Plini⁹ libro.ii.c.lii.ait. Vere autem et autumno crebriora fulmina.& Virgilius libro quarto Georgicorum. Vere madent terrę. l Incertis. SER. Inoportunis. sunt aūt hi veris & autumni. Nam & in hyeme frigus:& in ęsta te calor certi sunt. m Obducto. S. suplito: superfluo. AN. ꝑducto. contrario:circumfuso. n Tepido. S. noxio: inutili. A. Pl. li. xviii. c. xvii. de vitiis frugum ait. Nascuntur et vermiculi in radice:cum sementē imbribus secutis incluserit repētin⁹ calor hūorū:gignūtur & in grano:cum spicę in pluuiis calor inferuescit. o Lacunę. S. sunt fossę in quibus aqua collecta manet. A. Lacuna: (vt Fest⁹ ait) est aquę collectio:& a lacu deriuat. p Nec tamen. SER. Est ordo:nec tamen nihil officiunt. Sententia est ꝙ etiā post tot labores nocumenta inueniūtur nisi prouideris. A. Nec tamē. Ostendit autor vltra prędicta: curandū etiam ne aues et alia obsint aruis. q Improbus. S. Insatiabilis. nulli ꝓbandus. A. Improbus. nocēs:sęuus. r Strymonię cꝫ grues. ANT. Strymon amnis (vt Solinus docet) inter Macedoniam et Thraciam terminū facit. qui ab hemi iugis irrigat. Id quocꝫ asserit Plinius. li. iiii. Ibi autem grues maxime per ęstū moranī Virgilius & probus inquit. CRI. Strymonię. Thracenses a strymone amne. hic ab Emo mōte fluens Macedoniā a Thracia diuidit in. vii. autem lacus diffundit antecꝫ ripis coartatur. vt fluuius fiat. s Grues. C. (vt refert Aristoteles de animalibus) ex campis Scythicis ad paludes ęgypto superiore deuolant vnde nilus ꝓfluit: quo in loco pugnare cū pygmęis dicūtur: nec id fabula. sed certe genus tum hominū: tum quorum pusillum est: degūtcꝫ in cauernis: vnde nomen troglodytę a subeundis cauernis habent. Idem alibi scribit grues sui cōmodi causa lōginqua petunt. volant alte. vt procul prospiciant. insurgente tempestate: aut nubibus terram petunt: Ducem habent:& ii qui clament positi in extremo agmie: vt vox pcipi possit. Cum dormiūt cęterę: sub ala caput condūt alternis pedibus insistētes: dux detecto capite prospicit:& quod vide rit voce significat. t Amaris fibris. SER. Fibris aūt abusiue dixit: ꝙ radices intyborum hac atcꝫ illac decurrunt. vt fibrę per iecur. id est venę quędam & nerui. AN. Amaris fibris. Sunt enī intybi radices amarę gustu: aꝗs habent plurimas et profusas. Fibris: id est radicibus. antiqui: vt enim Varro ait: fibrum dicebunt extremum. v Intyba. S. Male quidam accipiūt autem esse intybam amari iecoris. Sunt enim cicorea: quorum radices multę segetes ambiūt & necant. AN. Intyba huius nominis variationem: late in spica docuimus. Intybum autem & cicoreum. pro eodem Plinius videtur accipere libro. xx. C. Intyba grecum est: latine dicit endiuia. Arabice hundebe. Plinius autē ait: Intybam erraticam: apud nos quidam ambulabā appellant: in ęgypto cicoreum.

Viam. S. Viā rationē & artem colendi. x Aut vmbra no. A. Plinius lib. xvii. c. x. de vmbris arborum nociuis & iucundis ait: iuglandiū grauis:& maxime etiam capiti humano: omibus iuxta satis: necat gramina. at pinus: ficorum leuis ꝗuis sparsa. ideocꝫ inter vines as seri n ō vetatur. Vlmorum leuis: etiam nutriens quęcuncꝫ opacat. iucūda et platani. Iuglandium si quidem pinorūcꝫ & piccearum & abietis venenum est. y Pater ipse. C. Recte ad summū ipm deum referri potest: ꝗ nō inuidia (quę abest a diuina mēte) sed amore vt humanum genus excultius redderet. & a segnicie ad actionē traduceret: nō nobis victum facilē vt reliquis animātib⁹ ꝓbuit. z Primus cꝫ ꝑ artē. S: Excusat ꝗ videtur posse damnari in Iouem ꝙ voluerit illis necessitatibus excitare ingenia hominū quę abundantia & otio torpescunt. ANT. Mouit agros. de aureo sęculo ꝗd sub saturno fuit. Ouidi⁹ li. primo Meth. ait. Mox etiā fruges tell⁹ inarata ferebat: Nec renouat⁹ ager grauidis canebat aristis. De argenteo vero sęculo quod sub Ioue fuit inqt: Iuppiter antiqui cōtraxit tempora veris. Semina tum primū longis cerealia sulcis obruta sunt: pressicꝫ iugo gemuere iuuenci. a Acuens. A. arcessens. excitans. b Torpere: A. Pigra esse & segnia. Ouid. enim ait de primo sęculo. Mollia secure peragebant otia gentes. c Veterno. S. Pigricia. Nam veternū est morbus intercus: id est hydropisis: quę homines reddit pigros. A. Veterno. i. somno. Nam (vt Festus inquit) Veternosus dicitur qui graui premit somno. Probus enī inquit: ꝙ veternū grauem somnū volunt intelligi spectātē ad interitum: quē medici lethargū vocāt. Plini⁹ item ait li. viii. de vrsis. Tam graui somno premūtur: vt vulneribus quidem excitari nequeant. Tunc mirū veterno pinguescunt. C. Veternū grauē significat somnū: vt refert probus: quem medici lethargum nomināt. Ponitur autē pro desidia & squalido situ. Hinc Therenti⁹. Veternosum eunuchū. i. desidem. Alii veternū volūt esse hydroposim. d Coloni. A. agrorum cultores. e Nec signare quidē. A. Iure cōmuni priuati ac separati agri nihil erat. Iure vero gentium agris termini positi: ꝗd ꝗdē notat in lege ex hoc iure gentiū. digestis de iusticia & iure. & in paragrapho Ius aūt gentium. Instituta de iure naturali: gentium & ciuili. Scribitur enim ibi. ex hoc iure gentiū introducta sunt bella: discretecꝫ gentes: regna condita: dominia distincta: agris termini positi ꝛc.

Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris:
prędariq; lupos iussit: pontumq; moueri:
Mella que decussit folijs: ignemq; remouit:
Et passim riuis currentia vina repressit.
Vt varias vsus meditando extonderet artes
paulatim: & sulcis frumenti quęreret herbam.
Vt silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos fluuij primum sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros & nomia fecit.
pleiadas hyadas claramq; lycaonis arcton.

f In medium. S. id est in commune: g Quęrebant victum. ANT. de quo supra ibi Chaoniam pingui.
h Omnia liberius. S. supra enim dixit: atq; imperat ar. A. Ouidi⁹ li. primo meth. ait. ipa quoq; immunis rastro q; intacta: nec vllis Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus rc. i Malum virus. S. Na; & bonū virus quemadmodū bonum venenum. Dicitur autē avi: neq; nunc reperit̄ nisi in nominatiuo: accusatiuo: & vocatiuo: Apud priscos etiam in genitiuo. Lucretius. Tetri primordia viri. C. Virus. Non solū venenū significat: sed vehementē: grauemq; odorem & abominabilē. Quapropter Plinius in quibusdam herbis huiusmodi odorem virus dixit. Horatius etiam: sic horridus ille defluxit numerus Saturnius, et graue virus munditię pepulere. k Atris. AN. nigris. l Prędari. C. Nam & vi inuadit. & insidiis excipit.
m Pontumq; moueri. A. Ouidius ait de prima ętate. Nondū cęsa suis peregrinum vt viseret orbē Montibus in liquidas pinus descenderat vndas. Pontus autem dicitur a pontizo: id est mergo.
n Mellaq;: A. Naso libro primo meth. de etate aurea inquit. Flauaq; de viridi stillabant ilice mella. C. De his dicemus q̄rto. o Ignemq; remouit. S. occuluit & non penitus sustulit. A. Ignēq; remouit. Itaq; iuppiter cū a Prometheo decept⁹ esset in portione hostiarū mortalibus eripuit ignē: ne carnis vsus vtil' hominibus videretur: cum coqui nō posset. de quo latissime Igynius. Pyriodes autem cilicis filius ignem e silice inuenit: ac eundē obseruare in ferula Prometheus autor. Plinius libro. vii.
p Currentia vina.: AN. Ouidi⁹ etiam ait. Flumina iam lactis: iā flumina nectaris ibant. C. Fabulosum est: tamē aqua tradit̄ esse lyncestis: quę vocatur acyidula: quę vini modo temulentos facit. Itē in Paphlagonia: et in agro caleno & in Andro insula in templo liberi patris fons est: qui (vt ait Mutianus ter consul) singulis annis kalen̄ Ianuarii vinū profluit: ait Pli. q Vsus A. opus: vtilitas. C. Vt varias vsus. Nō odio aut liuore: qui (vt ait Plato) a diuino choro abest.: sed vt oēs in difficultatibus ita exerceret: vt meliores acrioresq; redderet:
r Meditando. A. i. excogitando. s Extonderet. A: Extorqueret: vel inueniret: autore Nonio.
t Paulatim. C. Nā nulla ars et inuēta simul & pfecta ē: sed per varia additamenta: a tenui principio ad summū vsq; producta est. v Sulcis quęreret. A. arando.
x Herbā. A. Segetē. C. Herbā. Nā primo nascit̄ herba a qua mox culmus erigitur: qui fert spicas. y Excuderet ignē. S. studiose reperiret. AN. Excuderet cudendo eliceret. Est eni cudere a cędendo dictū: vt Festus ait. CRI. Ignem. Non nulli ex ęgypti sacerdotib⁹: aiunt Vulcanū primo in ęgypto regnasse: qui cum ignis inuentor fuisset propter huiusmodi beneficiū principatū assumpsit. Nam cum in montibus habitaret: vidit arborem fulmine tactam cremari: & syluam inde accendi. accessit & vtilitatem ignis (nam hyemale tempus erat) sensit: & igni deficienti ligna addens: ignem nutrire didicit. Hęc Diod.

z Alnos cauatas. ANT. Periphrasis est nauium: Alnus enim pinus & picee: ad aquarū ductus in stobos cauantur: obrute terra plurimis durāt annis. Plini⁹ li. xvi.
a Primum. CRI. Cum antea nō nauigasset. Nauem primam in grეciam inuexit Danaus ex ęgypto. Ante ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro a rege Erythra. Sunt qui dicunt Mysios & Troianos pr⁹res excogitasse in Hellesponto cum transirēt aduersus Thracas. Longa naui Iasonem primū enauigasse Philostephan⁹ refert: At hegesias Parthalū. Ctesias Samiram. Saphanus Semiramin. Archimachus ęgonem. Biremem Erithreos fecisse refert. Damastenes triremem: Amodem corinthi⁹ inuenit teste Thucidide:
b Stellis nūeros. SER: Currendi modos: id est ortus et occasus: quod si est quasi rem philosophorum pretermisit. Na; tantum de nominibus dicit: ANT. Plinius libro. ii. c: xlii. scribit. Signa quę sūt rerum aut animantium effigies: i quas diuisere cęlum periti: in iis quidem mille sexcētas annotauere stellas insignes: videlicet effectu visu vę. Igyni⁹ autem scribit: q; Mercurius prim⁹ mēses instituit & prouidit siderū cursus. Euhemerus vero primā ait Venerem astra constituisse: & mercurio demōstrasse. Sed Manilius lib. primo ait. Tu princeps auctor sacri cylenie tanti: per te iam cęlum in terris iam sidera nota. Iosephus scribit: q; Adā duas columnas reliq: Vnā eneam: alterā lateritiam. in quibus siderū motus descripserat. Lactantius libro secūdo. cap. xiiii. docet ęgiptios omniū primos cursus siderum & defectus notasse. Diod. libro. iiii. Atlantem de sphera primum inter homines disputasse. Plinius etiam libro. vii. Atlantē lybię filiū astrologiam inuenisse scribit: vt alii dicūt Assirii: spheram in ea milesius Anaximander inuenit: siderum obseruationem in nauigando phoenices.
c Pleiades Hyades. S. Tantum de nominibus dicit: Nam Hypparchus scribēs de signis: cōmemorauit quot in quoq; signo clarę: quot secundę lucis: quot obscurę stellę sient. Pleiades signū ē ante genua tauri: q; ortu suo primum nauigatiōis tempus ostendat. dictę ab eo quod est πλεῖν id est nauigare. latine vergilię dicuntur a verni temporis significatione. A. Plinius libro. ii. caplo. xlii. scribit esse in cauda tauri stellas septē quas appellauere vergilias, inquit. In; frōte suculas. Idem vero Gellius quoq; libro duodecimo: capitulo nono. asserit dicens. Sicuti cęterę partes & reliqua imago tauri conformata: & quasi depicta est locis regionibusq; earum stellarū: quas gręci Pleiadas. nos Vergilias vocamus. Iginius etiam docet inter tauri frontem: & arctos cauda; stellas esse: quas Vergilias nostri: gręci antē Pleiadas appellauerunt. Dictas autē q; ex Pleione filia oceani & Atlante sint natę: hę numero septem dicūtur. sed nemo amplius q; sex videre potest: ęstimantq; choream ducere stellis: eas stellas Vergilias nostri dixere: q; post ver exoriuntur. Ex prędictis ergo patet Pleiades non esse signū ante genua tauri: vt ille dixit. de iis autem latius habet libro quarto Fastorum.
d Hyadasq;. SER. Hyadas sunt in fronte tauri: q; or

Tum laqueis captare feras:& fallere visco
Inuentũ: & magnos canibus circũdare saltus.
Atq; alius latũ funda trãsuerberat amnem
Alta petẽs:pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor:atq; argẽtẽ lamina serrę.
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.
Tum varię venere artes:labor omnia vincit
Improbus. & duris vrgens in rebus egestas.
prima Ceres ferro mortales vertere terram

tu suo concitãt pluuias.latine suculę:ab eorum humore. AN. Scribit Igynius taurum habere in cornib⁹ singulas stellas vtrisq; oculis singlas: in fronte media vnam.ex q̃bus locis cornua nascuntur quę septẽ stellę nuncupãtur. Gellius autẽ libro.xii.ca.ix.docet q̃ Hyades a nobis primo Syades.deinde suculę appellatę. Hyadesq; ab hyo.id est pluo. Nam & cum oriuntur & cum occidunt largos imbres cient.Sed de eisdem lacius Gel. e Claram lycaonis arcton. SER .Elicem dicit vrsam maiorẽ cynosurã. Lycaon rex Archadię habuit filiam Calysto quã cum viciasset Iupiter:Iuno in vrsam conuertit.postea Iupiter miseratus in signum celeste cõuertit.AN. de arcto maiori loquitur.hanc autem Iginio teste Hesiodus ait Calysto nomine Lycaonis esse filiam :quę a Iunone in vrsę speciem conuersa fuit:cum autem Archada puerũ ex Ioue genuisset: ipsam cum filio Iuppiter iter sidera collocauit:eãq; Arcton:filiũ Arectophilaca nominauit.minorẽ vero Arcton Igynius idem Cynosurã esse vnam de Iouis nutricibus scribit. Sic etiaȝ Elicem : hinc pro beneficio in mundo collocatas : & vtrasq; arctos dictas: q̃s nostri septemtriones dixerunt. Omnes autem qui Peloponesum incolunt : maiori vtuntur arcto : Phoenices vero minori q̃ studiosius perspiciẽdo diligẽtius nauigare extimarentur. Hinc apud Ouid. fastorũ libr.iii.legit. Esse duas arctos:quarum cynosura notatur sydoniis Elicẽ graia carina notat. Claram arcton. Claram ait:quoniã maior arctos stellas habet vigintiviiũ.minor vero stellas habet tantumodo septem. f Fallere visco. SER .Non ad feras:sed ad aucupiũ referas. ANTO:Fallere:videlicet aues. Nam ferę visco non capiuntur. g Et magnis canibus. SER. Iterũ ad venationem. Male autem de aucupio respuentes totũ referunt ad venationẽ:cum dicunt fallere visco: pro viscc ratione:constat enim luparios carnibus tinctis veneno necare lupos.quod non procedit . Nã aliud est. hoc viscum visci:& aliud hoc viscus.ris.Ergo si de carne loqueretur viscere erat dicẽdum. h Funda. SER. Genus retis q̃d Boxos dicitur.AN.Funda iaculo rete. CRI. Funda gen⁹ retis:a fundendo dicta:quia a supiori loco a piscatoribus funditur:ita vt in circũitu se extendens.quicquid piscium intra se deprehendit captat.Dicitur & funda instrumentum quo fundũtur.id est extorquẽtur lapides:quę in balearibus insulis reperta est.
i Humida lina.S. Verriculum intelligit. A.retia ipsa. C. Describit aliud genus retis:quod per aquas trahitur. Lina autem pro retibus posuit:sc; materiã:pro eo quod ex materia fit. Hoc verriculum dicitur ab eo quod est verro id est traho:vt quippe ferant:secum rapidi.verrantq; per auras. k Rigor.SER. duricies.inde rigidus. A.Tum ferri rigor:scilicet inuentus est . Plinius libro.vii.ait. q̃ ferrum Hesiodus in creta eos inuenisse scribit : qui vocati dactili Idei.fabricã ferreã inuenere Cyclope. S.Rigor durities.Festus inquit rigidum prẽter modũ significare frigidum et durũ . CRI .Rigor duricies.Nam cęteris metallis rigidius est ferrum . De quo alibi.Sed ferrũ Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt dactili idei ĩuenisse refert.fabricam ferream inuenere cyclopes:vt placet Pli.Duo igitur dicit inuentũ:fuisse ferrum;et deinde ex eo ferro inuen tam fuisse serram.Serram autem asciam perpendiculum terebrum:& glutinum:& Bithocolliam Dędalum inuenisse auctor est Plinius.Diod.vero scribit huiusmodi inuentum Talo eius ex sorore nepoti attribuit . Nam cum serpentis maxillam inuenisset:illaq; paruum lignum secuisset:eius dentium imitatione : Serram machinatus est secundũ Glaucus: Chius primus ferro glutinum excogitauit. l Argute. AN. Sonore. m Lamina . AN.ea dicitur lata portio ferrei ęris:plumbi:stanni:aurei : argentei. Bracthea vero poti⁹ auri argẽti ve ac orichalci. Est enĩ tenuis & sua sponte plicabilis.Lamina aũt crassior.
n Ferri . SER. Perdix sororis. Dędali filius Circinum et serram inuenisse dicitur. AN. Plini⁹ libro septimo scribit Dędalum fabricam materiam inuenisse:& in ea serram asciam : perpendiculum: glutinum . Normam aũt & libellum & tornũ & caluum:Theodorũ Samium . Ouidius tamen lib. viii.Meth.ostendit perdicem Dędali ex sorore nepotem Cyrcinũ & serrã inuenisse. Traxerat enĩ in exemplum spinas in medio pisce notatas.de quo etiam ibi:vt cui causa necis serra repta fuit. Diod. vero libro quinto scribit q̃ talus adolescens filius sororis Dędali:qui ab eo erudiebatur ingenii acumine inuenit rotam:qua singuli vtuntur . Deinde reperta serpentis maxilla paruulum cũ sensisset lignum:imitãs postea dentium serpentis spissitudinem :serram ferream fabricauit . reperit etiam & tornum.Inuidia motus Dędalus hunc puerum dolo interfecit. o Labor omnia vincit.AN. Hinc etiam Manilius lib.primo ait. Omnia conando docilis solercia vicit.Quantũ autem labor in agricultura valeat.legito exemplum Caii furet . Cerini apud Plinium libro.xviii.ca. vi. C.Labor industria:& exercitatio & experientia diligentissima:quę non fit sine summo labore.vnde dixit improbus:id est inexplebilis:vt sup improb⁹ Ser. An.vt sit sententia.nunq; tantum laboris adhiberi ab hominib⁹ circa rerum inuẽtiones:quin aliquid restet.
p Improbus.SER. Vel magnus:vel nulli probabilis: ANT:Improbus.sęuus:ingens:vltra modum.
q Duris vrgens in rebus egestas.SER.Persius. Magister artis ingeniiq; largitor venter negatas artifex sequi voces.A.Ouidius item libro secundo de arte ait.Ingeniũ mala sępe mouent ꝛc.Manilius item libro primo inquit. Et labor ingenium miseris dedit: & sua quęq; aduigilare sibi iussit fortuna p̃mendo. Diodorus quoq; libro primo ait.Necessitatem ipsam rerum magistrã singulorum periciam ingeniis subministrasse.
r Egestas.AN.indigentia. s Prima ceres ferro. S. Omne genus agriculture hominibus indicauit.Nam q̃uis vl Osyrum vel Triptolemũ aratrum inuenisse dicãt: illa tamen omnẽ agriculturam docuit. Nam ferro dicendo.omnia agriculturę ferramenta expressit. AN. Ouidius quoq; libro quinto Meth.ait.Prima ceres vnco glębã dimouit aratro.Prima dedit fruges alimonia mitia terris.Prima dedit leges:cereris sunt omnia munus.Diodo: autem libro.vi.in principio scribit q̃ siculi tradũt Siciliã cereri & proserpinę sacram esse.has simul deas primũ in Sicilia visas.inq; ea primũ frumentũ terrę bonitate ortũ. In agro autẽ leontino;multisq; preterea Sicilię locis : etiã

tempore ipsi⁹ Diodori (vt inquit) oriebat̄ agreste triticū: Quum autem raptam filiam Proserpinam quęreret: homines qui eam grate susceperant: frumēti vsum edocuit: Hęc eadem leges dedit: quibus iuste pieq; homīes viuere asuescerent: exquo & legiferam dixerunt. plura Diodo. & nos latius ibi. Liber & alma ceres. CRI. Prima Ceres. De hac dea in superioribus dictum est. Sunt qui dicant Cererē antiquissimam fuisse Sicilię reginam: & quoniā frumētū in ea insula primo propter soli fertilitatē natū est: potuit rationem frumenti serendi aliis ostendere. Nam & Diodorus siculus suo tempe frumentū agreste & in agro leontino & in mltis aliis locis nasci scripsit. Ideq; plura alia de Cerere scripsit. Illud vero in primis q etiam plurimas optimasq; leges ad humanā vitam optime instituendam tulit. Vnde Temosphora nomiata est: qbus rebus nihil maius esse potest: cum & viuere & bene viuere sit in illis.

t Sacrę. SER. Etiam sacrę. emphasis est. AN. Sacrę. Si sacrę: q̄nto mag: et alię. Est ergo emphasis id est demonstratio: de q̄ Fabius libro. viii.

v Victum. A. cibum a viuendo dicitur.

x Dodona. S. Est vrbs Epyri iuxta quam nem⁹ est Ioui sacrum: abūdās glandibus. Vnde per excellentiam illi⁹ meminit. A. Dodona: ab excellētia nemoris Dodonam posuit. Dodona ī Epyro Ioui sacra erat. Nā illic templum & oraculū ei fuerat constitutum quod latius aperuim⁹ ęgloga. ix Vtq; Plinius lib. ii. c. vi. docet. in Dodona: Iouis fons erat gelidus: qui immersas faces extinguebat. si tn̄ extinctę ad motę fuissent accendebantur. y Mox. AN. Deinde. z Frumentis labor. A. Labor erat homibus arandi: ferendi: & similiū. Deinde additus est etiam frumētis labor videlicet in syluis. carduoꝝ. ꝛc. g. Labor. calamitas. a Additus. SER. Vel datus: si nihil male ante habuerit. Vel additus. quia ante erat. sed non huiusmodi: b Esset. SER: consumeret: vt. Est mollis flāma medullas. AN. Esset. carperet: absumeret. c Rubigo. SER. Genus est vicii quo culmi pereūt. sed improprie dicit̄. Nā proprie rubigo ē (vt ait Varro) vicium obscenę libidinis: quod vlcus vocatur. A. Rubigo id vicium est: rodens ferrum vel segetes: quasi rodigo: vnde olim robigo dicebat̄. Plinius autem libro. xviii. de vitiis frugū ait: Scelestę frugum. vinearumq; malum: nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima hęc in roscido tractu cōuallibusq;: ac perflatum non habentibus. ediuerso carent ea ventosa et excelsa. Festus autem ait: q rubigalia dies festus: vii. kal. maias. quoniā putabant rubiginem auertere colebāt: & Plini⁹ lib. xviii. inquit qd rubigalia festa numa instituit: q̄ agebantur septimo kaleñ Maias: quoniā tunc segetes rubigo occupat. d Segnis. S. Infœcundus. A. Segnis sterilis & segniciē prębens segeti. e Carduus. A. vide in Bucolicis. CRI. Carduus herba spinosa: quę dipsacos gręce dicitur. id est sitiens: q semper aquam habeat in foliis: Arabice vocatur conca. Carduus syluester (vt refert Plinius) dicitur scolimon: & foliis et caule spinosa: lanuginē fert. Florem purpureū mittit inter medios aculeos.

f Subit. A. Succedit. A g Aspera sylua. SER. Notandū etiā de herbis syluā dictā. Lappęq;. A. Plinius xviii. libro de vitiis frugum ait. Loliū & tribulum & carduū lappamq; non minus q̄ rubum inter frugum morbos. qui inter ipsius terrę pestes numerant̄. De tribulis autem latius Plinius libro. xxi. & xxii. C. Et maior inuenitur et minor lappa. Maior vocatur bardana. Plinius mirabile inquit in lappa q adhęrescit: q in ipsa flos nascitur: nō euidens sed intus occultus: & intra se seminat velut animalia quę in se pariunt. h Nitentia. A. culta splendentia & arata arua, i Infelix loliū. SER. i. fecūdū. cōtra. felicēq; trahit limū. Loliū. A. De hoc late diximus. ęgloga quinta. Steriles auenę. S. Ad distictionē earū q̄ serūtur: k Auenę. AN. De auenis etiā lati⁹ ęgloga quinta. CRI. Auenę. Hęc herba gręce dicit̄ egilops. serpit inter segetes cū foliis tritico similibus: simplicibus quidem: sed hirsutis: cū tenui calamo habenti in summitate semen tribus tegumentis opertū: ex quib⁹ aristę similes capillis extant. Arabice dicitur deuser. Et addit steriles. Nam est etiam frugifera auena. cui⁹ granis iumenta pascuntur. l Quod nisi. AN. PręDictorū epilogum facit. Dixerat enī: Multū adeo rastris ꝛc. Est autem sensus: q q̄uis ab agricola oīa fierent. nisi sequentia q̄ agerentur: frustra pdicta omnia forent. m Terrebis aues. AN. propter illud nihil improbus anser. ꝛc.

Instituit: cum iam glandes atq; arbuta sacrę
Deficerent sylue: & victū dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos
Esset rubigo: segnisq; horreret ī aruis
Carduus: intereūt segetes: subit aspera sylua.
Lappęq; tribuliq;: interq; nitentia culta
Infelix loliū: & steriles dominantur auenę.
Quod nisi & assiduis terrā insectabere rastris:
Et sonitu terrebis aues: & ruris opaci
Falce p̄mes vmbras: votisq; vocaueris imbrē
Heu magnū alterius frustra spectabis aceruū:
Concussaq; famē in syluis solabere quercu.

n Premes. coartabis & inminues A. Exhibes: excindes Premes vmbras: propter illud: aut vmbra nocet.
o Votisq;. Nā: quę nō sunt in nostra potestate: illa deos rogare debemus. At in hoc loco monet esse religiosos.
p Duris. C. quorum corpora laboribus durata sunt.
q Arma. SER. Instrumenta: vt alibi Cerealiaq; arma AN. de quibus late Cato in lib. de re rustica. c. x. & Varro libro. i. c. xxii.
r Vomis. AN. Vomerū plura sunt genera. Culter vocatur prędensam terram secans prius q̄ proscindatur: futurisq; sulcis vestigia pręscribens incissuris: quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare rostratum vti vectis. Tertiū in solo facili: nec toto porrectum dentali. sed exigua cuspide in rostro. latius Plini⁹ libro. xviii. ꝛc. scribit. CRI. Vomis: quod terram vomat.
s Graue robur. propter sulcos altius imprimēdos. AN: id est graue lignū. Est itaq; roborper or: non p ur legēdū: quotiens pro ligno ponitur. Robor enim cuiuis arboris species sit: tamē pro omni lignoponi solet. vti & gramen pro omni herba: q̄uis propria species sit.
t Tarda. A. pro tarde. Eleusinę. S. Eleusin ciuitas est Atticę prouintię: non longe ab Athenis: in qua cum regnaret Celeus: & Cererem filiam quęrentem liberalissime hospitio suscepisset. illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturę. Filium autem eius Triptholemū recens natum: per noctem igne fouit: per diem diuino lacte nutriuit. & eum alatis serpentibus superpositum per totū orbem misit ad vsum frumētorum hominibus indicandū: Ergo hoc dicit: Plaustra volubilia matris Eulusinę: id est

qualia ostendit Ceres apud Eulusin. aut certe q̄libus mater deum colitur. Nam ipsa etiā est Ceres. ANT. Eulusinę matris. Erat Eleusin oppidum Atticę regionis (vt Plinius scribit libro quarto) Ibi autē Eulusinę Cereris templū extabat: vt Strabo docet libro. ix. C. Eleusinę ma. Cereris quę apd̄ Eleusinā vrbem atticę regionis colitur. Vide Seruium. Sed & Diodorus ait Cererem quęritantem filiā: ab Atheniēsib⁹ benigno hospitio fuisse susceptā: ꝓptereaq; illā serere frumētū illos docuisse: eleusināq; ascendere illos: vbi primū hoc mun⁹ tradiderit. x Plaustra. AN. Sunt vehicula: quib⁹ opera deuehuntur: vt frumēta: legumina: lapides: asseres: tignum. Cereris autem Elusina plaustra: Poeta dixit. quoniam (auctore Iustino libro secūdo) sub Erichtheo Athenarum rege frumēti satio apud Euleusina Triptolemo reperta est: vbi & Cereris templum erat vt dixi.

Dicendū & q̄ sint duris agrestibus arma:
Quis sine nec potuere seri: nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primū graue robur aratri:
Tardaq; eleusinę matris voluentia plaustra.
Tribulaq; traheęq;: et iniquo pondere rastri

a Tribula. S. Genus vehiculi: quo teruntur in area fruges maturę. A. Tribula. Varro libro primo: capitulo quīquagesimo secūdo inquit. Tritura fit apud alios iumētis iunctis: & tribulo id fit e tabula lapidib⁹: aut ferro exasperata: quo imposito auriga: aut pondere grandi trahit iumētis iunctis. Aut discutit e spica grana. Aut ex assib⁹ dentatis cum orbiculis. in eo quis sedet: vt agitet quę trahant iumēta. Plinius quoq; lib. xviii. capitulo xliii. scribit. Messis ipa alibi tribul' in area: alibi eq̄rum gressibus exteritur: alibi perticis flagellatur. b Traheęq;. S. Epentesin fecit causa metri: sicut nauita. Trahę autem genus vehiculi: dictum a traahēdo. nam nō habet rotas. AN. Addet. pro eo autem quod est pluraliter trahę: traheę dixit. e littera m addens. c Iniquo pōdere rastri. S. pro iniqui ponderis: id est magni scilicet: vt sine labore rustici glębas possint infringere.



d Virgea preterea celei. S. id est vasa de vimine facta: qualia ceres aliquando mõstrauit: vt quales: corbos &c. Sane hec corbis dicendũ est fœminino genere secundũ Tulliũ qui ait: Messoria se corbe contexit. A. Virgea celei. Varro de his que inuenta dicunt ait. Traha ab eo quod trahitur per terram. Serpia que virgis serpatur: id est colligẽdo implicat: in qua stercus aliud ve quid vehitur. Itaq; poeta virgea proserpia dixisse videtur.
e Celei. AN. Celeus autem (vt scribit Eusebius) Eleusine regnauit: quo tempore TripthOlemus longa naui illuc accessit: distribuitq; frumenta. Ouidius libro quarto Fasto. Triptolemi patrem fuisse dicit. f Supellex. S. Sane supellex vsurpatũ. Nã artis est supellectilis. genitiuus enĩ aut par debet esse nominatiuo: aut maior: vt musa muse: doctor doctoris. Si duabus maiorẽ inuenerimus: contra artem id esse manifestum est: vt anceps. preceps & pauca alia. AN. Supellex. Varro libr. primo. cap. xxii. ait: Instrumentum et supellectilem rusticam oẽm oportet habere scriptam in vrbe & rure dominũ Villicũ contra ea ruri omia certo suo quecq; loco ad villam esse posita.
g Arbutee crates. AN. Pro vehẽdis messib9 aut stercore. Plinius lib. xviii capitulo. xxxix. sic ait. Reliqua opa nocturna maxime vigilia constãt. quales crates festinas texere. faces incidere: rudicas preparare. libro vero. xvi. c. xii. inquit. Cortex e fago. tilia. abiete. picea. in magno vsu agrestium. Vasa corbesq; ac patentiora q̃dam messibus cõuehendis vindemijsq; faciunt atq; pretexta tuguriorum.
h Et mystica vannus iachi. S. id est cribrum areale. Legimus autem & vallus secundũ Varronem: quod id nihilominus significat. Mystica aũt iachi ideo ait: quod liberi patris sacra ad purgationẽ anime pertinebant. & sic homines eis mysteriis purgabant: sicut vannis frumẽta purgantur. Hinc est quod dicit Osyridis membra a Typhone dilaniata: Isis cribro superposuisse. Nam idem est liber pater: in cuius mysteriis vãnus est: quia (vt diximus) animas purgar: Vnde & liber ab eo q̃d liberet dictus est: & quem Orpheus a gygantibus dicit esse discerptũ. C. Vannus enim purgat fruges. Et quoniã sacris Bacchi purabãt animas purgari. iccirco in illis vannum adhibebãt vt huiusmodi purgationẽ significarent. Est enim mysterium: cũ in sacris aliquid fit: non propter illud: sed vt illo aliquid significetur. A. Vannus cribrũ est: quo frumenta & legumina ventilant. vt scribit Marcellus. Hinc dictũ est vannat euannat vannatur: euannat: id est ventilat & ventilatur. Mystica vannus. id est occulta: & sine aperta significatione ipsorum sacrorũ: scilicet que proprie diuinis viris sacerdotibus tantũmodo cognita sunt: in quib9 vanno vtebant mystica & occulta ratione. Nam Bacchi sacra ad purgationẽ anime pertinere aiunt; sicq; eius mysteriis purgari homines: sicuti vãno frumenta. Mysticos autem grece: latine archanum significat.
i Iachi. AN. bacchi. Sed cur iachus vide in sileno.
k Manet. A. expectat: seu tibi futura ẽ. l Diuini. A. fertilis. m Gloria. A. Ille siquidẽ ruris gloriã habet: qui omĩa suo tempe in aruo colendo exercuerit. multoq; ante necessaria sibi parauerit. n In burim. SER. curuaturam. Nam buris est curuamẽtũ aratri: dictũ quasi βοὸς οὐρά q sit in similitudinem caude bouis. A. Bura: vt Nonius scribit dicit pars posterior aratri decuruata Hanc Virgilius burim vocauit. Dicitur autẽ bura quasi bouis vra. s. cauda: in cui9 similitudine formata est.
o Vlmus. A. Plinius li. xvi. scribit q rigorem fortissime seruat vlmus: ob id cardinibus crasametisq; portarũ vtilissima: q̃m minime torquet. Vlmus & fraxinus lente: sed facile panduntur. Flexibiles tamen lenteſq; a circumcisua siccate fideliores.
p A stirpe. A. a radice.
q Pedes. A: Pedis mẽsura est digitorũ. xvi.
r Temo. A. Varro scribit q dictus est a tenendo. Is enim ꝯtinet iugũ & plaustrum. s Bine aures. S. due q̃bus latior sulcus efficiat. A. sic enim sulci latiores fiunt.

Virgea prÆterea celei vilisq; supellex:
Arbutee crates: & mystica vannus Iachi.
Omĩa q̃ multo ante memor prouisa repones
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in syluis magna vi flexa domatur
In burim et curui formã accipit vlmus aratri.
Huic a stirpe pedes temo protẽtus in octo:
Bine aures: duplici aptant dentalia dorso.
Cæditur & tilia ante iugo leuis: altaq; fagus.
Stiuaq;: que currus a tergo torqueat imos.
Et suspensa focis exploret robora fumus.
Possum multa tibi veterũ precepta referre:
Ni refugis: tenuisq; piget cognoscere curas.

t Duplici dorso. S. Aut lato: vt atq; duplex agitat p lũbos spina. Aut re vera duplici cuius vtrunq; eminet lat9. Et fere hmõi sunt oẽs vomeres ĩ italia. A. Duplici dorso. Dẽtale em̃ q̃dratũ fit. ideo duplici dorso ait. v Dentalia. S. Dentale ẽ lignũ ad q̃d inducitur vomer. A. Dẽtale est aratri pars prima: in qua vomer inducit quasi deus. x Tilia. A. In tilia mas & fœmina differũt. Nanq; materies maris dura russiorq; ac nodosa & odoratior. nec semen fert. aut florẽ vt fœmina: materiã teredinẽ nõ sentit. Pli. li. xvi: C. Tilia arbor est: cui9 fructũ aĩal nullũ attingit: cũ folioꝝ & corticis dulcis fit succus. y Iugo. S. ad iugũ. A. Varro scribit Iugũ et iumentũ a iũctu dicta. z Leuis. S. ideo leuis ne boues laborent. a Stiua. S. Manica aratri q̃ vertit Cicero in scauriana: ab ipsa stiua mecũ homies loq̃bant. A. docet Varro: q stiua a stampo dicit Est aũt aratri manicula. dicta quidã manicula q manu bubulci tenetur.
a Currus. S. Currus dixit, ꝑpter morẽ ꝓuintie sue in q̃ aratra hñt rotas q̃bus iuuant. A. Curr9 &c. ait. q̃m (vt Plinius libro. xviii. c. xxxi. scribit) Gallici aratro duas addiderunt rotulas: quod genus vocant planaratrum.
b Suspensa focis exploret. S. Probate enĩ soliditatis sunt ligna. si fumo rimas minime effecerint. Totus autem hic locus de aratro Hesiodi est. AN. Exploret. probet vel siccet: vt Nonius q̃ ait. C. Nos per fumũ exploramus dum siccant ad futurũ an hiscant vl pandant. Hiscere enĩ est aperire. c Possum multa tibi. AN. Oratorie agit: reficit lectoris auditorisq; animũ: ac reparat noua pollicitando: & reddit attentum.

Area tum primū ingenti est equādo cylindro:
Et vertenda manu:& creta solidāda tenaci:
Ne subeant herbe:neu puluere victa fatiscat.
Tum varie illudūt pestes:sepe exiguus mus
Sub terris posuitq; domos:atq; horrea fecit:
Aut oculos capti fodere cubilia talpe.
Inuentusq; cauis buffo:& q̄ plurima terre
Monstra ferūt:populatq; igentē farris acervū
Curculio:atq; inopi metuēs formica senecte.
Contēplator itē quū se nux plurima syluis

d Area. ANT. Area vbi frumenta secta terantur: & arescant area dicit̄:vt Varro scribit. Catho autem caplo xci.sic ait. Aream sic facito. locum vbi facias confodito. postea amurca conspergito bene.finitoq; cōbibat:postea cōminuto bene glebas:deinde coequato & pāniculis verberato. Postea denuo amurca conspergito. Sinitoq; arescat.si ita feceris:neq; formica nocebit:neq; herbe nascentur. Plura etiam dicit in caplo. cxxviii. vbi iubet aream cylindro:aut panniculo coequādam. Varro autem libro primo:caplo quinquagesimoprimo. Aream esse oportet in agro sublimiori loco:quā perflare possit vētus. potissimū rotundā:& medio paulū extumidam: vt si pluerit nō consistat aqua. amurca solent pfundere. ea enī herbarum est inimica: & formicarū & talparū venenum. prope aream facienda vmbracula quo secedant homines tempore meridiano. C. Area ab ariditate dicitur locus coequatus stratusq; & vehementer cōsolidatus: in q̄ rustici triturā faciunt. de qua nūc intelligit poeta. In vrbibus aūt dicimus areas quas greci plateas nominant. Preterea loca illa coequata que edificio occupare volumus areas appellauerunt. in hortis etiam spacia q̄dam sulcis:aut limitib⁹ distincta in quibus olera serimus: areolas nuncupant:
e Tum. AN. Insuper. postea. Tum:id ē postq;. vel vbi area hyscere cepit: f Tum primū ingēti eq̄nda cylindro. Et vertenda manu:& creta solidanda tenaci. S. Hec per hysteron protheron. Nā primū est: vt terra vertat̄. deinde solidet̄ glarea. postmodū equet̄ cylindro. i. lapide tereti:in modū columne:qui a volubilitate nomē accepit. g Cylindro. A. Cylindrus dicit̄ a cylizo: quod est voluo. Est enim lapis teres in modū columne. C. Cylindro. Lapis terrestris est: quem per aream deoluunt. vt locus coequet̄ ac consolidet̄. ab eo quod est κυλίνδω id est. deuoluo. Cylindrus autem ornatus est mulieris. iuuena. Donāt arhana Celindros. h Et. vertēda manu. i. tractanda: et subiicienda. Dixit enī Catho aream sic facito. locū vbi facies confodito. postea cōminuito bñ glebas. Alio etiā loco dixit:confodiatur minute terra ꝛc.
i Creta tenaci. Plinius libro xviii. caplo. xlii scripsit aream ad messem creta preparādā Cathonis sentētia:amurca temperata. Maiore ex parte equant tantū:& fimo bubulo dilutiore illinunt. id satis ad pulueris remedium videtur. CRI. Creta quod nostri fimo bubulo assequunt̄:
k Solidanda. AN. roboranda. integranda.
l Ne subeant. A. succedāt. m Puluere. A:que fit calore & estu. n Fathiscat. A. fathiscere est aperire: vt scribit Nonius. Fatim vero abundāter dicimus. Vnde & affatim.. Neu puluere victa fathiscat. S. Hypallage ē pro ne victa fathiscat in puluerem.
o Varie illudunt pestes. S. Per ludum nocent. A. Illudunt:decipiunt per lusum quendam.
p Exiguus mus. S. Mustela:cui⁹ Cicero meminit in sextiana:& quia hic virg⁹ mētionē viliū animalium fecit. Ideo pmisit. Ni refugis:tenuesq; piget cognoscere curas. A. Mus grece mys dicitur. De muribus autem plurima legito in Plinio libro. viii. Item libro. xviii. & libro. x. Et in Aristotele de animalibus libro. vi.
q Aut oculos capti. S. Hoc est oculis debiles. A. oculos capti. id est orbati oculos. r Talpe. S. mutauit genus: Nam hec talpa dicit̄:sicut & de damis fecit. Vt cum canibus timidi venient ad pocula dame. ANT. Aristoteles libro primo de animalib⁹. talpam oculos omnino habere negat. hi autem semper terram effodiunt:& humū egerunt:& radices subter frugibus comedunt. Plini⁹ quoq; libro. xxx. c. iii. scribit:talpas cecitatis ppetue tenebris dānatas. C. Talpa sub terra degit. Nō dissimilis est a mure. nisi rostrum anserinū haberet. Refert Arestotiles in orcumenio boetie agro mltas eē talpas. at ī lebadico vicino illi nllas: et si aliūde illuc iportant̄ nolle fodere. Plini⁹ aūt (cū multa inuectus sit ī magorꝝ vanitatē. tamē ex eorū verbis refert.) Nullum religionis capatius eē animal: vt si quis cor talpe recens palpitāsq; deuorauerit: diuinationis et rerum efficiendarum euentus promittat. Dente talpe vino exēpto sanari dentium dolores alligato affirmāt. nec quicq; probabilius inuenit q̄ muris aranei morsibus aduersari:quoniam terram orbitis depressā; auersantur.
s Buffo. S. Rana terrestris nimie magnitudis. A. Maxima. C. rubeta.
r Capręęq; sequaces. S. psecutrices: vt: Mallęęq; sequacibus vndis. A. Capręę in plurimas similitudies trãsfigurantur. sunt caprę: sunt rupicaprę. sunt ibices pernicitatis mirandę. Sunt & dammę: multaq; alia haud dissimilia. Hęc Plinius libro. viii.

Frigora nec tantum cano concreta pruina:
Aut grauis incumbēs scopulis arentib⁹ estas:
Quantum illi nocuere greges: duriq; venenū
Dentis: & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliā ob culpā baccho caper omībus aris
Ceditur: et veteres ineunt proscenia ludi.
premiaq; ingentis pagos: et compita circum
Thesidę posuere: atq; inter pocula lęti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
Necnon ausonij: troia gens missa: coloni
Versibus incomptis ludunt: risuq; soluto:
Oraq; corticibus sumūt horrenda cauatis.

s Incumbens scopulis. S. i. etiā saxa calore penetrans. t Admorso. S. participiū est. Ac si diceret abroso: A. Caprarū morsus arbori exitialis ē: oliuam lambēdo q̄ steri lem faciūt: eaq; ex causa Mineruę ī molant. Auctor Pli: li. viii. c. xlvii. v Non aliā ob culpā. S. victimę numinibus: aut p similitudinē: aut p contrarietatē immolātur. Per similitudinē: vt nigrū pecus Plutoni. Per cōtrarietatē vt porca (quę obest frugibus) Cereri: Et caper (q obest vitibus) Libero. Itē capra: Aesculapio: qui est deus salutis: cum capra nunq; sine f. bre sit. v Caper. A. Prima hostia fuisse putatur. Sus secunda. Illa quia rictu semina eruerat: hic quia vitem lęserat. Hinc Ouid. libro. xv. metha. loqntem Pythagoram scribit. Et prima putatur hostia sus meruisse necē: qa semina pādo: eruerit rostro. speciem interceperit anni. Vite caper morsa bacchi mactatus ad aras dicitur: vltoris nocuit sua culpa duobus. Asserit idem varro libro. ii. c. iiii.

x Omnib⁹ aris. S. Omībus non sine causa dixit: Nam cū numinibus cęteris varie p q̄litate regionū sacrificetur: vt veneri Paphię tantum de thure. Vn̄ est: Haud equidē tali me dignor honore. Genitrici vero veneri. i. Romanę: etiam de victimis. libero vbiq; caper īmolat̄. A. Omnibus aris. Nam cum aliis diis pro varia regionū consuetudine vario mō sacrificetur: baccho semp et vbiq; in liberalib⁹ mactat̄ caper. y Et veteres ineunt pscęnia ludi. S. Primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt: ideo veteres ait. A. Spectaculorū origo (teste Cassiodoro) ab grecis tracta est. nā cum agricultores feriatis diebus sacra diuersis numinib⁹ p lucos vicosq; celebrarent. Athenienses primū agreste principiū in vrbanū spectaculū collegerūt. Theatrū greco vocabulo appellantes. Vtq; Diomedes ait: Hircus pręmium cantus pponebat̄. Vn̄ et Horati⁹ in arte inqt: carmie qui tragico vilem certauit obhircum. Inde itaq; Tragœdia dicta est carminis genus. a trago: id ē hirco. Thespis autem gēere Atheniensis primus inuenit tragoediā. Ait eni Horatius in arte. Ignotum tragicę genus inuenisse camœnę Dicitur & plaustris vexisse poemata thespis. C. Et veteres &c. Initiū tragoedię significat: q a rebus diuinis est inchoatum: quibus pro fructib⁹ vota soluentib⁹ opabātur antiqui. Nanq; incensis iam altaribus & admoto hirco: id carmen qd̄ sacer Chorus Libero patri reddebat: tragedia dicebat̄. Hoc est ab hirco vinearū hoste: et a cantu: vt refert Donatus. vel q vter ex eius pelle vini plenus solenne pręmiū cantoribus fuerat: vt in hoc loco ostendit. Virgilius Vel q hirco donabat̄ eius carminis poeta. Veteres ludos dixit. quia vetustissimis tpibus ab Atheniensibus reperti fuerūt. z Ineunt. A. petunt: adeunt.
a Proscęnia. S. Sunt pulpita ante scęnā: in quib⁹ ludicra exercebant̄. C. Proscęnia dicim⁹ vt propylea. Est autē proscęniū pulpetū ante scęnā. Scenarum aūt tria genera sunt. Tragicę: formant̄ columnis & fastigiis & signis regalibus. Comicę ędificiorum priuatorū habent speciem. Satyricę arboribus speluncis & mōtib⁹ ornant̄.

v Ob aliam culpam: q̄ q vitibus noceat. c Pagos. SER. villas quę pagi ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΗΓΟΥ: id est a fontibus circa quos villę consueuerāt condi. Vnde & pagani dicti: quasi ex vno fonte potantes. ANTO. Pagos. i. vicos & cōuēticula rusticorū fm̄ Diomedē: dicti autem pagi a fontib⁹ ΠΗΓΗ eni aqua dicitur Doricę: auctor est Festus. C. Pagos & compita. i. circa cōpita pagorum Nam vetusto tpe Athenienses nōdū intra vrbem coacti: s; p pagos dispersi: constructis aris hos ludos exercebant. d Compita. S. quadruuia. compita appellant̄: eo q multę vię in vnum confluāt. Compita. vnde ludi compitalicii. A. Cōpita sunt triuiarū plateę. vel spacia. e Thesidę. S. Athenięses: qui prim ludos constituere liberales. A. Thesidę. Theseus eni (vt Eusebius scribit) Athenięses prius p regionem dispersos: in vnaz ciuitatē congregauit. f Posuere. A. sc; caprū: vt his esset premium. g Mollibus in pratis. S. vnctos. vel oleo vel lixiuio. In pratis aūt ideo ne lederentur cadentes. h Saliere. S. secundū artem dixit. Nam antiqui Salio saliui dicebant: nūc et salui. vn̄ dicit Cicero in Miloniana: cū hic de rheda reiecta penula desiluisset. Sic etiam ab eo quod est: cano nō cecini: sed canui dicebant. Vn̄ Salustius. Cornua occanuerunt. i Vtres. S. fiebant ad insultationē etiam mortuorū corporū: ne quid ex eis esset: qd̄ nō sentiret iniuriā. A. Vtres Icaro patri Erigones: liber pater vinū & vitem et vuam tradidit: qui cum seuisset vitem ipam. & hircus in vineā se coniecisset: & q̄ ibi tenerrima folia videret decerpsisset: ex pelle eius vtrem fecit: & vento plenū perligauit: & in medium mare proiecit: suosq; sodales circa eum saltare coegit. auctor est Hyginius. k Necnō ausonii Troia gens. S. id est etiā Romani hos ludos celebrant & canūt. A. Necnō ausonii &c. Prędictos atticorū ritus (vt Cassiodorus & Probus scribūt) Romani sicut & cętera externa ad suā rem traxerunt. Ausonii aūt Italię populi pometio agro vicini Cāpaniā tenebāt: & cum mare siculū: ne semel quidē incoluerint. Siculū tn̄ pelagus Ausoniū appellat̄: auctor est Strabo. li. v. Fest⁹ vero sic. Ausoniū appellauit. Auson Vlissis & Calipsus filius: eam primā Italię partē: in q̄ sunt vrbes: beneuentū & Cales: deinde paulatim tota q̄; italia quę apoennino finit̄ dicta est Ausonia ab eodē duce: a quo vrbem etiaz Aruncā conditā ferunt. l Versibus incoptis ludunt: S. i. carmibus saturnino metro cōpositis: qd̄ ad rhythmū solū vulgares cōponere consueuerūt. Horati⁹. Libertasq; recurrentes accepta p ānos lusit amabiliter. m Risuq; soluto. S. cachinno. n Oraq; &c. S. quia necesse erat p ratione sacrorū aliqua ludicra et turpia fieri: quib⁹ posset populo risus moueri: qui ea exercebant pter verecundię remediū adhibuerunt: vt psonas factas de arborū corticibus sumerēt: ne agnoscerent̄. A. Oraq;. pro personis posuit: vt Macro. etiam li. vi. ait. o Cauatis. C. Cōcauis & in formā psonarū recuruatis. p Et te bacche vocant. S. hymnos in tuam laudem canunt.

Et te bacche vocant p̄ carmina leta: tibiq;
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea foetu:
Complentur vallesq; caue: saltusq; ꝓfundi.
Et quocunq; deus circum caput egit honestū.
Ergo rite suum baccho dicemus honorem
Carminib⁹ patrijs: lancesq; & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.

q Per carmina leta: AN. per hymnos. r Tibiq; oscilla. SER. Mollia pensilia: vt pilentis matres in mollibus: Oscillorum aūt varie sunt opiniones. Nam alii hanc asserunt fabulā. Icarus Atheniensis pater Erigones: cum acceptum a libero patre vinū mortalibus indicaret: occisus ē a rusticis: qui cum plus equo potassent: & inebriati venenum se accepisse crediderant. Huius canis reuersus est ad Erigonē filiam: que cū eius comitata vestigia puenisset ad patris cadauer: laqueo vitā finiuit. Hec deorū voluntate inter astra relata ē: quā virginē vocant. Canis ille est inter sydera collocatus: Sed post aliq̄ntū tēpus: Atheniensib⁹ morbus īmissus est tal': vt eorum virgines quodā furore ad laqueū pellerent̄. Rn̄ditq; oraculū: sedari posse illam pestilentiā: si Erigones: & Icari cadauera requirent̄: q̄ cū diu quesita nusq; inuenirent̄: ad ostendendū deuotionem suā: Athenienses: vt etiā in alieno ea q̄rere viderent̄ elemento: suspēderūt de arboribus funem: ad quē se tenentes homines: hac atq; illac agitabantur. Vt etiā quasi in aere illorum cadauera q̄rere viderentur: sed cum inde pleriq; caderent: inuentum est vt formas vl' personas ad sui similitudinē facerent: vt eas pro se suspenderent: & mouerēt: vnde & oscilla dicta sunt: ab eo ꝙ in his cillantur: id est mouerentur ora. Nam cillere est mouere. Vnde & furcille dicte sunt: quibus frumenta cillentur. Alii dicunt oscilla esse membra virilia de floribus facta: que suspendebātur per intercolumnia: ita vt in ea hoīes acceptis clausis personis impingerent̄: & ea ore cillerent: id est mouerent: ad risum populo cōmouendū. Et hoc in Orpheo lectū est. Prudentioribus tn̄ aliud placet: qui dicunt sacra liberi patris ad purgationē anime ptinere: omnis aūt purgatio: aut p aq̄s: aut p ignē fit: aut p aerem. sicut in sexto ait. alie pandunt̄ inanes suspensi ad ventos: aliis sub gurgite vasto infectū eluitur scelus. aut exurit̄ igni. vt nunc p oscilla genus purgatiōis q̄d maximū ē intelligam⁹. Nā primū aq̄: secundū ignis: tertiū aeris. AN. Oscilla. Higynius sic ait: Cū in finib⁹ Atheniensiū multe virgines sine cā suspendio sibi mortē cōsciscerent: q̄d Erigone moriens erat precata: vt eodē laeto filie Atheniēsiū afficerent̄: quo ipsa foret obitura: nisi icari mortē psecuti: & eū forent vlti. Itaq; cū id euenisset: petentib⁹ eis Apollo dedit respōsum: si vellent euentu liberari. Erigoni satisfacerent: qui ꝙ ea se suspenderat: instituerūt: vti tabula interposita pendēte: funib⁹ se iactarent: vtq; pendētes vēto mouerent̄. q̄d sacrificiū solenne instituerūt: itaq; & priuatim & publice faciebant. Probus aūt scribit oscillorū ritū in Italia ab Atticis q̄z sumptū esse: q ritus celebrat̄ feriis sementinis. Dicte vero ferie sementine (auctore Varrone) a semente. Refert aūt probus eadē pene q̄ & Higinius de oscillis. Sic breuiter cōplecte fabulā: Mortu⁹ fuerat Icar⁹ bacchi munere: Inde Erigone filia se suspēderat: Inde etiā Atheniensiū virgines ob Erigones imp̄cationē. sed habito respōso: Postea (vt dictū ē) oscillorū sacra instituta sūt. Poeta dicit Baccho illa fieri solita vt placaret̄: scilicz ac si eiusdē irato numie suspēdia virgies exercuissent: hac rōne baccho oscillorū sacra potissimū tributa existimo: cum ꝓpter Icarū et Erigonē fuerint īstituta ad tollēda virginū suspendia. CRI. Oscilla hec a Seruio exponuntur. Cetum Herodotus scribit egyptios similia grecis sacro baccho facere: in quib⁹ ml'ieres cubitales statuas q̄s phallos vocant circūferunt. he penem maiorē reliquo corpe hn̄t: illumq; solū mouēt. Alie aūt mulieres phallos sequūtur Dionysiū canētes. Et Varro (teste Augustino) liberū esse dictū vult a liberamēto: q̄d mares in coeūdo p ei⁹ bn̄ficium emissis seminib⁹ liberent̄. Hoc idē in foeminis agere liberā quā venerē putant. Et ob hoc libero mēbri virilis: libere ml'iebris formā in templis ponebāt. ob eandē rem mulieres aiūt tributas libero: & vinū ꝓpter libidinem concitandā. Sicq; bacchanalia cōcitant̄. Colebant ergo (auctore eodē Augustino) in eius sacris virilia: Et per dies festos hoc membrū postellis positū primū rure in compitis. et vsq; in vrbē postea vectabāt. In oppido vero Lauino: vini libero tot⁹ mēsis tribuebat̄: cui⁹ diebus flagitiosis verb vtebant̄: donec illud mēbrū per forū trāsuectū suo in loco quiesceret: cui honestissima materfamilias īponebat. hec habui q̄ de huiuscemōi sacris referrē. Oscilla etiā ab ore diminutiuū esse videtur. Naz Columella. Oscilla lupinorum dixit.

s Mollia: ANTO. id est pensilia: vt apud Marcialem: Nec triuie templo molles laudentur honores: id est pensiles. Nā summa miracula inq̄t Plini⁹. li. xxxvi. c. xii. erāt ibi epistilia tante molis attolli potuisse: nec de re alia intelligendum est. Fit enī comparatio ad Amphitheatrū: ab edificio: non a statuis vel aliis.
t Hinc. S. id est post hec sacra celebrata. A. Hinc post bacchi sacra. C. Hinc. ab istis sacris: & hortatur ad religionē: quando tantū ex sacris proueniat commodum.
v Largo. S. abundanti & fertili. x Pubescit. A. A. germinat: crescit: floret. y Foetu: C. Quicquid concipitur: foetus appellat̄: siue ab animatis: siue ab inaīatis proueniat. Vn̄ & foeminas & arbores q̄ ꝯceperint: foetas dicimus. Hinc foetura est. Hinc etiam foenus quod pecunie foetus sit. z Et quocunq; deus circū caput. C. Ostendit quid nobis ꝓueniat ex p̄sentia numinis: cum quicq̄d circumspexerit: foetus vberes producat. Et tacite admonet: non minorē circa sacra q̄ circa culturā agrorū habendam esse diligentiam.
a Honestum. AN. pulchrum. b Ergo rite suū baccho dicemus honorem. SER. Iuste igitur liberi sacra celebrabimus. c Carminibus patriis. SER. id est Romana lingua. Pleraq; enim sacra pro gentiū qualitate: pleraq; secundū suū ritum colunt̄: Nam hymni Libero: apud grecos greca. apud latinos latina voce dicuntur. Hymni vero matris deū: vbiq; ꝓpriā. i. grecam linguā requirūt. A. Carmib⁹ patriis. i. latina lingua. Nā apud grecos etiā greca lingua hymni Libero dicebant̄. d Lancesq;. A. sacrificandi vascula. e Liba. AN. de his egloga. vii. legito. f Ductus cornu stabit. SER. Stabit: id est placebit. Tunc enim est aptum sacrificium cum animal dedicatum victime patiens inuenit̄. Vn̄ alibi sic ait. Et statuā ante aras aurata fronte iuuencū. i. placere faciam. Cōtra: Lucanus. Discussa taurus ab aura. Nam improbant aruspices hostiā que admota altaribus reluctat̄. AN. Stabit: id est nō fugiet. per quod aptū sacrificiū notant.
g Sacer. S. execrabilis: vt auri sacra fames. L v

h Pinguiaq̄. C. Nā pingues decet esse hostias q̄ sacrificant. i Verubus colurnis. S. i. de Corylo factis: & hoc propterea: quia sicut caper est inimicus vitibus: qui libero immolat. ita etiam eis nocent Coryli Unde & supra ait. Ne ve inter vites Corylum sere.

pinguiaq̄ in verub⁹ torrebim⁹ exta colurnis.

ANTO. Verubus colurnis. in passillis. Verubus autem ait: quoniam quedā exta in olla. quedam in veru coquebantur. Unde ait Varro. Hęc sunt quorum in sacrificiis exta in olla non in veru coquuntur.



Est etiam ille labor curādis vitibus alter
Cui nunq̄ exhausti satis est: nāq̄ om̄e q̄tānis
Terq̄ quaterq̄ solū scindendū: glebaq̄ versis
Aeternū frangenda bidentibus: om̄e leuandū
Frōde nemus: redit agricolis labor act⁹ in orbē:
Atq̄ in se sua per vestigia voluitur annus.
Ac iam olim seras posuit quū vinea frondes:

k Est etiā ille labor. S. Iam se paulatim tēdit ad vitiū vituperationē: dicēs: Et infinitū esse earū laborem: vt cui nunq̄ exhausti satis est. & incertū fructū. vt. Et iam maturis metuend⁹ Iuppiter vuis: Et q̄ ipm etiā fructū pniciosū. vt: Bacch⁹ et ad culpā causas dedit. l Exhausti. S. exhaustiōis: finitionis: qd q̄ asperū visū ē se ad figurā transtulit: dicens exhausti: vt: Seruātissim⁹ equi. p equitatis. A. Satis exhausti. Sufficiens finis vel pfectio: vt q̄ bella exhausta canebat. i. finita et perfecta. m Omne solū. S. s. vites. n Terq̄ q̄terq̄. A. Pli. li. xvii. c. xxii. scribit. Satis est vineam ter anno confodi: ab equinoctio verno: ad vergiliarū exortū: & canis ortū: & increscēte acino. Quidā ita determināt: veterē semel a vindemia an brumā: cū alii ablaqueare et stercorare satis putēt. Iterū ab idibus April' anteq̄ concipiat. hoc in sexto Id⁹ maii. Deinde priusq̄ florere incipiat. & quū defloruerit: & variante se vua. Peritiores affirmāt: si iusto sępi⁹ fodiaē: intātū tenerescere acinos: vt rūpanē que fodiunē: ante feruentes horas diei fodiendas cōuenit. o Versis. C. Nā capitib⁹ bidentium & marrarū assiduo fiant glebas. i. in minutissima tritula terendo frangūt: ex quo humescit soli supficies & refrigescit: frigefactaq̄: vitē opaco frigore contra caloris vim munitam reddit. p Aeternū. S. Absolute locutus est.

A. Aeternū. semp frāgenda gleba: id occare appellant ab occidēdo: q̄ grandes terrę cędit globos. vt Fęstus ait. q Omne nem⁹. S. dicit et arborum et vitiū. vñ paulo post dicturus est: bis vitibus ingruit vmbra. A. Om̄e nemus. vitiū scilicet. C. Nemus. i. opacitatem pampinorū: q̄ spēm nemoris prębet. Est igitur in terlucāda vitis: vt sol ad vuas maturādas facilius penetret.

r Leuandū. S. releuandū: spoliādū. s Redit agricolis la: act. in orbē. S. i' in anni circuitu labor seinuicē sequit rusticorū. A. Labor actus. i. in ipa hītus et effect⁹. C. Redit ag. &c. Sentētia ē. Toto anno laborat circa vites: Quo quidē finito: redit labor redeuntis anni. t Sua p vestigia. C. Nam ita p duodecim zodiaci signa circūuagatur sol a quo ānus est: vt nusq̄ ex suo trito cursu discedat. v Annus A. Solis annū: non solū a Kalendis Ianuariis vsq̄ ad easdem vocamus. sed etiā a sequenti post kalendas die. vsq̄ ad eundē diē: & a quocūq̄ cuiuslibet mensis die vsq̄ in diem eundē: reditus annus vocat. Macrobius auctor libro ii. de somno. Et li. primo sat. inquit Q. Athenis. Capito ānū a circuitu tempis putat dictū: quia veteres am p circū ponere solebāt. x Olim. S. qñ q̄. significat aūt finale tēpus autūni. y Seras fron. S. sero cadentes: tarde enim spolianē vites frondibus.

Frigidus[z] & syluis aquilo decussit honorem[a]:
Iam tum acer[b] curas[c] venientē extēdit in annū
Rusticus: &[d] curuo Saturni dente relictam
prosequit̄[e] vitem attondēs: fingitq;[f] putando[g].
primus humū[h] fodito: prim⁹ deuecta cremato
Sarmenta[i]: & vallos[k] primus subtecta referto:
postremus metito[l]. bis vitib⁹[m] ingruit vmbra:
Bis segetem[n] densis[o] obducent sentibus herbę.
Durus[p] vterq; labor: laudato[q] ingentia rura:
Exiguum colito: necnon etiam aspera rusci[r]
Vimina: per syluā: & ripis fluuialis arundo

z Frigidus & syluis &c. S. Varronis hic versus est. a Honorē. A. nam (vt aiunt) turpis sine frōdib⁹ arbor: & sine crine caput. b Acer rustic⁹. S. nō qlibet: sȝ acer & diligens. c Curas venien. exten. S qsi in tp̄e alieno p̄meditat̄ futurū laborē. d Curuo saturni dēte. S. i. falce q̄ est in eius tutela. Nam saturn⁹ dr̄ patri coelio falce virilia amputasse: q̄ in mari cadētia: Venerē creauerūt: qd iō fingitur: quia nisi humor de cœlo in terras descenderet: nihil crearet. Alii saturnū deū esse tēporū dicūt: q̄ sicut falx in se recurrūt. Alii ꝓo dicunt saturnū in ꝓgressu nihil nocere: cū retrogradus ē eē piculosum. Ideo ꝙ eū hr̄e falcem ī tutela: qd et ipsa ꝓtenta nihil valet. retro vero acta quicquid ei occurrit secat. A. Curuo dēte. falcē saturno putāt attributā: ꝙ tēp⁹ omnia metat. exercet. & incidat. Nā idē Chronos est. i. tēp⁹. auctor Macro. lib. i. satur. Falcis aūt vinatorię figuraa Columella li. v. c. xx. ample. CRI. Curuo dente. falcē putatoriā intelligit: quā inuenisse Saturnū ferunt. Vñ ei⁹ simulacrū illa insignit̄. e Prosequit̄ vitē relictā. S. a se pauloante desertā. q. d. Continuat laborem anni inseqūtis i vite: cui⁹ p̄teriti cultura reliq̄rat. f Fingit. S. cōponit. Vt fingitq; p̄medo. C. Componit: & i debitā formā reducit: supuacanea āputando. g Putādo. A. Theophrast⁹ li. iii. de causis plantaꝝ ait: ꝙ qñ bñ vitis putat̄: & germē & fructū meli⁹ affert: & viuere diutius pōt. Tēpus aūt amputandi alii locis tantūmō diuidūt. alii genera etiā tangūt. Iubēt mature illas recidere: q̄ solo sicco et calido cū primū sua demittere folia cessauere: q̄ in frigido: atq; pluuio positę sunt. has pauloante germinationē: quippe q̄ in solo sunt sitiente: humorē suū seruantes: ipse meliorescūt: et fructū vini suauioris ꝓgenerāt. Quę vero in frigido emisso humore: nec ipso deteriores quicq; reddunt̄: & fruct⁹ fit incorruptior. Mediū aūt ac temperatū obtinētib⁹ agrū: mediū tempus statuit̄. Pli. vero li. xvii. c. xxi. docet: quo maturius putant̄ aptis dieb⁹: eo plus materię fundunt: quo serius: eo fructū uberiorē: quare macras prius conuenit putare: validas nouissime. plagā oēm obliquā fieri: vt facile decidant imbres. Recidi aūt semp inter duas gēmas: ne sit vulnus oculis in recisa pte. Si macra vitis: ydoneos palmites nō habeat: ad terrā recidi eam: nouosq; elici vtilissimum. h Primus humū fodito. S. id est ad laborē primū te esse cōuenit. Vltimū ad fructus legendū: Vinū enim factū de vuis immaturis: cito acescit. Et in hoc loco est vitium vituperatio: quarū fructus aut immaturi collecti depereunt: aut si earū fuit expectata maturitas: nihilominus pereunt. Nam dicturus est: etiam maturis metuendus Iuppiter vuis. i Sarmēta. A. Sarpa vinea putata i. purefacta. Vñ & virgulę abscisę sarmenta dicunt̄. Sarpere enī antiqui ꝓ purgare ponebāt. Festus auctor. C. Sarmēta. omia q̄ supflua ex arborib⁹ amputam⁹ sarmēta dicunt̄. k Vallos. S. i. vitiū sustentacula q̄ in nōnullis locis subtecta portant̄: ne imbrib⁹ cito depereant. A. Vallos. i. palos. C. Vallos in masculino genere palos dicim⁹. His enī sustētant̄ vites: & alio vocabulo dicūtur pedamenta: l Metito. S. Vindemiato AN. fructus summito. m Bis vitib⁹. S. Ingruit vmbra. s. ipsi⁹ vitis et arboris q̄ amputāda est: vt dēptis foliis sol admittatur. q̄ p̄it vuę maturescere. A. Bis vitib⁹ ingruit. i. supuenit. Bis aūt ait: qm̄ post primā pampinationē iterum crescunt pampini: & q̄ntitate: et nūero. Vñ Pli. li. xvii. c. xxi. ait. Pampina verna in ꝯfesso ē ab Idib⁹ maiis inter dies decem vtiq; antēq; florere incipiat: de seq̄nte variant̄ sententię. Cum defloruerit aliq pampinādū ꝓtutāt. alii sub ipsa maturitate. His igit̄ patet nō ꝯuenire illd: Bis vitibus ingruit vmbra s. ipsius vitis & arboris. n Bis segetē &c. S. Semel autūnali: & semel verna li tp̄e. A. Bis segetē. Post primā inqt purgatiōem iterū opus est purgare: ac ꝙ euellere herbas: nec ꝓcedere pt bis. id est autūno & vere: quia hyemis initio vt plurimū seritur aut autūni fine.

o Densis sentib⁹. AN. id est propter carduos & tribulos ac lappas. Vnde Virgilius in libro primo inquit: Vt mala culmos esset rubigo: segnisq; horreret in aruis Carduus. intereunt segetes: subit aspera sylua: lappęq; tribuliq; &c. p Dur⁹ vterq; labor. S. & euellēdarū herbarū. et secandarū frōdiū. A. Vterq; labor. Vitium & segetū purgatio.

q Laudato ingentia rura exiguum colito. SER. Hoc etiam Catō in libris dicit ad filium de agricultura: quod ideo dictū est. Vel quia maiores: agros incultos rura dicebāt. i. syluas & pascua. Agrū vero dicebāt eū qui colitur: vt intelligam⁹: Laudato īgētes syluas colito agrū minorē: Vel qd meli⁹. qa ait ī prio. Alternis idē tōsas cessare nouales. Et segnē patiere situ durescere cāpū: qd fiere non pōt nisi fuerint spacia maiora terrarū. Nam & Cato (vt dixim⁹) & Cicero in œconomicos: ob hoc laudāt prędia latifunda. Vel qa vt Donat⁹ dicit: etiā nō culta p̄stant aliquid dominis. AN. Exiguū colito. Modū agri inprimis seruandū antiq putauere. quippe ita censebāt. Satius esse min⁹ serere: meli⁹ arare. q̄ in sētentia & Virgiliū fuisse videto. ait Pli. li. xviii. Colū. etiā refert li. v. c. iii. Proridiū quēdam duas filias & vineis cōsitū habuisse fundū: cui⁹ tertiā partē nubenti maiori filię dedisse in dotē: ac nihilominus ęq̄ magnos fruct⁹ ex duabus ptibus eiusdem fundi ꝑcipe solitū. Minorē filiā: deinde nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri: nec sic ex pristino redditu detraxisse. & cetera. In vltimo Valerii habetur de Rustico laudato a Phebo: qui nunq; exiuerat agellum suum: sed frequentibus exercitiis colebat.

r Rusci. SER. Ruscū virgultū est. vnde vites ligātur. et cōmēorat labores: q̄ licet circa alia: tñ ꝓ vitib⁹ exercent̄. A. Ruscū herba est sponte nascens: q̄ in cibis vtunt̄ plereq; gentes Plini⁹ li. xxi. c. xxviii. Maro tñ fruticis genus esse ostendere videtur: eo demū vites ligabant̄. C. Rusci: qui sentes alio nomie appellantur. nascunt̄ vbiq; in agris & sepibus. Est aūt ad vituperationē vitiū: ꝙ non solū ipse maxio studio colendę sunt. Sed & multi frutices propter vites colunt̄.

Cęditur:inculticq; exercet cura salicti.
Iam vinctę vites:iam falcē arbusta reponent:
Iam canit effoetos extremus vinitor antes:
Sollicitanda tamē tellus: puluisq; mouēdus:
Et iam maturis metuendus iuppiter vuis.
Contra non ulla est oleis cultura: necq; illę
procuruā expectant falcem:rastrosq; tenaces:
Quum semel hęserunt aruis:aurasq; tulerūt:
Ipsa satis tellus cum dentē recluditur vnco
Sufficit humorē:& grauidas quū vomere fru= ges.
Hoc pīguē & placidā paci nutritor oliuā.
poma quoq; vt primū trūcos censere valētes:

s Inculticq; exercet cura salicti. SER. Quasi cū indigna tione:aut causa vitiū.cura etiam nos sponte nascentium rerum fatigat. AN. Inculti salicti.. Hoc ideo:quia (vt Pli. libro.xvi.ca. lii.ait de salice) nullius quippe tutior reddi tus minorisue impendii:aut tempestatum securior.
s Exercet. A. agricolam scilicet.
t Iam falcem arbusta reponent. S.i.iam putatę sunt:nec falcem requirūt. v Arbusta. A. Arbores vitibus ma ritatę:de quibus ęgloga.ii.latius. Et Plinius libro xxvii: cap.xxii.ait. Nobilia vina nōnisi in arbustis gigni: & in hisq; laudatoria summis:sicut vberiora imis:adeo excel sitate proficitur: x Iam canit effoetos. S. Melius est effoetus legere q̄ effectos: vt quidā volunt. A. Quidā an tiqui textus habent effectos.quidā vero effoetus. Canit. laudat canendo. Effoetus: lassus: fatigatus:languidus.
y Vinitor. AN. vineę cu stos & fossor.
z Antes. S. Antes alii extremos vinearū ordies accipiunt. Alii macerias quibus vineta claudunt: quę macerię fiūt de assis id est de siccis lapidibus. vn̄ & assę tybię dicūtur: quibus canitur sine chori voce. Dicunt aūt antes a lapidibus eminētioribus q interponunt ad maceriem sustentādam: nā pro prie antes sunt eminētes lapides:vel columnę vlti mę:quibus fabrica susti net: & antes appellarūt: απο του αντισηκειν ad q; ethimologiā etiā extre mos ordines vinearum possumus trahere:q ante stant: Hoc autē dicit:iam canit rusticus labore fini to:tamen deesse nō pōt: quin circa culturā vitium exercere adhuc debeat.
AN. Antes dicunt extre mi ordines vinearum: vt fest9 ait: Antię ꝓo mulie bres capilli demissi i fron tem. a Puluisq; mo uēd9. S. Genus ipsum culturę pulueratio vocatur:quo im minutę glebę vitibus applicatur. A. Puluis. Plinius lib. xvii.c.xxi.scribit fossione puluerem excitatum: contra so lem nebulasq; viuis prodesse. Theophrastus li.tertio cau sarum docet:q pulueris exercitationem primis tempori bus cum nigrescere vuę incipiunt facere debemus. dam nari autem quousq; ad maturitatem perueniant. CRI. Puluisq; mouendus. Quod dixerat paulo supra.glębaq; versis Aeternū frangenda bidentibus.
b Maturis metuendus Iuppiter vuis. SER. Aer mo re suo:cuius varietas laborem:plerunq; decipit rusticorū. et tacide videtur admonere:quod in primo aperte dixit. In primis venerare deos:sacrificiis tempestates eē pellen das. c Inppiter. A. Aer.pluuia.qua nimia marcescūt vuę. d Vuis. C. Vua dicitur quasi vuida. Differt aūt vuidum ab humido. Vuidum enim internum habet hu morem:vt poma. Humidum vero externum: vt dicim9 tabulam humidam. e Non vlla. S.i.nulla. Alii nonnulla legunt: id est aliqua:non vt in vitibus nimias necq; procuruā expectant falcem vt putentur:quod tamē ad curam anniuersariā refert.naq; necesse est:licet tarde pu tari ANT. Non vlla.id est nulla: Nec aliquo pacto legen dum est:nonnulla:id est aliqua. Nam ipsemet poeta di cit oleas:vbi excreuerant non expectare. falcem:nec ligo-

nes. Nam satis humores recipiūt. Vel quum vinea effun ditur. Vel cum aratur ager ad segetes. Nō ergo Virgilius id quod nunc ait de primis annis intelligit: sed vbi exer cuerint:vt dixi. Nam in primis ānis adhibenda est cura: Vnde Cato capitulo.xliii.sic ait. Si voles vinea cito cre scat: & olea quam seueris:semel in mense: sarrito sulcos: et circūcapita oleagina:quot mensibus donec trimę erūt: fodito quoq; eodem modo ceteras arbores procurato. et capitulo.xliiii.ait. Oliuetum diebusquindecim ante ęqui noctium vernum incipito putare:ex eo die dies quadra gintaquinq; recte putabis &c. Columella libro quarto:ca pitulo.xvii.inquit. Si in olea vnus ramus.aliquādo cęte ris largitior est:nisi eū resciderls arbor tota fiet retorrida: Et Plinius libro.xvii.capitulo.xvii.scribit: q si quis quę rat quod tempus olęę serendę sit: Agro sicco per sementē: agro laeto p ver. Oliuetū dieb9 q̄ndecim &c. vt pau lo ante. Stirpes leues fact to certum oleas:aut au tumno ablaqueato: & stercus adiicito:radices si rursum abibunt crassio res fient: & in eo radices vires olęę abibunt. Ve tus oliuetum ab ęquino ctio verno intra vergilia rum exortū interradi al ternis annis melius inuē tum.circūfodi autē om nib9 annis a solstitio duū cubitorum scrobe pedali altitudine:stercorari tertio anno. His igit patet etiā vbi excreuerint oliuas re quirere aliquam culturā. Poeta tamē nec falce nec rastris vbi exercuerint in digere ait:quod absurdū non est. Vidi enim oliue ta omnino pene neglecta nihilominus baccis refe cta.

f Expectant: AN. anno quoq; videlicet sicut vitis:
g Rastros: SER. ad fodiendum scilicet. Negligentiam autem ferūt olęę cum iam ceperint esse valentiores. nam adhuc paruę nimiam curam referunt.
h Tenaces: ANT. superius ait. Et duros iactare biden tes. i Aurasq; tulerūt. SER. ferre auras proprie est as suescere aeris varietati:quę obest rebus teneris. CRI. Au rasq; tulerunt.id est passę sunt.aerem scilicet & frigus: & calorem:ita vt iam assueuerunt.
k Ipsa satis tellus. SER. hoc dicit aratum oliuetum & oleis prodest. & exinde frumenta gignuntur.
l Dente vnco. A. ligone vel rastris. m Sufficit hu morem. S. scilicet cū ministrat arboribus.
n Grauidas cum vomere fruges. S. Cum abundat. Nā hoc dicit subministrat fruges vomere:id est per vomerē: Ennius. Effundit voces proprio cū pectore sancto. id est proprio pectore:nā cū vacat. Vrbanus tamen sic accipit: Grauidas cum vomere:id est statim post arationem. AN. Cum vomere. Ordo est: & cum tellus recluditur vo mere sufficit:id est subministrat fruges grauidas.
o Hoc. S. hac re. p Nutritor. S. pro nutri:posuit im peratiui passiui futurum pro pręsenti actiui. A. Nutritor nutritor & nutricator pro nutrit & nutricat olim dixere: vt probat Nonius. q Pomaq;. A. Ostendit poma ria fieri debere:cum nulla fere cura indigeant.

r Et vires habuere suas: SER. Quia tenera virgulta solent religari validioribus fustib⁹. sicut supra ait de vitibus. Vitib⁹ enim ti quarũ & contemnere ventos. A. Vires suas. dũ enĩ nouellę sunt arbores sudib⁹ ligari solent.
s Nec min⁹ interea. A. Dum nr̃a ope nõ idiget: nec minus quasi nr̃a ope indigeret eacꝫ frueretur.
t Fœtu nem⁹ oẽ grauescit. S. Fœtu vtilitate. Nã omnis fœtus vtilitas est. Illuc autẽ tendit laus ista syluarũ. vt et ꝓbet nõ mirum esse si & poma et oliuę sine cultura ꝓbeanť. et crescat vituperatio vitiũ: in quas tantus impẽdiť labor. A. Oĩe nemus fœtu grauescit: omnia amoena sylua ꝓducit: Vt castaneas: corylos: nuces: mala: cerasia & huiusmõi.
v Sanguineiscꝫ baccis. S. accipimus poma syluestria. A. Sanguineis baccis: vt arbutis. cornis & similibus. C. Sanguineis bac. nam frutices quędam sunt quas virgas sanguineas nuncupant. x Inculta auiaria. S. secreta nemora q̃ aues freq̃ntant. A. Incultę siluę. auiũ statiões.

Et vires habuere suas: ad sydera raptim
Vi propria nituntur: opiscꝫ haud indiga nr̃ę:
Nec minus interea fœtu nem⁹ oĩe grauescit:
Sanguineiscꝫ inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cythisi: thędas sylua alta ministrat:
pascunturqꝫ ignes nocturni: et lumĩa fundũt:
Et dubitant homĩes serere: atcꝫ ĩpendere curã.

y Tondenť cythisi. S. Virgulta a Cytho insula vbi abundãt nominata. A. Tondentur. i. metunť ꝑ animalib⁹. De cythiso aũt et frutice lati⁹ videto in Tityro. Plini⁹ preterea li. xiii. ait: cꝫ nec aliud minoris impendii est. CRI. Tondenť cythisi. Nã (vt dixim⁹) sexies: aut ad minus quater in anno metunt cythisum.
z Thędas A. faces. nam thęda arbor est resinã ferens: flammis ac lumine sacrorũ etiam grata. Pli. libro. xvi. z Pascũturqꝫ. SER. scꝫ a thędis ꝓpter resinã: C. Pascunťcꝫ ignes. Aegyptii ignen animal putauere: & tã diu viuere: cꝫ diu illi alimentũ suppetit: a Et dubitãt. A. cum nulla fere cura sit opus. C. Et dubitant. Optima interrogatio: & quę magnã habet efficaciã: cũ re iam ita exagregata infertur: ut aliter cꝫ volum⁹ aduersari⁹ respondere nõ possit. b Serere. A. videlicꝫ q̃ in nemore & auiariis sine aliq̃ cura fœtus ꝓducũt. Itẽ serere cythisum & thędas: cũ: sine labore: sine cura: sine impẽdio multũ cõmodi afferãt.



c Quid maiora se. SER. maioris cõmodi cꝫ deqb⁹ iam dixi. et sic ait: etiã minora quocꝫ hominibus in multis ꝓdesse. C. Quid maiora se. Sententia. Si tanta vtilitas est in minoribus rebus: vt sunt salices & genistę: quanta erit in maioribus.
d Aut ille. SER. scilicet salices & genistę: multi tamen

Quid maiora sequar: salices hũilescꝫ geistę:
Aut illę pecori frondẽ: aut pastorib⁹ vmbras
Sufficiunt: sepemqꝫ satis et pabula melli

& tilię legunt: vt tria dixerit. scilicet salices: tilias et genistas.
e Pabula melli. ANT. Genista enĩ (vt Pli. inq̃t libro. xxiiii. c. xxiiii.) flores habet apibus gratissimos. Et in Tityro poeta dixit: Hiblęis apibus florem depasta salicti.

Et iuuat[e] vndantẽ buxo[f] spectare cytorum[g].
Naritięqꝫ[h] picis[i] lucos: iuuat arua videre:
Non rastris hominũ: non vlli[k] obnoxia curę.
Ipsę caucaseo[l] steriles[m] in vertice syluę[n]:
Quas animosi[o] euri assidue frangũtqꝫ ferũtqꝫ
Dant alios alię fœtus: dant vtile lignum
Nauigijs pinꝰ: domibꝰ cędrumqꝫ[p] cupſſosqꝫ.
Hinc[q] radios[r] triuere[s] rotis: hĩc tĩpana[t] plaustris[v]
Agricolę: & pandas[x] ratibus[y] posuere carinas[z].
Viminibus[a] salices fœcundę: frondibus vlmi.
Et myrtus[b] validis hastilibus: & bona bello[c]
Cornus: & itureos[d] taxi torquentur in arcus.

e Et iuuat vndantẽ. S. montẽ Macedonię: in quo abundat buxus. quę mota vento ęstus imitatᷓ vndarũ. A. Et iuuat ꝛc. Ostendit poeta oblectationẽ pbere syluestria loca. quanto magis igitᷓ culta. narrat inde syluestriũ arborꝫ cõmoda quibus quidẽ fruunᷓ homies. C. Vndãtẽ. Nam mota vento sylua: cuius virgulta flexibilia sunt: ęquor vndas faciens imitatur. f Buxo. AN. Buxi materies honorata est. est enĩ lenis & solida quadam duricia ac pallore cõmendabilis. C. Buxos. Buxus arbor est in opere topiario summopere cõmendata. Dicitur autem opus topiarium: id est locale. quotiens arbor suis radicibus adhęrens: ac viua ĩ suis sedibus manẽs: humano artificio in varias formas flectitᷓ. vt aut homĩs aut dracõis. Tria eiꝰ genera Gallica amplitudĩe procerior. Oleastrũ in omni vsu damnatum. nam grauẽ pręfert odorẽ. Tertium genus nostrate est. Buxus ĩpireneis ac cytoriis mõtibꝰ plurima ẽ. in berecynthio tractu crassissima. grece πυξοσ dicitur. vnde & pixides appellant vasa q̃ ex buxo fiunt. Iuuẽalᷓ. Cõdita pixide lydę. Nos qui aũt boxon hetrusce appellamꝰ. illa boxola dicimus.

g Cytorũ. C. Refert Strabo in aphlagonia esse cytorũ: qđ olim sinopensiũ emporiũ fuerit. Et vt ait Ephorus dictus est: a cytero Phryxi filio. Ait idẽ Stra. ĩ Amastriana regione plurimã atqꝫ optimã buxũ nasci psertim circa Cytorũ.

h Naritięqꝫ picis. S. a loco in quo abũdat pice. A. Naritię. Naritia Ithacę tellus optatissima: & ipsa olim vlissis patria: vt scribit Dionysius. Ithaca aũt insula est ĩ mari Ionio: vt Mela scribit. C. Naritię oppidũ est in locride. i Picis. A. Picea mõtes amat atqꝫ frigora. feralis arbor et funebri inditio ad fores posita. Hęc plurima resinã fundit: interueniẽte cãdida gẽma: tam simili thuri: vt mixta visciui discerni nõ queat: & inde fraus sępissime Asię. Plinius libro. xvi. c. xv. k Nõ ulli obnoxia curę. S. nõ debitricia: nihil labori nostro debentia. l Ipsę caucaseo. S. Caucasus mõs est Scythię. positus hic p quibuslibet asperrimis mõtibus. A. de caucaso vide ęgloga. vi. Eius aũt vertices hyeme sunt inaccessibiles: vt Strabo ait li. xi. m Steriles. S. Dicit cõparatione pomiferarũ arborũ. n Syluę. C. Loca arboribꝰ consita dicunᷓ. Sed q̃ cõstãt ex arboribus pomiferis: & pomaria et viridaria dicũtur. Syluarũ vero alię sunt glandiferę: quoniã suibꝰ ac reliqs quadrupedibus glandes subministrãt. Alię cedue q̃ certo quodam tẽpore cęsę: aut ędificiis: vinearumqꝫ pedamentis materiã prębent: aut ignem alunt.
o Animosi. C. vehementes. Est autem epitetum de nomine greco. ανεμοσ enĩ ventus. p Cędrũqꝫ cupssosqꝫ. AN. Mauris plurima arbor cędri & mensarũ insania. Sunt autem cuprẽsso fœminę etiam num syluestri similes folio: odore caudice: vt Pli. li. xiii. scribit. c. xvii. Theophrastus vero libro. iii. edocet: ꝙ Cędrus est iunipero non absimilis: sed folio maxime distat: eius materies putredinem nullam sentit. frutex odoratus. Idem Pliniꝰ libro. xvi. c. lii. ait: ꝙ Cędrus ĩ Creta: Aphrica: Syria laudatissima est. & cędri oleo pervncta materies: nec tineã: nec cariem sentit. Iuniperi eadẽ virtꝰ quę cędro. Ephesięqꝫ Dianę templi tectũ conuenit e cedrinis trabibus. ualuas esse e cupresso. Et vticę templũ Apollinis Cędrinas trabes habet. C. de Cędro dicemꝰ in. vii. ęneidos. De cupsso dictũ est. q Hinc. S. de syluis scilicet. Nam de cupresso aut cędro nullus vnqꝫ efficit rotas aut radios.
r Radios. AN. Corni lignum non alio pene ꝙ ad radios rotarum vtile: aut si quid cuneandum sit in ligno: clauis ve figendum ceu ferreis. Ilex itẽ et oleaster ac olea: q̃ cariem vetustatemqꝫ nõ sentiunt: Plinius libro. xvii. c. lxi.

s Triuere. S. tornauere: composuere de torno.
t Tympana. S. tecta vehiculorũ. ANT. Tympana dicunᷓ a tympaniso: qđ est extendo & verbero: sunt aũt vasa semisphęrica q̃ semp bina ferunᷓ: in qbus ab vno latere pellis extenditᷓ: et virgula pcutiunᷓ. His in sacris Cibeles vtebantur. Hic aũt p operimẽtis vehiculorũ methaphoricos ponunᷓ. v Plaustris. A. Vehiculis. de quibꝰ libro. i. Georg. Hic autem pro pilentis ponunᷓ. erat enĩ pilentũ cõtextũ rotis quatuor: quibus matronę olim vtebantur. Virgiliꝰ. Pilẽtis matres in mollibus.

x Et pãdas. S. curuas. ANT. Et pandas ratibꝰ posuere carinas. Larix in humore pręcipua: & alnus nigra: non improbatᷓ in aqua fagus. Plinius libro xvi. capitulo. lxi. y Ratibus. AN. Rates (vt inquit Fęstus) vocantur ligna colligata quę per aquam agunᷓ. quo vocabulo etiam interdũ naues significantur. z Carinas. A. Nautę carinam vocãt infimã trabem: vbi nauis fundaᷓ. Quod quidẽ Ouidius quoqꝫ videtur asserere: ait em̃ libro. iiii. de ponto. Dũ mea puppis erat valida fundata carina: Qui mecũ velles currere primꝰ eras. a Viminibꝰ salices fœcun. S. legitur & fœcundę frõdibus vlmi. C. Viminibus. Salicis octo genera ponit Plinius. Nam q̃dam in eam proceritatẽ exeunt vt perticas et pedamenta prębeãt vitibus. Item vimina corbibus et aliis vasis texendis: vnde tertiũ ruris salicĩ in extimatione dedit Cato. b Et myrtus validis hostilibus. S. Alias. Et pastoralem pfixa cuspide myrtũ.
c Et bona bello cornus. SER. Apta est enim cornꝰ hastilibus. d Itureos taxi torq̃nᷓ in arcus. S. hoc est in similitudinẽ arcuũ itureorũ. Itureos aũt dicũt parthicos. AN. Itureos. Id nomẽ sine. h. scribendũ est. Probus autem ait. Itureos nationẽ esse Scytarũ. Strabo vero lib. xvii. scribit Montanã regionẽ iturei et Arabes hñt: malefici omnes. Pliniꝰ libro. v. c. xxiiii. In parte Syrię quę cœle dicitur: scribit esse itureorũ gentẽ. Ab illis igitur ppłis itureos arcus poetam dixisse intelligendũ censeã. C. Iturei populi sunt: de quibus ita ait Strabo. Eius initium est Laodicea: quę apud libanũ est: mõtanã regionẽ iturei et Arabes habẽt. Idem auctor in confinibus picentinorũ: qui Italię populi sunt: Iturum ponit oppidũ: Ispello vicinum.

Nec tiliȩ leues: aut corno rasile buxum:
Non formam accipiũt: ferroq; cauant acuto.
Necnon & torrentẽ vndã leuis adnatat alnus
Missa pado: necnon & apes examina condũt:
Corticibusq; cauis vitiosȩq; ilicis aluo.
Quid memorãdũ ȩque baccheia dona tulerĩt:
Bacchus & ad culpã causas dedit: ille furẽtis
Centauros lȩto domuit rhȩtumq; pholumq;:
Et magnũ hyȩlum lapytis crathere minantẽ.
O fortunatos nimiũ bona si sua nôrint
Agricolas: quibꝰ ipsa procul discordibꝰ armis
Fundit humo facilem uictũ iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta supbis
Mane salutantũ totis vomit ȩdibus vndam:

e Nec tiliȩ S. Ordo est: nec non. hoc est etiam. A. de tilia videto li. i. Georg. f Rasile: A. Rasiles calathi dicunẽ quasi rasi. nihil extantis aut redũdantis plenitudinis. Virgilius tñ hoc loco ait rasile buxũ: q̃si rasibile. g Missa pado. SER. Species est pro genere. h Corticibus. A. suberis &c. i Viciosȩq; ilicis aluo. S. Cariosȩ. Vult aũt ꝓbare etiã putres arbores hr̃e aliquã vtilitatẽ. Sane hic pro aluco per Synerisim: aluo dicitur.

k Quid memorandum ȩque. S. quid similiter laudandũ. A. Quid memo. Quid vltra dicẽdũ de syluis et arboribus. Aeque. eodẽ mõ: sicut ex amina & alia commoda iam enũerata. Vel q̃d memorandũ ȩque: q̃d similiter laudandũ. C. Quid memorandũ ȩque. Artificio se ꝯcludit vituperationẽ: cũ maiori cultura indegeat. & ꝓpter illd̃ virgulta colant. ac deniq; homies furiosos reddat.

l Tulerũt dona. SER. Sicut syluȩ multa sponte ꝓcreantes. Alii. & quȩ legũt: vt sit sensus. quid dicendũ quȩ tulerũt. i. attulerũt: ipsa etiã dona Bacheia: vt hoc dicat: parũ est ꝙ vites tm̃ laborem requirunt cũ munera earꝝ causas p̃stant furoris. A. Tulerunt arbores ipsȩ in syluis. nanq; syuestres vites vt vuȩ in eis sunt q̃ sunt bacheia dona.

m Bachus. A. & ad superius vites: quibus nunq̃ satis opere est: dãnasse quodãmodo visus est. Nunc vero earũ fructus: quibus quidem furor hoibus ĩngruit. vl' potiꝰ nos hortat̃ facta ecbasi. i. excursu enũerãdo syluarũ cõmoda: vt vites nõ relinq̃mꝰ: q̃q̃ m̃lto labore indigeãt: cũ ꝓ earũ fructu patiẽdo centauri etiã mori nõ dubitarũt. n Ad culpã. A. Ad scelꝰ. eiꝰ enĩ odore ducti doliũ pholo rape voluerĩt. o Ille furentis cẽtauros. S. Atqui in ȩneid. ait. Mars perdere gentẽ ĩmanẽ lapytum valuit. Sed hoc soluit Horatiꝰ dicẽs. Nec Semeliꝰ cũ marte cõfundet p̃lia Thyoneus. Nã reuera licet irarum causas mars habuerit. Lapytȩ tñ & centauri in furorẽ sũt ebrietate cõpulsi. deinde hoc loco cẽtauros ait in furorẽ actos a libero. non lapytas. A. Centauros. historia est. vt Diod. libro. v. edocuit. Pholus centaurus quũ domi Herculem suscepisset. defossum aute vini dolium extulit. Verũ eius odor ingens ad propinquos Cẽtauros delatus ebrios reddidit. Vna igitur Pholi domũ magno impressi tumultu ad rapinam versi sunt. Pholus itaq; timens quũ se abscõdisset. solus Hercules illis obstitit: qui superior multos eorum peremptis: reliquos in fugam vertit. Verum Pholus vt cognatos sepeliret: sagitta a quodã euulsa seip̃m vulnerauit: quo vulnere cum curari nequiret: obiit. & ab Hercule magnifice sepultus: monti nomen dedit. Centauros. Centau stimulo nobis est. Inde centauri vt puto: nã vt scribit Strabo libro nono de Thessalia. Centaurorum natio dura sane agrestisq; erat: quos Homerus a perithoo fuisse expulsos a Pelio monte scribit: qui filius Ixionis Lapytharum regis erat. p Lapythis. C. Lapytha secundũ ysidorum Apollinis filia fuit: a q̃ lapythȩ ppl'i denomi-

nati sũt. hi in Thessalia sunt centauri (teste Plinio) ex q̃ro pugnare inuenerũt. vehi autẽ equo inuenit Bellerophontes. q O fortunatos nimiũ sua si bona norint agricolas. SER. Non est abruptus transitus ad laudem vitȩ rusticanȩ. Sed ad superiora pertinet. Post vituperationem quippe vini: ista quasi consolatio est: per quam ostendit quantas voluptates rusticis natura prȩstiterit. Q ait fortunatos nimium: non ad fortunam: sed fortunȩ ptinet quantitatem. Nam hoc dicit: Quantum in se est maximas eis natura prȩstitit voluptates: quas si nossent: essent nõ fortunati sicut nunc sunt: Sed nimium fortunati. AN. Tullius in Catone maiore Catonem ipsum illa dicere ĩtroducit. Venio nũc ad voluptates agricolarum: quibus ego incredibiliter delector: quȩ non nulla impediuntur senectute: & mihi ad sapientis vitam videntur accedere. habent enim rationem cum terra: quȩ nunq̃ recusat imperium: nec vnq̃ sine vsura reddit q̃d accepit. Sed alias minore: plerunq; maiore cum foenore. Et Seneca ep̃la pria libro tredecimo de Scipione maiore inquit. Abluebat corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se: terramq; (vt mos fuit priscis) ipse subigebat. Horatius quoq; secunda Ode carminis Epodon rusticȩ vitȩ laudes & cõmoda enũerat: vti & maro amplissime. O. nunc interiectio est admirantis: de q̃ latius in Tityro. CRI. Fortunatos: cũ iam multos in agricultura labores esse ostenderit: ita librũ concludit: vt nihilominus sunt ꝑferendi labores: quando inde summũ bonum consequimur propter animorũ quietem quam ibi inuenimus: cũ ab ea ambitio atq; auaricia quibus maxime premitur vita ciuilis: & vnde & ciuilia & externa excludunt bella omnino remota sint. r Procul disco. ar. S. Longe a ciuitatibꝰ plenis iurgio et rapinis. C. Procul discordibus armis: a quiꝰ extremȩ ꝓueniũt calamitates: s Facilẽ victũ. A. Facilẽ cibũ. Habent enĩ in agro parata oĩa ad victũ necessaria. t Iustissima. S. ꝓprie. Nã si iustꝰ est q̃ q̃d accipit reddit. terra vtiq; iustissima ẽ: q̃ maiore fȩnore accepta restituit. C. Iustissima. Vrbani q̃stus ꝑiculis laboribusq; pleni sunt. Nã impiger extremos currit mercator ad Indos: Per mare pauperiẽ fugiẽs ꝑ saxa ꝑ ignes. Et sȩpe: aut naufragiis: aut iacturis merces pereunt: aut vilescũt q̃ care emptȩ fuerãt. Tellus aũt sine vllo ꝑiculo semẽ acceptũ cũ maximo foenore reddit. v Si nõ ingẽtem. Non solũ vitã laudat rusticã. sed etiã cõtrariã. i. vrbanã vituperat. nã ista quȩ de vrbibꝰ dicit opinabilia sunt bona: nõ etiã vera: vt rustica sunt. Multum enĩ interest inter verum & opinatũ malũ seu bonũ. Vnde Iuuenal'. Pauci dinoscere pñt vera bona. x Mane salutantũ. A. Prima secundaq; hora potentes amicos salutabãt: q̃d Martialis libro. iiii. optime docet: ibi videlicet prima salutantes: atq; altera cõtinet hora: Exercet raucos tertia causidicos. Et Iuuenalis, Quid das vt collum aliq̃n salutes.

y Varios. A. ornatus vti solebat in supbis domibus apparere. z Inhiant. S. habere desiderat: & dicim⁹ inhio illam rem. A. Inhiant. i. concupiscũt. C. Inhiant. Hiare est os aperire. Sed quia qui aliqd admirant̃: aut vehemẽter cupiũt.. hiantes. i. apto ore id spectant. inhiare cõcupiscere dicim⁹. a Pulchra testudie. S. i. indica. Vñ postes ornantur: vel lectuli. Lucan⁹ foribus testudinis Indę. Terga sedent fuluo maculas distincta smaragdo. A. Testudie. i. testudineis laminis: quib⁹ etiã lectos et repositoria vestiebãt. Inde scribit Plinius lib. ix. c. x. ꝙ testudines tãtę magnitudinis indicũ mare emittit. ut singłarũ superficie habitabiles casas itegãt. atqꝫ inter insulas rubri ꝑcipue maris his nauigẽt cymbis. Testudinũqꝫ putamina secare in lamias: lectosqꝫ & repositoria his vestire Corbylius pollio instituit. C. Concordat cum Anthonio. Addens ad hoc ꝙ cum libertate spirandi insummo enatent: ita desiccant̃ dorsa: vt mergi nequeãt: vñ facilius capiunt. Troglodite cornigeras habẽt: vt in ſira adnexis cornibus latis: sed mobilibus: quorũ in natãdo se remigio adiuuant. Chelolphagi populi sunt q illis vescũtur. Troglodite autẽ ad quos adnatant: vt sacras adorant. Testudinum putamina in laminas secare: lectosqꝫ & repositoria illis vestire Corbilius pollio instituit. deinde lignarii fabri ex varietate colorum qui in lignis sunt testudineũ illud post imitari ceperunt. b Postes. ANT. postes dici videntur: ꝙ post fores stant. Priscianus auctor. c Illusasqꝫ auro vestes. S. id est in quibus artifex ludens auro aliqua depingit. male aũt quidam illusas legunt. AN. Inclusas. i. depictas. d Ephyreia ęra. S. Corinthia: q̃ laudat etiam Cicero. nam ephyrea est Corinthus. ANT. Ephyre ante: postea Corinth⁹ appellata est. Colonia colli applicata in ischmo scilicet. Videto Pliniũ lib. iiii. c. v. vbi de peloponneso loquitur De Corintho etiam Strabo libro. viii. plurima scribit. inẽ q̃ ꝙ ciuitas ipsa Corinthiorũ amplissima vsqꝫ fuit et opulentissima: seu viros innũerabiles ad ciuile regimẽ peritissimos: siue eximias opificũ artes aĩo vertis. erantqꝫ in ea plurima opera aere eaborata: Sunt q dicũt. i. causa metri ĩ Ephyreia ĩterpositũ: sed cum ephireios a gręcis dicatur: soluit ei diphtongum. vt etiam ibi Priameia virgo. CR. Ephyreia. Corinthia. corinthus a corintho Sisypho filio prius Ephiron nominata fuit. aiunt nõnulli. Eusebius aũt ponit hęc verba. Ephira quę nunc Corinthus vocatur a Sisypho condita est Anno mũdi. M. M. M. ccccccc. xii. regnãte Pelope. a quo est. Peloponnesus vocatus. et regnante Athenis Erichtheo Pandionis filio. Ephyreia soluitur dyphtongus vt stet versus, nam est εφυρειοσ grece. Dicebant̃ aũt vasa Corinthia: quoniam incensa Corintho: fecit casus: vt simul, liquefactis auro ee argento & aere: ex admixtione illorum colorum pulchrius appareret metallum. e Assyrio. S. Assyrii sunt populi adiacentes Syrię. apud quos primum inuẽtus est vsus purpurę. A. Assyrio. Persię iuncta est Assyrio ĩ qua babilon est. vt Strabo libro: xvi. scribit. CRI. Assyria. Tirio. nam Tiros phoenicis est: quę est in Assyria.

f Veneno: S. colore. A. intelligit autem purpureũ liquorem in Tito vrbe phoenice optimũ. Phoenicia enĩ pars est Syrię vt scribit Ptholome⁹ libro. v. Et Pli. li. v. c. xiii. C. Veneno colore. eo ꝙ vestem ita percurrat: vt venenũ corpus. Nam latini id venenũ vocãt: quod gręci pharmacon. carent ergo luxuriosis deliciis.

g Nec casia liquidi corrumpit̃ vsus oliui. SER. Casia herba est ex qua fit vngẽtum. M:re autem ait vsus oliui corrumpitur. uau oleum generalem vsum habet: quod cũ in vnguẽtum fuerit corruptũ vni rei tantũ esse aptũ ĩcipit. ANT. De casia videto in Alexi. i Secura quies. C. quib⁹ rebus nihil est in vita iucundius:

Nec varios inhiant pulchra testudine postes:
Illusasqꝫ auro vestes: ephyreiaqꝫ ęra:
Alba nec assyrio fucatur lana veneno:
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
At secura quies: & nescia fallere vita:
Diues opum variarum: et latis otia fundis:
Speluncę: viuiqꝫ lacus: et frigida tempe:
Mugitusqꝫ boũ: mollesqꝫ sub arbore somni.
Non absunt illic saltus: ac lustra ferarum:
Et patiens operum paruoqꝫ assueta iuuentus.
Sacra deum sanctiqꝫ patres: extrema per illos

k Nescia fallere vita. S. aut quia innocẽtes sunt: aut quia imobilis est status vitę eorum. Vrbanorũ enĩ fortuna: aut insidias: aut ꝓscriptiõe variat̃. l Latis ocia fun. SER. Fundus dicit̃ ab eo ꝙ rerum omniũ sit fundamẽtum. A. Ocia voluptates fundus. ager. quod videbatur pecudũ ac pecunię esse fundamentũ. fundus est dictus. aut ꝙ fundat quotannis multa. Varro auctor.

i Coniugis aduentum pernix Saturnus. S. Dū cum amica Phyllira Saturnus coiret : Ops eius vxor aduenit:cuius pręsentiam veritus:se in equum conuertit : qualem potuit numen imitari:Exinde natus est Chiron dimidia ꝑte homo:dimidia ꝑte equ⁹. Sane Ops cum de vxore Saturni dicimus:o corripit̃. vt Ops opis: cum vero nympha dicim⁹ opis longa est. vt Opis ad ęthereum pennis aufert̃ olympū. Pernix aūt ad equū refert̃. nam Saturni stella tardissima est. A. Saturn⁹. is cū Ionē quęreret:& in Thracia cū Phylira Oceani filia in equum versus dicit̃ cōcubuisse:et ex ea Chyronem Centaurū natū artis medicinę inuentorē. quia Phyllira phyllirides dr̃ a poetis:scribunt aratum de aduentu vxoris nil scribere: Virgilius tñ hic oñdit vxoris Opis adueutu in equū versum esse:dum cū illa coiret. Pernix velox:quia equus:
i Altum pelion. S. Montē Thessalię:in q̊ Chiron habitauit. A. Altū peliō. Thessalię montē altissimū. teste Pli. li. secundo:in q̊ (vt scribit Solin⁹) nuptiale cōuiuiū Thetidis et pelei celebratum fuit. k Hunc quoq;. S. Licet bonū et tot signis ꝓbatū. l Vbi aut morbo. S. Duo sunt quibus minuūtur corꝑis vires: senectus et morbus: Vñ mire vtrūq; cōplexus est. m Abde domo. S. in domo. nam si aduerbialiter vellet loqui:domi diceret. Tale est illud in quarto. Non libię:nō ante tiro.
n Nec turpi ignosce senectę. S. Cicero in Catone maiore. q̄ laudat et vituperat senectutē. Vñ dupl'r hūc locū intelligimus: aut ignosce nec turpi senectę:q̄ turpis nō est:quia per naturā venit. A. Nec turpi. Ordo est. Nec ignosce turpi senectę. q̄uis em̄ seniores equi sint: tñ oēm laborē tolerare valent. Est aūt sensus: q̄ vbi optimus equ⁹ vel morbo vel senecta deficit. remouēdus ab admissura: & in domo retinend⁹:nec parcendū. oñdit enī oīno fatigandū: cū modo tamē. Turpi senectę Iuuenalis etiā sat:x. ait . Sed q̄ continuis & quātis longa senectus plena malis: deformē et tetrū añ oīa vultū. Dissimilē q̄ sui : deformem ꝓ cute pellem : pēdētesq; genas: et tales aspice rugas ꝛc. Quāuis autē senecta sit a natura : omnino quin turpis sit:negari nō potest: Ergo nec ignosce turpi senectę dicendum.
o Frigidus in venerem senior. A. Hic locus asserit:quod dixi verū esse:vt scilicet ab admissura senior in domo teneatur : ibiq; fatiget̃ : cū modo :nec penitus fatiget̃: generat aūt mas ad ānos.xxxiii. & ad .xl. durasse tradūt adiutum modo in attollenda priori ꝑte corporis: sed ad generandū paucis animaliū mior fertilitas: qua de causa ꝑ interualla admissurę dantur. Nec tamen quindecim initus eiusdē āni valet tolerare. Equę gignūt ānis oībus ad q̃dragesimum vixisse equū lxx. ānis ꝓdit̃. Pli. auct. li.viii.c.xlii: Colū. vero libro.vii.c.xxvi. scribit: q̄ marem putaut minorem trimo nō esse ydoneū admissurę. posse vero vsq; in.xx. annū ꝓgenerare. fœminā bimam recte cōciperet:vt post tertium annum enixa fœtū educet : eandumq; post decimum nō esse vtilem.. Superiori aūt capite dixerat: q̄ nec minus q̄; quindecim:nec rursus plures q̄; viginti annos debet īplere: p Frustraq; laborē. A. Ordo. Et frustra trahit.i.ꝓducit:ingratū laborē.i.ingratū coitū. Nam calidissimus quisquis citius venerē perficit:& ei gratior illa fit:senes vero tardiores sunt:quia frigent.
q Et si qñ ad ꝑlia ventū. S. Alibi nocturnaq; bella.
r Quondā. A. quandoq;: s Animos euumq; notabis. S. pręcipue ante omia ętatem & magnanimitatē requires: post cętera parentes & studiū. A. Animos . vt sit hilaris equus & intrepidus ꝛc. vt supra ostendit. Colū. libro.vii.c.xxii. scribit: q̄ annorū notę cū corꝑe mutantur: Nam dū bimus & sex mensiū est:medii dentes & suꝑiores & inferiores cadunt:cum quartum agit: his qui canini appellant̃ deiectis:alios affert:intra sextum deinde annum molares superiores cadūt. Sexto anno quos primo mutauit exequat:septimo oēs explent̃ equal'r : & ex eo cauatos gerit:nec postea quot ānorꝫ sit maifesto compñendi pōt. decimo tñ anno temꝑa cauari incipiunt:& suꝑcilia nōnunq̄; canescere:et dentes prominere: Hęc ille.
t Alias artes. A. Equorꝫ enim alii sunt ad rem militarē idonei: alii ad vecturā :alii ad admissurā:alii ad cursurā: alii ad predam. Itaq; nō item sunt spectandi atq; habendi:hinc peritus belli alios eligit:atq; alit ac docet: Alios

Et quis cuiq; dolor victo: que gloria palme.
Nonne vides quũ precipiti certamine cãpũ
Corripuere: ruuntq; effusi carcere currus:
Quũ spes arrecte iuuenũ: exultãtiaq; haurit:
Corda pauor pulsans: illi instãt verbere torto:
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
Iamq; humiles: iamq; elati sublime videntur
Aera per vacuũ ferri: atq; assurgere in auras.
Nec mora nec requies: at fulue nymb⁹ arene
Tollitur: humescunt spumis: flatuq; seq̄ntũ:
Tantus amor laudum: tante est victoria cure.

quadrigarius. Plura Varro libro.iii.capitulo.vii. v Polemcq; parẽtũ. A. Varro pdicto loco sic ait De stirpe magis interest qua sint: q; genera sunt multa: itaq; ad hoc nobiles ab regionibus dicunt in grecia. Thessalici equi a terra[ ]Apuli: ab rosea roseani. x Et quis cuiq; dolor victo: que gl'ia palme. S. Vult pbare: moueri equos: vel amissiõe vl acquisitiõe victorie. nam eo tendit seq̄ns iste decursus: Vnde & paulo post. Tantus amor laudũ: tante victoria cure. Lucan⁹. Quantũ clamore iuuat Eleus sonipes. C. Dolor. Nam lachrymas victos emittere: & victores letitiam ostendere dixerunt. y Et q̃ gl'ia pal. A. Vt cursu certant eq̄les superare couentur zc. z Ruuntq; carcere. S. Vsurpatiõe p carceribus: qui ab arcendo dicti sunt: Nã carcer est custodia noxior. A. Carcere. repagulis. a Curr⁹. A. q̃drige. b Cum spes arecte. C. Ecbasis ornandi loci causa. c Iuuenum. AN. aurigarum: vel spectantium. d Exultantia, SER: salientia: trementiaq;.

e Haurit. S. i. ferit: vt latus haurit apertum; A. Haurit: id est eleuat. ferit: f Instãt. A. iminẽt eq̄s: CRI. id est nunq; cessant ab opere. g Verbere torto. S. freq̄nti: sc; iteratione: A. Verbere. scutica: C. Torto. Nam ex crebro motu contorquentur & inflectuntur lora.

h Et proni dant lora. S. lora habenas. C. Et proni. pinxit illorũ celeritatẽ

i Volat vi feruid⁹ ax. S. Alibi. Frenaq;: feruentesq; rotas. Nam tam rote q̃ axis cursu calescũt. A. Vi. id est violentia. k Iamq; humiles. C. Tota hec cursus descriptio picture q̃ scripture similior est. Ipse etiã concise breuesq; clausule faciunt vt celeritas narrantis: expressius demonstrat celeritatem currentiũ. Iamq; humiles: iamq; elati. quia saltu rem peragunt: vt propter eorũ leuitatẽ per aerem potius q̃ p terram ferri videant. l Nymbus: A. nubes. m Tantus amor. C. Iccirco accelerant: quia victorie cupidissimi sunt.



Primus erichthoni⁹ currus & quatuor ausus

n Prim⁹ Erichthõi⁹. S. Vulcan⁹ impetrato a Ioue Minerue coniugio: illa reluctante: effectũ libidinis piecit in terrã. inde natus est puer draconteis pedibus qui appellatus est Erichthoni⁹: quasi de terra: & lite procreatus. Nã ἐρισ est lis & χθων terra. Hic ad tegendã pedum foeditatem; iunctis equis vsus est curru; quo tegeret sui corporis turpitudinẽ. A. Erichthoni⁹. Fuit is Vulcani et Terre fili⁹ qui primis ducit quadrigis is vsus: quo decentius celaret pedes suos anguinos. Prob⁹ auctor. Et Pli. li. vii. inq̄t: q; Bigas primũ iunxit Phrygũ natio q̃drigas Erichthoni⁹: Eusebius itẽ sic ait: Erichthonius primus q̃drigas iunxit in grecia. Erat quippe apud

alias nationes .id aũt fuit Danao regnãte argis. C. Erichthonius. Auguſtinꝰ in li. de ciui. dei ait: hunc puerũ Athenis in vulcani Mineruęqꝫ tẽplo adinuẽtũ: ſerpente implicatũ. Et q: ſibi regnũ portendebat: diligẽter enutritũ horumqꝫ deorũ filiũ cũ parentes ignorarent iudicatũ. idem Auguſtinꝰ refert: hic vt placaret iratũ Apollinẽ: ꝙ eiꝰ templum a Danao rege incẽſũ fuerat: nec greci id ꝓhibuerãt: & ꝓpterea ſterilitate regionem oppreſſerat: ludos muſicos eidẽ Apollini inſtituit. Itidẽqꝫ mineruę: vbi victores oleo donabãt. Pli. aũt ſcribit Erichthoniũ quadrigas inueniſſe. Itẽ argẽtũ Athenis.

o .Rapidꝰ. S. id ẽ velox. p Victor. S. ꝓpoſiti ſui effector. q Frena pelethronii. A. Pelethronium oppidũ eſt Theſſalię: vbi primũ domãdorũ equorũ vſus inuẽtꝰ ẽ. Nã quũ q̃dã Theſſalꝰ rex bobꝰ Oeſtro exagitatis: ſatellites ſuos ad eos reuocandos ire iuſſiſſet: illiqꝫ curſu nõ ſufficerent. aſcẽderũt eq̃s & eorũ velocitate boues ſecuti: eos ſtimulis ad tecta reuocarũt. Sed hi viſi: aut cũ irent velociter. aut cũ eorũ equi circa flumen: Penon potarent capitibus inclinatis: locũ fabulę dederũt: vt centauri eſſe crederent: q dicti ſunt cẽtauri απο του κεντασαι τους ταυρους Alii dicunt centaurorum fabulam eſſe cõfictã ad exprimendã hũanę vitę velocitatẽ: quia equũ conſtat eſſe velociſſimũ. Bene autem ait Pelethronii: quia ſunt & alii Lapithę. A. Frena pelethronii. impoſiti dorſo: & inſultati ſolo ꝛc. Carmina ſunt Ennii in Alexãdro. vt docet Macrob. li. v: Frenos aũt & ſtrata equorũ pelethroniũ inueniſſe ſcribunt. Pugnare ex eq̃ Theſſalos q centauri appellati ſunt. habitantes ſm Peliũ montẽ: vt ſcribit pliniꝰ li. vii. Et probus ait: pelethroniũ eſſe ſubiectũ Pelio monti: Pelethronii lapithę. i. ex pelethronio oriundi. frena inuenere. Habebant enĩ Lapithę pl'a oppida in ipſa Theſſalia. q Equitẽ docuere. S. i. equũ. Nã ꝓ equo rectorẽ poſuit. A. Equitẽ. i. equũ portãtem hoĩem. Oẽs enĩ antiq ſcriptores vt hoĩem equo inſidentẽ: ita & equũ cũ portaret hoĩem equitẽ vocauerunt. Et equitare nõ hoĩem tm̃. ſed equũ q̃ꝫ dixerũt. auctor eſt Macrobiꝰ li. vi. in fi. r Greſſus glom. ſupbos. S. Vt cũ diſciplina incęderet. s vterqꝫ labor. A. ſ. docere equũ ſaltus & ingreſſus. Põt & ꝑ Epexegeſim legi: vt dicatqꝫ id eſt et. ęque magiſtri exquirũt iuuenẽ equũ: & calidum animis & curſibus acrem. s Quãuis ſępe fuga. S. Ordo eſt: q̃uis ſępe victor fuit. q̃uis nobili genere ꝓcreatus: cũ a mgr̃is ętas eſt magnanimitaſqꝫ regrenda: q̃ ſi nõ fuerit: illa nihil ꝓſunt. A. Quãuis: ſenſus eſt: eligẽdũ eẽ equũ iuuenẽ calidũqꝫ animis et curſibꝰ acrẽ: q̃uis ſępe curſu victor aliorũ fuerit: q̃uis optimã patriã referã & optimam. ſtirpẽ. t Egerit. A. fugauerit. v Epirum. A. de Epiro latius li. i. Georg. Palmaſqꝫ epiros equarum.

Iungere eq̃s: rapiduſqꝫ rotis inſiſtere victor.
Frena pelethronij lapithę: giroſqꝫ dedere:
Impoſiti dorſo: atqꝫ equitẽ docuere ſub armis
Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſupbos.
Aequus vterqꝫ labos: ęque iuuenẽqꝫ magiſtri
Exquirunt: calidumqꝫ animis & curſibꝰ acrẽ.
Quãuis ſępe fuga verſos ille egerit hoſtes:
Et patriam epirum referat: fortiſqꝫ mycenas:
Neptuniqꝫ ipſa deducat origine gentem:
His animaduerſis: inſtant ſub tẽpus: & omĩs
Impendunt curas: denſo diſtendere pingui
Quem legere ducẽ: & pecori dixere maritum:
Florentiſqꝫ ſecant herbas: fluuioſqꝫ miniſtrãt:
Farraqꝫ: ne blando nequeat ſupereſſe labori.
Inualidiqꝫ patrum referant ieiunia nati.
Ipſa autem nocte tenuant armenta volentes:
Atqꝫ ibi concubitus primos iã nota voluptas

x Fortiſqꝫ my. A. ad Agemẽnona reſpexit: qui grecorũ ductor exercitus: Troiã deleuit. Vnde alibi ait: Agamẽnoniaſqꝫ mycenas. Preterea docet Strabo li. viii. ꝙ argos a primordio magis extitit potẽtia primariũ: ſubinde Mycenę ampliora ſuſceperũt incremẽta: ꝓpter cõmigrãtes in illas pelopidas. Nã cũ oms ad Atrei filios cõſiſterẽt: Agamenon natu grandior regnũ adeptus: duce virtute ac pariter fortuna comite: regionis paternã poſſeſſionẽ ampliauit: & Myceno laconicũ adiecit impiũ. Verũ menelaus laconię regimẽ tenuit: ac agamẽnon Mycęnarũ vſqꝫ Corinthũ ac Sicyonẽ & Ionium & agialeonum. ſic em̃ ea vocabant ętate cũ poſteriꝰ Achęi dicti ſint regnũ ſuſcepit. Hęc et pl'a Strabo. y Neptuniqꝫ ipſa deducat ori. ge. S. id eſt ſi ſit ꝓcreatus ab equo Neptuni qui editus eſt tridenti ꝑcuſſione. A. Neptunus Cereri quum vim afferre vellet: ea ſe in equã vertit. Neptunꝰ vero eã ita compſſit. Vñ generoſi equi ꝓditi eẽ dicũtur. auctor Probus. Nos autẽ latius de Neptunni equis lib. i. Georg. ibi ſcꝫ Tuqꝫ o cui prima frementem. z His animaduerſis. S. Moribꝰ et ętate depẽhenſis. A. His videlicꝫ ętate & annis equi.

a Inſtãt ſub tp̃s. S. coeundi: q̃ eiꝰ cura maior adhibetur. A. Inſtãt. incumbũt: attendũt. Sub tẽpus prope tẽpus coeundi: ſcꝫ cui datur intantũ. (teſte Varrone li. ii. ca. vii.) ab ęquinoxio verno ad ſolſtitiũ. Admittere autem oportet: cũ tp̃s anni venerit bis die: mane & veſpere. Colu. etiã li. vi. c. xv. ſic ait. Vulgaribꝰ equis paſſim maribꝰ ac foeminis paſci ꝑmittit. nec admiſſura certa tp̃a ſeruent. Generoſis circa vernũ ęquinoctiũ mares iũgent: vt eodẽ tp̃e quo cõceperint: iã lętis & herbidis cãpis poſt anni menſem paruo cũ labore foetũ educẽt: Nã mẽſe. xii. partũ edũt. b Denſo diſtendere pingui. S. Nam ſaxo quod q̃buſdã potionibꝰ agazones ꝑ fraudẽ facere cõſueuerũt. Vñ ait. Denſo pingui. i. viribus pleno. Sane pingue eſt generis neutri. & ita in omnibꝰ idoneis inuenit. nã nec pinguedo nec pinguetudo latinũ eſt. A. Denſo. At ibidẽ Columella. Eoqꝫ tp̃e q̃ vocat a foemĩs equꝰ. ſ. roborãdꝰ eſt largo cibo: appropinq̃nte vere ordeo eruoqꝫ saginãdꝰ: vt veneri ſupſit: q̃toqꝫ fortior inierit: firmiora ſemina ꝑbeat futurę ſtirpi. Et Varro li. ii. c. v: de bobꝰ ſic ait. ꝓpter foeturã hoc obſeruare ſoleo ãn admiſſurã: menſem vnũ nec cibo nec potione ſe impleat: ꝙ exiſtimat facilꝰ macrã concipe. Contra tauros duobꝰ mẽſibꝰ ãn admiſſurã: herba & palea ac foeno facio pleniores: et a foeminis ſecerno. c Florentiſqꝫ ſecant herbas. S. Adultas maturiores: quibus robur acq̃rit. d Blando enĩ. ſ. labori. Periphraſis eſt coitus. A. blando labori. i. veneri. e Ieiunia nati. S. infirmitatẽ ex inedia veniẽtẽ. f Nota volup. S. Dicendo nota: ꝑ tranſitũ rẽ ab aliis diligenter expſſam tetigit.

Solicitat: frondesq́ʒ negant & fontibus arcent.
Sępe etiā cursu quatiunt: & sole fatigant.
Quū grauit' tonsis gemit aera frugib⁹: & quū
Surgentē ad zephyrū paleę iactātur inanes.
Hoc faciunt: nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo: & sulcos oblimet inertes:
Sed rapiat sitiens venerē: interiusq́ʒ recondat.
Rursus cura patrū cadere & succedere matrū
Incipit: exactis grauidę quū mēsibus errant.
Nō illas grauib⁹ quisq́ʒ iuga ducere plaustris.
Non saltu superare viam sit passus: & acri
Carpere prata fuga: fluuiosq́ʒ innare rapaces.
Saltibus in uacuis pascant: & plena secundū
Flumīa musc⁹ vbi: & viridissima gramīe ripa.
Speluncęq́ʒ tegant: & saxea procubet vmbra.
Est lucos silari circa ilicibusq́ʒ virentem
plurimus alburnū volitans: cui nomen asilo
Romanum est: oestrū graij vertere vocantes
Asper: acerba sonās: quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus ęther
Concussus: syluęq́ʒ: & sicci ripa tanagri.
Hoc quondā monstro horribiles exercuit iras:
Inachię iuno pestem meditata iuuencę:

Nam equę puellę cū primū coeunt: si macrę sunt: & debilitant: et debiles gignūt. Post primū aūt partū tenues eē debent. A. Iā nota voluptas. De equab⁹ intelligit' alias enixis. g Frondesq́ʒ negāt. S. Contra illud: Florentesq́ʒ secant herbas: fluuiosq́ʒ ministrāt. h Quū grauiter tonsis: hoc est die medio. Hoc autem ad exprimendum diei tēp⁹ est positū: nōq́ʒ equę tempe ęstatis coeant. i Paleę. A. Quid ꝓprie palea sit: li. i. Ge. videto. k Hoc faciunt nimio ne luxu obtu.. S. nimio. pingui. et bñ rē turpē apte a Lucretio tractatam vitauit translatiōib⁹: q̄s oēs ab agricultura traxit: vt luxu ꝓpter luxuriē segetū. A. luxu. i. copia. abundātia. l Obtusior. A. Hebes. est ei grad⁹ ꝓ gradu. m Vsus. A. vtilitas. n Genitali aruo. S. pro muliebri folliculo quem vuluā vocāt. Vt etiā Plini⁹ docet. nā añ follicul⁹ dicebat̄. A. Gēitali aruo. id est vuluę et matrici. Ibi enī concipit̄: ibi educat̄: & crescit quicquid concipitur. CRI. Gēitali aruo. Translatio ab agricultura. Fit autē obscęnitatis vitandę cā. o Sulcos oblimet iertes. S. claudat meatus. Et hoc sīr p trāslationē dixit. Nā legim⁹ sup. Et obducto late tenet oīa limo. AN. Oblimet: obducat: cooperiat: claudat. limo repleat ꝓprie. Sulcos iertes: vuluę meat⁹ cōceptioni ineptos si repleti fuerint nimio luxu. p Sitiens. A. vulua ipsa macrior. q Venerē. A. equi semē. r Patrū. A. admissariorū: vbi enī equas ipleuerint: eorū cura hr̄ minima. s Exactis mensib⁹. S. vicinis partui. Tūc enī diligentius tractandę sunt ne abigant̄. A. Exactis mensib⁹. i. pfectis & partui vicinis. Vñ li. i. georgi. Exactū ad mēsem pluuia: ventisq́ʒ carebūt. Varro li. ii. c. vii. ait. Quū cōceperint equę: videndū ne aut laborent plusculū aut ne frigidis sint locis: ꝙ algor maxime pręgnantibus obest. Itaq́ʒ & in stabulis & ab hūore oportet ꝓhibere humū: clausa hr̄e hostia: ac fenestras: & inter singulas a ꝓsepibus palos interiicere lōgiores: q eas discernāt: ne inter se pugnare possint. Pręgnantē neq́ʒ implere cibo: neq́ʒ esurire oportet. Alternis ānis q admittūt diuturniores & meliores pullos fieri dicūt. t Grauib⁹ plau. A. Innuit anteq́ʒ partus vicinus fuerit: p̄gnātes equas etiā fatigari posse leui mō. De plaustris videto li. i. Geor. v Nō saltu supare. S. Qd solet fieri cū pascunt pedib⁹ impeditis. x Saltibus inuacuis. S. magnis. A. campis magnis & carentib⁹ saxis & arborib⁹ deiectus. y Et plēa secūdū. S. ne inclinent̄ ad potū. A. Secundū. ꝓpe ad potū ꝓcubāt.

z Muscus. A. vbi lanugo viridior q̄ locis hūidis: & sole carentibus fit muscus dicit̄. Hic ꝓ herba illa tenella: seu lanugine: q in aquaꝝ supficie nascit̄: accipit̄. a Est lucus silari. &c. S. Ordo tal' est. Circa lucos silari flumīs Lucanię et alburnū eius mōtē plurimū volitās: ac si diceret. est multa musca. A. Silarus fluui⁹ est: q veterē Cāpaniā diuidit a picentib⁹: cui q̄dā fluuio ꝓpriū illud iesse tradit̄: vt ī ei⁹ aq̄ dimissa virgulta saxificent̄. Forma tñ coloreq́ʒ seruato. auctor est Stra. li. v. Probus scribit: Silarū lucanię fluuiū eē. Sic etiā Ptholome⁹ li. iii. b Alburnū: A. Alburn⁹ lucanię portus: & eiusdē nois mons Teste Probo. c Volitans. S. mō nomē est: nō participiū. d Cui nomē asilo Romanū ē. S. vt cui Remulo cognōē erat. A. Asilo. Pli. li. xi. c. xvii. scribit: ꝙ nascūt̄ aliqñ ī extremis fauis apes grandiores q̄ ceteras fugāt. e Oestrū graii ver. vo. S Vertere ex ioni similitudie onomatopeiā fecere: nō ei possumus accipe ex latina lingua mutauere. cum constat linguam gręcam primam fuisse. Oestrū autē gręcum est: latine Asilus: vulgo Taban⁹ vocat̄. A. Oestrus vocat̄ hoc malū: Theodor⁹ aūt interpres Aristotel' li. v. de historia aīaliū ait: ꝙ Asilus latius culus qbusdā bestiolis: q̄ in fluuiis supnatant enascitur: ꝙ ob rem magna asiloꝝ copia circa aquas vbi id genus bestiarū est. Tabani vero ex ligno nascunt̄. Festus vero scribit oestrū gręco vocabulo furorē dici. Preterea oestreo insanio dicit̄: Oestrelateo me stimulor insanio. Sūt qui putēt Asilū a voce dictū a latinis. Oestrumq́ʒ a voce gręcis. Est tamen Oestrū dictū ab illis: puto a furore: & ita vertisse vocantes Oestrū. Latini enī ab voce Asilū: illi Oestrum a furore vocarunt. Vertit̄ aūt nomen q̄tiens ab ꝓprio in aliud trāsmutatur. Sic byrsa cum sit proprie corium: ab re ipsa quoq́ʒ dicta est Carthaginis arx. Sic & oestr⁹ cū sit furor: ab eodem effectu Oestrus dictū est illud aīal. f Sicci tanagri. S. nō multū fluentis. Tanager aūt fluui⁹ est Lucanię: Et hoc dicit armentorū mugitu cuncta resonare. A. Tanagr⁹ torrens est Lucanię: qui cū pluuię sunt: effusior est: & sequit. quū serenū siccus est. Idem Prob⁹. g Hoc q̄ndā monstro horribiles. S. Argumentat̄ ab exemplo dicēs Iunonē Oestro se contra pellicē defendisse. h Inachię Iuno. S. Nota aūt est fabula. Io Inachi filiam ab ipso q̄dam Ioue Iunonis aduentu cōuersam esse in vaccam: cui Iuno immisit oestrū: quo toto orbe fatigata: tandē aliqñ venit ad ęgyptū: & illic in Isim conuersa est. Transit aūt

k Hūc quocꝫ (l nā mediis feruorib⁹ acrior instat)
m Arcebis grauido pecori: armentacꝫ pasces
n Sole recens orto: aut noctem ducentib⁹ astris.
o post partū cura in vitulos traducitur omīs.
Continuocꝫ notas et nomina gentis inurunt:
Et q̊s aut pecori p malint submittere habendo.
Aut aris seruare sacris: aut scindere terram:
q Et campū horrentem fractis inuertere glębis.
r Cętera pascuntur virides armenta p herbas.

per mare angustū: quod Bosphoron ab ea appellatū est: nunc Helespontus nominat̃. A. Inachus apud Argos prim⁹ regnauit annis qnquagīta. Auctor Eusebius. Eius filia ab Ioue in vaccā Iunonis aduentu cōuersa est: quā postea Iuno dono accepit: tradiditcꝫ seruādam argo pastori suo: quo obtrūcato ab Mercurio: irata Iuno in Io Oestrū immisit: quo exterrita illa vscꝫ in egyptū fugit: Ibicꝫ Ioue agente: in hūanā rediit figurā. mutatocꝫ nomine Isis dicta est: & ab ęgyptiis p dea culta. Id aūt lati⁹ Ouid. narrat li. primo meth. C. Inachię. Ab eo qd est Inachus: fuit eni rex vigesimus prim⁹ Syciniorū: qui regnauit annos. xlii: cui successit Phęst⁹: et ipse Polybo successerat. Syconiorū prim⁹ rex ęgyaleus fuit: a quo ęgyalea dicta est: quę deinde Peloponesus est vocata. Incępit aūt regnū regnāte Nino apud assyrios āno mundi qnto ac octogesimo sup̄ mille ac centū: ac pductū ē vscꝫ ad mūdi annū septuagesimū sup̄ quattuor milia: fuit cꝫ vltimus rex zeusippus. i Pęstē meditata iuuencę: S. Vel quā pęstem añ excogitauerat: vel meditata inferēs & exercens accipiamus. Horatius. Horridacꝫ cultis diluuiū meditat̃ agris. i. infert: exercet. Nam ī ipsa meditatōe exercitiū est. k Hunc q̊ꝫ arcebis. S. i. etiā hoc malū remoue. A. Hūc q̊: vltra p̄dicta arcenda vitandacꝫ. l Nā mediis feruoribus acrior instat. S. tūc ē acrior. Et dicendo tp̄s: ōndit queadmodū possit euitari. m Grauido pecori. S. a grauido pecore. nam arceo a te dicim⁹. A. Pecori armenta. hic nulla ē Synaloepha. n Sole recens orto. S. Statim. Salustius. Coria recens detracta: veluti glutino adolescebant. o Post partū cura in vitulos. S. Modo & de equis & bobus accipim⁹ generalr. A. Varro libro: ii c. v. ait de vitulis. Lactentes cum matribus cubent. atteruntur enim quū creuerunt vituli: Leuādę matres pabulo viridi obiiciendo in p̄sepiis. Item his fere in omnib⁹ stabulis lapides sternendi: aut quid itē ne vngulę putrescāt. Ab ęquinoctio eni antūnali vna pascunt̃ cū mr̄ibus. Syluestrib⁹ vitulis obiiciūt furfures triticeos: & farinā ordeaceā: & tenerā herbam: & vt bibant mane & vespe curāt. Hęc ex Varrone. Palladi⁹ itē de Aprili ait: Hoc mense vituli nasci solēt: quoꝝ mr̄es abūdantia pabuli iuuentur: vt sufficere possint tributo laboris & lactis. C. In vitulos: vt pullos dicim⁹ iuniores in equo: asino: mulo ve: ac in oīm volatiliū genere. Sic in boue & elephante vitulos dicim⁹. Sed in hūana specie pullos dixerūt pueros obscęnę amatos. Vnde Fabi⁹ (qui ab cādore ebur



nus dicebatur ꝙ eius natus fulmine ict⁹ est) Iouis pullus est vocatus. Pullũ deniq; nigrũ dicimus: hinc pullã ficũ. Et Iuuenal. Pullatos ꝓceres dixit. Vitulosq; de maiorib⁹ piscib⁹: vt sint delphini & balenę. Quin & vitul⁹ marin⁹ piscis. hos phocas appellant. o Notas inurũt. S. caracteres. A. Colu. li. xii. c. ii. loqns de fine Aprilis ait: ꝙ eodẽ tpe foetus foecundi pecoris signari oportet. Sed de Ianuario scribẽs: circa eius finẽ inquit His etiã dieb⁹ maturi agni: & reliqui foetus pecudũ. nec min⁹ maiora quadrupedia caractere signari debent. Palladi⁹ q; de Aprili ait. Et serotini foetus hoc mẽse signenť. p Pecori summittere. S. admissarios facere. A. Et quos: aut pecori. Et oĩs cura traducit in illos q̊s ꝛc. intelligit aũt admissarios futuros. q Campũ horrentẽ. S. Ecbasis poetica. Suffecerat enim dicere: aut scindere terraꝫ. r Cętera pascunť. S. per hoc intelligim⁹ illa omĩa quę dixit aĩalia: domi eẽ seruãda. A. Varrone teste li. ii. Pascunť armenta cõmodissime in nemorib⁹: vbi uirgulta & frõs multa: hyeme cũ hibernant secundum mare: ęstu abigũtur ĩ mõtes frõdosos. s Tu q̊s ad studiũ. S. locus de bobus domãdis. t Hortare. A. asuefce. v Viãq; insiste domandi. A. Colu. li. vii. c. ii. ait: ꝙ vitulos oportet dum adhuc teneri sunt consuescere manu tractari: ad p̃sepia religari: vt exiguus in domitura labor eorũ & minus sit periculi. Verũ neq; añ tertiũ: neq; p⁹ quintũ annũ iuuẽcos domari placet: cum illa ętas adhuc tenera sit. Hęc iam perdura. Viam: rõem: consuetudinẽ. Insiste: statue: frequenta: exerce. x Circlos. S. Circus est principale vnde fit circulus: & ꝑ sincopã circlus: sicut periclum a periculo. y Ipsis e torquib⁹ ap. A. Ordo est. iuuẽcos aptos ipsis e torquib⁹. i. ab ipsis circulis iunge pares ꝛc. aptos autem e torquibus ait: quia seruitio assueti torquium: apti ad domandum effecti sũt: z Iunge pares. ANTO. Custodiendum ne statura vł viribus impar cũ valentiore iungať: nã vtraq; res inferiori celeriter affert exitium: verba sunt Columelli. a Coge gradũ cõferre. S. simul incedere. b Rotę ducãtur inanes. S. Sine pondere. c Trahat aereus. S. fortis: sic in quinto Aerea quem obliquũ rota transiit: Horatius. inclusã Danaem turris aerea. c Pubi ĩdomitę. S. hoc ad iuuencos tm̃ ꝑtinet. nã de equis paulo post dicturus est. Vt nanq; ante domandũ ingẽtes tollunt animos. A. Pubi indomitę. vitul' indomitis. d Non gramina tantũ. A. Colu. li. vii. c. iii. scribit: ꝙ si vbertas regionis viride pabulũ subministrat: nemo dubitat: q̃n id gen⁹ cibi cęteris anteponẽdũ sit. Ab idibus tñ mensis Aprilis vsq; in Idus Maias viride pabulũ recte secať. Põt eni in kalẽ. Iulias frigidiorib⁹ locis id p̃stare: a q̃ tpe in kal. Nouẽbris tota ęstate: & deinde autũno facient fronde: ꝓbať maxĩe vlmea: post fraxinea: & ab hac populnea vltima sunt iliginea: & quernea: & laurea. e Nec vescas salicum frõdes. SER. Siccas & teneras. nã vescũ: hoc est ꝓprie: vñ & aranearũ telę vescę vocanť. A. Vescas frondes. i. minutas. Vescũ enim (teste Nonio.) hunc etiã locũ afferente: minutũ & obscurũ notat. Festus inq̃t: ꝙ vescus fastidiosus dicit: & ꝓ pusillo vtebať. C. Vescas. hoc nomen (vt refert Gellius) ex ve & ęscas compositũ ẽ: Et cũ ve particula mõ augmentũ: mõ priuationẽ afferat. Nã dicimus vehementẽ a magnitudĩe mẽtis. Et contra dicit vecors quasi sine corde: poterit vescum vtrũq; significare. Ergo recte Gellius ait aliter Lucretiũ dicere: salem vescũ ab intẽtiõe edẽdi: aliter Luciliũ vescũ appellare. cum edendi fastidio. Quapropter vescas frondes: quibus auide vescunť iuuenci. Fęstus q̃q; scribit: vescũ fastidiosum significare: & Lucretium ꝓ edace posuisse. vt: Nec mare q̃ impẽdit vesco sale salsa pereso. Prisci vepriculã ꝓ re parua ponebant Varro oues vegrandes fiunt atq; imbecilles f Frumenta manu. S. i. etiam farraginem eis dabis. ANT. Frumenta farraginem. De qua latius iamiam. C. Frumẽta: vt ordeum: spelta.

[s] Tu q̊s ad studiũ: atq; vsum formabis agrestẽ
Iam vitulos [t] hortare: viã [v] quę insiste domandi
Dum faciles animi iuuenũ: dũ mobilis ętas.
Ac primũ laxos tenui de vimine circlos [x]
Ceruici subnecte: dehinc vbi libera colla
Seruitio assuerint: ipsis e torquibus [y] aptos
Iunge [z] pares & coge [a] gradũ conferre iuuencos.
Atq; illis iam sępe rotę [b] ducantur inanes
per terram: & summo vestigia puluere signẽt.
post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat: et iunctos temo trahat [c] ęreus orbis.
Interea pubi indomitę: nõ [d] gramĩa tantum
Nec [e] vescas salicũ frondes: vluamq; palustrem
Sed [f] frumenta manu carpes sata: nec tibi foetę
More patrũ niuea implebũt mulctraria vaccę.
Sed tota in dulces consumant vbera natos.
Sin [g] ad bella magis studiũ: turmasq; [h] feroces:
Aut [i] alphea rotis prelabi flumina pisę:
Et iouis in luco currus agitare volantes.
prim⁹ equi labor est: animos atq; arma videre
Bellantum: lituosq; [k] pati: tractuq; gementem

g Sin ad bella mag. A. iam ad equos transit. C. Sin ad bella. Equinũ genus tripartito põit Colu. Est enim generosa materies q̃ circo sacrisq; certaminibus equos p̃bet: Est mularis quę p̃cio foetus sui cõparať generoso. Et vulgaris q̃ mediocres foeminas: maresq; ꝓgenerat. h Turmas. A. Acres. Est eni turma ꝓprie equitũ: habẽs equites. xxxii. huic qui p̃est Decurio noiať: vt scribit Modestus. i Aut alphea rotis p̃labi. S. qa vt sup̃ dixim⁹: circa ea flumĩa: maxime agitabať currule certamẽ. auctor est Strabo li. viii. Id aũt olympicũ certamen & equorũ & palestrę erat: quod Hercules Ioui patri dedicauerat: elegit aũt optimũ gręcię locũ ad statuenda certamina: campos. s. iuxta Alphęũ flumen sitos. Hęc ex Diodori lib. v. Diximus & plura ĩ principio hui⁹ tertii libri. Cũcta mihi Alphęũ linquens ꝛc. k Lituos. A. Erat lituus augurũ baculus aduncus sine nodo. De quo Liuius in princi. Acron ꝓo docet inter tubam & lituũ discrepare. Lituus

Ferre rotã:& stabulo frenos audire sonantis.
Tum magis atq₃ magis blandis gaudere mgr̄i
Laudibus:& plausę sonitũ ceruicis amare.
Atq₃ hęc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat:inq₃ vicem det mollib⁹ ora capistris.
Inualidus iã iamq₃ tremẽs:etiam inscius ęui.
At tribus exactis vbi quarta accesserit ętas:
Carpe mox girũ incipiat:gradibusq₃ sonare
Compositis sinuet alterna volumĩa crurum.
Sitq₃ laboranti similis:tunc cursibus auras
prouocet:ac per apta volãs ceu liber habenis:
Aequora vix summa vestigia ponat harena.
Qualˀ hyperboreis aquilo quũ densus ab oris
Incubuit:scythięq₃ hyemes atq₃ arida differt
Nubila:tum segetes altę:campiq₃ natantes
Lenibus horrescũt flabris:summęq₃ sonorem
Dant syluę:longiq₃ vrgent ad littora fluctus:
Ille volat simul arua fuga:simul ęquora verrẽs.
Hic vel ad elei metas:& maxima campi
Sudabit spacia:& spumas aget ore cruentas.
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demũ crassa magnum farragine corpus
Crescere iã domitis sinito:nanq₃ añ domãdũ
Ingentes tollent animos:prensiq₃ negabunt
Verbera lenta pati:& duris parere lupatis.

enim equitũ ẽ & incuruus. Tuba aũt peditũ et directa: Litui acutus sonus est:Tubę grauis. Virgili⁹ ait. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Gellius li. quĩto scribit: q₃ tuba a sonitu litu⁹ appellata est. l Frenos audire. A. Varro lib. ii. c. vi. admonet pullos cũ stent cũ matribus interdũ tractandũ. ne cũ sint disiuncti exterreantˀ: eademq₃ cã ibi frenos suspendendũ:vt oculi consuescant:& videre eorˀ faciẽ & e motu audire crepit⁹. Quũ iã ad man⁹ accedere cõsueuerit. interdũ interponere his puerum: bis aut ter pronũ ⁊c. Et hoc cũ sit trimus. Sũt q dicãt post annum & sex menses equulũ domari posse. sed meli⁹ post trienniũ:a quo tpe farrago dari solet. Hęc em̃ purgatio maxime necessaria equino pecori:qđ dieb⁹. x. facere oportet. nec pati vllũ cibũ aliũ gustare ab vndecimo diei vsq₃ ad decimũ quartũ:dando ordeũ quotidie adiiciendo minutatim: qđ quarto die feceris ĩ eo decẽ dieb⁹ ꝓximis manẽdũ:ab eodem tpe mediocriter exercendum:et quum sudauerit: oleo pungendũ. Si frigus erit in equili faciẽd⁹ ignis. C. Frenos. ĩ singlˀari:frenũ est. In plˀali freni et frena. m Blandis gau. ma. C. vocib⁹. s. mãsuescat:et vocib⁹ et tactu mgr̄i. n Inq₃ vicẽ:⁊c. S. frenorˀ. s. ne adhuc tenera ora ledantˀ. o Inualidus iã iãq₃ tremens. AN. Legitˀ item inualidus:etiãq₃ tremens: qđ nõ est absurdũ:licȝ. us breuis sit: nam sępe ĩ hoc opę. & alibi poeta vtitur Diascole:qđ lati⁹ in versilogo oñdim⁹. p Inscius ęui. S. nõdũ habẽs ab annis fiduciã. A. Inscius ęui. i. anteq₃ vires hẽat. q Tribus exac. A. trãsactis et ꝑteritˀ trib⁹ ętatib⁹: i. trib⁹ ãnis. q aũt tpe Varro id iubeat: iã iã dixim⁹. r Vbi q̃rta access. ętas. S. quartus ann⁹:nã ętatẽ plerũq₃ generalˀr dicim⁹: & ꝓ anno. ꝓ. xxv. ꝓ centum: ꝓ quouis tempore. s Carpe gyrũ. C. vt facile in gyrum flecti assuescat. t Sinuet. CRI. incuruet. v Sitq₃ laboranti similis: SER. pręparetur ad futurũ laborẽ. x Aperta ęquora. campos amplos. y Hypboreis oris. S. Montes sunt Scythię:dicti q₃ supˀ eos flet boreas. Dicit aũt. equ⁹ sic curat: vt ventus. AN. Hyperborei habitant supˀ aquilonis flatũ. dicti q₃ hũanę vitę modũ excedant/viuẽdo vltra centesimũ annũ:vt scribit Fęstus: Solin⁹ etiã scri. q₃ Hypborei incolãt vltra aquilonẽ apud quos mũdi cardines esse credũtˀ. Domus sunt nemora vel luci:in diem victũ arbores subministrant. discordiã nesciũt:ęgritudine nõ inequietantˀ. ad innocentiã omnibus equale votũ. z Scythięq₃ hyemes. A. niues De Scythia late li. i. Geor. Mundus vt ad Scythiam. a Arida nubila. S. Sine pluuiis. b Differt. S. dissipat. A. Differt in aduersas fert ꝑtes ac pellit. c Nubila dũ. A. legitur itẽ tũ:et quũ in antiquis. d Campiq₃ natãtes. A. Exundãt em̃ sata ob vẽtorũ flat⁹. e Horrescũt: S. cõtremiscũt: Iuue. Scis comitẽ horridulum trita donare lacerna. i. tremẽtẽ. e Longiq₃ vrgent. A. legitur:longeq₃ vrgent. f Ille volat. S. s. ventus. g Verrens. S. trahens. h Hic. A. hic legitur & hinc in antiqˀs. i Ad elei metas. S. i. circi. Eleis nanq₃ ciuitas ẽ Archadię in qua agebatˀ currule certamen:& spẽs est ꝓ genere. A. Elei metas campi: Seneca in tyeste ait. Alpheus studio not⁹ olympico. id aũt iam iam apertũ est. Metas currendi terminos. k Spumas aget ore cru. S. qđ ẽ signũ equi fortissimi. Si velut rubras egerit spumas. l Belgica. S. esseda:gallicana vehicula. Nã belge ciuitas est Gallię: in ea huiusmodi vehiculi vsus repertus est. A. Belgida esseda melius feret: id est: aptior erit ad belli currus:qualibus quidam Belgici pugnacissimi vsi sunt. Transalpinã Galliã quidã tris in partes diuisere Aquitanos, Belgos: Celtasq₃:Belgas nomĩabant oceano confines vsq₃ ad hostia rheni:& nõnullos Rheni & alpium vicinos incolas. E Belgis vecti sunt qui aduersus Cęsarem nauali certamine cõtenderũt. & superati sunt. vniuersa ꝓ natio quã hęc ętas (ĩquit Strabo) suo ęuo Galliam vel gallaticã vocat. Martis studio & animorum videlicet impetu citandę pugnę alacritate impigra semꝑ spectantes in Boream:vt oceano propiores consecrandis pugnis audatiores:e quibus summos Belgas asserunt:per gentes quindecim diuisos:intra rhenũ ac Iygerin vergentes in oceanũ. Belgarũ fortissimos beloacos eẽ dicũt. post istos Vessiones. Hęc ex Strabonis libro. iiii. m Molli collo. S. domito. vt et mollia colla reflectit. A. Molli. domito:placido. n Farragine. A. De hoc paulo supi⁹ dictũ ẽ: ibi



¶ Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quã venerē & [q]cęci [r]stimulos auertere amoris,
Siue boum: siue est cui gratior vsus equorū,
Atq; ideo tauros procul atq; in sola [t]relegant
pascua:p⁹ mõtē oppositū:& trãs [v]flumĩa lata,
Aut intus clausos satura ad presepia seruant,
Carpit enĩ vires paulatim:vritq; [x]videndo
Fœmĩa:nec nemorū patit̄ memĩsse nec herbę,
Dulcibus illa quidē [y]illecebris:& sępe supbos
Cornibus inter se [z]subigit decernere amantes,
pascitur in [a] magna sylua formosa iuuenca:
Illi alternantes multa vi prelia miscent:

scilicet:Frenos audire tonantis. o Lenta.AN. Flexibilia:mollia. Scutice enim & virgę lentes et molles sunt. p Duris parere lupatis . S.i.frenis asperrimis. Dicta autem lupata a lupinis dentib⁹: qui inequales sunt.Vnde & eorū morsus vehemēter obest. A.Duris lupatis.Lupus & lupatū frenū dicitur.Ouidi⁹ in Tri: Et placido duros accipit ore lupos.Et Marci.Mordent aurea & lupata cerui. q Cęci amoris. S.latentis cupidinis. A. Cęci amoris.Vis magna mentis:blandus atq; animi calor.Amor est(inqt Seneca in Octauia.) Est igitur amor mentis q̃dã passio ab exterioribus illata:& p sensus corpeos introducta. Cęcum vero amorē fingunt.vt aduertamus amantes ignorare quo tendant:nulla eorum esse iudicia: nullas rerum distinctiões:sed sola passiõe duci. Charinus autem in Mercatore Plauti. Amorē hęc cuncta vicia sectari solent:inqt. Cura:ęgritudo:nimia elegantia:in sumnia:erumna:error & fuga : ineptia : stulticia : temeritas : immodestia : petulantia;cupiditas; maliuolentia;desidia;iniuria;inopia:

contumelia:dispendium: multiloquiū: pauciloquium.hoc iõ fit: q2 q̃ nihil attingunt ad rē agit nec sumpt⁹ vidte. Amoris itē pathos latius ęgloga.viii. ostendimus.
r Stimulos.A. Colu: li.vii.c.xxv.scribit. Maxime curandū eē verno tpe anni:vt tam fœminis q̃ admissariis desiderantib⁹ coeundi fiat ptãs: qm̃ id precipue armentū si prohibeas libidinis extimulat furiis.Vñ etiã veneno inditum est nomen Hyppomanes: q equinę cupidini similem mortalibus amorem accēdat.Equos preciosos reliquo tpe ãni remouere oportz a fœminis:ne aut cum volent ineant:aut si id facere phibentur cupidine solicitati noxam trahant.Itaq; vel in longinqua spacia marem placet ablegari: vel ad presepia contineri. t Relegant.S.i:remouent.
v Transflumina lata.S.scilicet ne natatus sit facilis.
x Videndo.S.dum videtur.gerundii mod⁹ a passiuo:
y Illecebris.A.suasionibus voluptatib⁹:blandi ciis:sed in malam & bonã partē sunt.Tullius de republica:li.vi Suis te oportet illecebris:ipsa virtus trahat ad verum de

rus. Idem pro M. Cœlio. Erant apud illum illecebræ libidinũ multæ. Et pro Milone. Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem.
z Subigit. A. impellit. cogit. a In magna sylua. S. Alii Sila legunt: vt sit mõs Lucaniæ: quod modo nulla necessitas cogit: vt in eneide. Ac velut ingenti sila summo ve taburno: vbi vtrunq; speciale est. AN: Sylua in ãtiquis semper legi. b Lauit. A: a luao lauis præsens est: lauit autem inficit. deturpat. CRIS. Lauit ꝑsentis temporis ẽ. Erat et apud priscos lauo lauas & lauo lauis. Plaut⁹ in Pseu: Gestans tabellas eas lachrymis lauis.

c Ater. CRIS. Quia ꝙ primũ uenas egreditur: contabescẽs nigrescit. Vel quia ĩ tauro sanguis melancolicus est. Descriptio autem huius certaminis: ac deinde fugæ: & postremo reuersionis ad vltionem: verbis a malicia humana translatis vehemẽter illustratur.

taret. Sup omnia autem intolerabilis videtur superbia victoris. k Aspectans. S. Cicero in Catil. Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem: quã ex suis manibus ereptam luget. ANT. Expectans. ex patho. & affectiõe id est. CRI. Aspectans. ex qua re exprimitur desiderium.

Vulneribus crebris lauit ater corpa sanguis,
Versaq; in obnixos vrgentur cornua: vasto
Cũ gemitu: reboant: syluæq;: & magn⁹ olĩpus.
Nec mos bellantes vna stabulare: sed alter
Victus abit: longeq; ignotis exulat oris:
Multa gemẽs ignominiam: plagasq; superbi
Victoris: tum quos amisit in vltus amores.
Et stabula aspectans regnis abcessit auitis.
Ergo omni cura vires exercet: & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili.
Frondibus hirsutis: & carice pastus acuta.
Et tentat se se: atq; irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco: ventosq; lacessit
Ictibus: & sparsa ad pugnã proludit harenam.
post vbi collectum robur: viresq; receptæ:
Signa mouet: præcepsq; oblitũ fert in hostem.
Fluct⁹ vti medio cœpit quũ albescere ponto
Longius: exaltoq; sinum trahit: vtq; volutus
Ad terras immane sonat per saxa: neq; ipso
Monte minor ꝓcumbit: at ima exæstuat vnda
Vorticibus: nigramq; alte subiectat harẽnã.

l Regnis auitis. C. Durũ est exulare: durius ex antiqua patria: durissimum inde pelli: vbi maiores sui nõ vinci: sed regnare consueuerunt: omnia autem quæ hic de certamine & fuga victi: & de corpore reficiẽdi: ac de reditu: ac de vltione dixit vera esse perhibẽt: qui de re pastoria scribunt. Magno autem ingenio Poeta naturam amantiũ exprimit: vt in secundis rebus obturbescant. In aduersis autem magis: magisq; excitent: vt sæpissime victores a victis vincantur. Cum alteri socordiæ: ignauiæq; sedebãt: & fortuæ successu elati a nullo: sibi noceri posse putẽt. Alteri vergentibus rebus asperis: nihil inausum: nihil intentatũ relinquat.
m Vires exercet. SER: Ab incultu robur acquirit.

d Obnixos. AN. cõtra positos: cõtra nitentes.
e Reboant syluæ. SER. resultant. remugiũt. Roboo autem græcum verbum est. nam apud latinos nullum verbum est quod ante o finalẽ o habeat: excepto inchoo. Qd tamen maiores aliter scribebant. tunc aspirationẽ interponẽtes duab⁹ vocalib⁹: et dicebant incoho. Tria enim tantum habebant nomina: in quibus c litterã sequeretur aspiratio: sepulchrum: orchus: pulcher: Ex quibus tantum pulcher hodie recipit aspirationẽ. A. Reboant: resultant. p echo sc;.
f Magnus olympus. AN. Mons est Thessaliæ: qui excellenti vertice tantus attollitur: vt tegmina eiuscelũ accolæ vocent: ara est in cacumine Ioui dicata: cuius altaribus siqua de extis inferuntur: nec difflantur ventosis spiritib⁹: nec pluuiis diluuntur: sed voluente altero anno: cuiusmodi relicta fuerint: eiusmodi reperiunt. Litteræ in cinere scriptæ ad alteram anni cerimoniã ꝑmanent. Hæc Solin⁹ cap. vi. g Exulat. SER. extra solũ suum habitat.
h Multa. AN. pro multum. i Ignominiam. A. Est enim hæc nominis nota atq; macula. C. Ingnominiã p. Magnum oportebat esse dolorẽ in eo: qui præter ignominiam ꝙ victus esset: etiam graue damnũ vulnerũ repor-

n Pernix. SER: Modo perseuerans. vñ Horati⁹: Pernicis vxor Apuli. Et est tractũ pernix a pernitendo: o Carice acuta. SER. herba durissima. AN. Herba palustris: teste Probo.
p Obnixus. AN. incũbens: oblectans.
q Lacessit. AN. prouocat: affligat: lacerat.
r Proludit. A. imaginẽ quandam veri ludi & certaminis agit. s Viresq; receptæ. A. Legitur & refertæ.
t Signa. A. pugnandi scilicet. Vnde a mari sumpsit metaphoram. nam cũ mare in medio albescit: spumas agẽs: ac paulatim vndas eleuat: Inde exæstuat maxime. Sic taurus paulatim signa bellandi mouens: in hostem postea irruit. v Oblitum. SER. Iam securum ex antacta victoria. x Fluctus vti medio. SER. Sic paulatim taurus mouetur ad prælia.
y Immane. S. ꝓ immaniter. Et nomẽ ꝓ aduerbio posuit.
z Procumbit. ANT. id est decidit. N v



Omne adeo genus in terris hoīmq; ferarūq;
Et genus ęquoreū: pecudes: pictęq; volucres
In furias ignemq; ruunt: amor omnibus idē.
Tempore non alio catulorum oblita leęna
Sęuior errauit campis: nec funera vulgo
Iam multa informes vrsi: stragemq; dedere.

a Oīe adeo: C. Ostendit q; vehemens sit amoris pturbatio: Que quidē oīm amantiū generi cōmunis sit.
b Adeo. A. id est certe:
c Amor oibus idem. S. id est in vnoquoq; genere vnus est amor. i. similis: vt puta in lupis vnus est amor: id est similis: aliisq; omnibus pro qualitate generis sui: sicut alibi ait. Sopor suus occupat artus: id est ipsis aptus. Nam in omibus animalibus non est amor vnus atq; idem. sed in singulis generibus pro qualitate naturę: AN. Amor omnibus idem: id est eodem modo sęuus & vehemens. d Oblita leęna. S. causa. scilicet nimii amoris. Leęna aūt gręcum est sicut Dracena. Nā nos hic & hęc Leo dicimus. Lea naq; vsurpatū ē: quia in o exeuntia foemina ex se nō faciunt; vt fullo; latro; leo; ANT. Leęna. magna leęnis libido coitus: & ob hoc maribus ira. coitū sentit in adultera leo. totaq; vi surgit in poenam: cū p catulis foeta dimicat: oculorū aciē tradit defigere in terrā: ne venabula expauescat. Plinius li. viii. c. xvi.
e Vulgo. A. passim:
f Informes vrsi. S. Vel magni. vel quia tempore quo nascuntur carent forma. Dicitur etiam quędā caro nasci quę mater lambendo in membra cōponit. ANTO. Informes vrsi: corū coitus hyemis initio ambob9 cubantibus amplexisq;. pariunt tricesimo die. ac plurimū quinos. Hi sunt candida informisq; caro paulo murib9 maior: sine oculis: sine pilo: Vngues tantū prominent: hanc lambendo paulatim figurant. Idem libro. viii.

g Tygris. A. de tygribus videto eglo. v. h Heu male tunc lybie solis erratur in aruis. S. Solis. i. desertis. A. Hoc aūt ꝑpter varias feras dixit poeta (vt scribit Stra. li. xvii) multa lybie loca que habitari possint: nō habitanť ꝑpter feras: maximaq; mediterranee pars: et regio circa oceanū deserta est: multū quoq; torrida zona occupat. i Lybie in aruis. S. serpentibus plenis. k Vt tota tremor pertēptet equorū corpa. S. Signatis sermōibus vtiť ad vim amoris exaggerandā: dicens et tota corpa: & ꝑtēptet id est penitus temptet: cū dicat leuē odorē equarū: C. vt tota tre. ꝑtē. equorū corpora. Ex vi. s. amoris. Aristoteles enim libro de aīalibus affirmat: equum salatiorē esse reliqs aīalibus. hoīe excepto: ipmq; inire omni tempe et dum viuit. Quin & eque sicut mulieres etiā foete coitū patiuntur. cetera marem fugiunt. nisi que superfoetant: vt lepores. Eque societate iuncte: si equa socia moriatur: pullū suū nutriunt. Sunt adeo prolis cupide: vt sepe steriles auferant pullos a mrib⁹ quos tueanť. sed lacte carentes deprauant q̄s diligunt. Ait Aristo. Eque potissimū ex feminis libidine accēdunť: equiūtq;. Vnde & mulieres libidinosiores equire dicimus. l Si tm̄ notas odor attulit auras. S. Hyppalage est: pro si aure notū odorem apportauerunt. m Frena virum. SER. virorū fortium. n Rupesq; caue. SER: ad illud respicit: quod supra posuit ibi. Post mōtē oppositū & flumia lata. o Torq̄ntia montes. A. voluentia ingentes lapides. propter quod ondit equorū furorē: cū flumia etiā rapidissima tranent. p Sabellicus sus. SER. Sabinus. & est species ꝓ genere. Dicit autem suem domesticū quē cicurem vocant. Nam de apris sup ait. Tunc seuus aper. Hoc em̄ vult ꝓbare: nō tm̄ feras: sed etiā mansueta animalia amore in furorem moueri. A. Sabellicus sus. De sabellis videto latius li. ii. Geor. Pubemq; sabellam. Suilli tn̄ pecoris admissura: a fauonio ad equinoctiū vernū: impleť vno coitu. Plinius libro. viii. Et Varro li. ii. c. iiii. plurima. q Et prosubigit. Ser. fodit: & pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues facere consuerunt ad acquirendum robur. Vn̄ etiā latera & costas terentes durāt ea in futura certamia. A. Prosubigit: effodit. r Hinc atq; illinc. S. Et ad pedū motum: & ad tritionem costarum. s Humeros durat. A. In luto volutaris suibus gratissima: vt scribit Plī. Et Columella li. viii. t Quid iuuenis. S. Ne forte occurrat illa aīalia rōne carere: Dicit em̄ grauius hoīes in amorē cōmoueri. Fabula talī ē. Leander Abyden⁹ & Hero sestias fuerē inuicē se amātes. S; Leander ad Hero noctu ire cōsueuerat ꝑ fretū Hellespōticum. Qd̄ Seston & Abydon ciuitates interfluit. Cū igiť iuuenis oppssi; cadauer ad puellā delatū fuisset: illa ꝑcipitauit se e turri. A. Quid iuuenis agit supple. C. Leandrū Abydenū intelligit. Hoc exēplo docet tantā eē vim amoris: vt etiā in q̄ rō est illi repugnare nō possit. Fabulā hāc describit Musęus grec⁹ poeta. v Nocte natat. A. Allusē o est ad Leādrū. is aūt apd̄ Ouidiū. ad Hero suā scribēs sic ait: Nox erat incipiēs nāq; & meminisse voluptas. Quū foribus patriis egrediebar amās. Nec mora deposito pariter cum veste timore. Iactabā liquido brachia lenta maris. x Freta. ANTO. Hellespontum intelligit. De quo Solinus. c. x. inq̄t. ille āt magnus hellespont⁹ stringiť in stadia septē: q̄b⁹ ab europa. asiaticā plagā vindicat. hic q̄q; vrbes due: Abydos Asię: & Sestos Europę. Leāder āt Abyda discedens Seston per Hellespontū ad Hero nauigabat: Hinc ait ipsa: Quid referā q̄tiens do vestib⁹ oscula: q̄s tu Hellespontiacas ponis iturus aquas? y Porta tonat coeli. S. aer nubib⁹ plen⁹: per quē iter est ad coelū. A. Porta tonat coeli. Ianū quidā solēdemōstrari voluit: vt scribit Macro: li. sat. i. & ideo geminum quasi vtriusq; ianue celestis potentē: q̄ exoriēs apēriat diē: occidēs claudat: Et apud Ouid. li. i. fasto: Ipse Ian⁹ ait. Presideo foribus celi cū mitibus horis. Et redit officio Iuppiter ipse meo. Porta itaq; coeli duplex ē. Oriēs: et occidens. de q̄bus li. i. geor sic ait Maro. At Borée de ꝑte trucis quū fulmīat: et cū euriq; zephyriq; tonat domus: oīa plenis Rura natāt fossis. z Illisa. A. impulsa. a Miseri parētes. S. amor parētū. b Moritura virgo. A. Hero Leādro scribēs ait: Si tibi non parcis: dilecte parce puelle: Que nunq̄ nisi te sospite sospes erit. c Quid lynces bacchi. A. videto eglo. v. in illo versu: Daphnis & armenias. Coeunt aūt lynces auersi: vt cameli leōes: elephātis: tygres. auctor est Solinus. CRI. Non idem sunt lynces et ceruarii lupi: vt mlti crediderē. Nā Pli. cū de lupis tractet ait. Sūt in eo genere q̄ ceruarii dicūť: quidam e Gallia in Pompei magni harena spectatū dixim⁹. Huic q̄uis in fame mandenti: si respexerit obliuionem cibi surripere aīūt: digressiq; q̄rere aliū. Lyncū aūt hūor ita redditur: vbi gignunť glaciať: arescit ve in gēmas carbunculis similes. & igneo colore fulgentes durescit. Norunt hoc Lynces: et inuidētes: vrinā terra tegūt: sed eo celerius solidať: Lynces vulgo freq̄ntes in ethiopia gigni ait Pli. et mlta alia monstrosa aīalia. d Gen⁹ acre lu: A. Coeūt lupi toto anno nō āpli⁹ dies. xii. vt Solin⁹ & Plini⁹ scribūt. e Atq; canū. A. Canū iusta ad pariēdū annua etas. gerūt in vtero sexagenis dieb⁹: gignūt cecos: nec vlli pter hoiem mēoria maior. Plinius li. viii. f Quidque imbelles. S. licet sint imbelles: tamē mouentur ad prelium. AN. Quid. Ordo est. Quid cerui imbelles que prelia dant. vł q; pro et. g Cerui. A. a conceptu separāt se cerue: at mares relicte

Per syluas: tū seuus aper: tū pessima tygris.
Heu male tunc lybie solis erratur in aruis.
Nonne vides vt tota tremor pertēptet equorū
Corpora: si tantū notas odor attulit auras.
Ac neq; eos iam frena virū: neq; verbera seua:
Nō scopuli rupesq; caue: atq; obiecta retardāt
Flumīa: correptosq; vnda torq̄ētia montes.
Ipse ruit dentesq; sabellicus exacuit sus.
Et pede prosubigit terrā: fricat arbore costas:
Atq; hinc atq; illinc hūeros ad vulnera durat.
Quid iuuenis magnū cui versat in ossib⁹ ignē
Durus amor: nempe abruptis turbata ꝓcellis
Nocte natat ceca serus freta: quem sup ingens
porta tonat coeli: et scopulis illisa reclamant
Aequora: nec miseri pn̄t reuocare parentes.
Nec moritura super crudeli funere virgo
Quid lynces bacchi varie: et gen⁹ acre luporū
Atq; canū: quid que imbelles dāt ꝓlia cerui.

rabie libidinis ſequũt:animal eſt ſimplex:et omniũ rerum miraculo ſtupens:Pli.li.viii. h Furor eſt īſignis eq̄rũ: S.Notabil'eſt:p̄cipu⁹.A.Furor eq̄ꝝ.videto paulo ſupi⁹: ibi.ſtimulos auertere amoris q̄d ex Columella dixerim. i Mentē.A.voluptatē & appetitũ libidinis. k Potniades. S. Potnia ciuitas eſt:de q̄ fuit Glaucus:qui cũ ſacra veneris ſperneret: illa irata:equab⁹ eius īmiſit furorē: quibus vtebat̄ ad currũ:& eũ morſibus dilacerauerũt.Ordo autē tal'eſt. Quo tēpe Glauci mēbra malis aſſumpſerũt potniades q̄drigę. Hoc āt ideo fingit̄:ꝙ eis furorem venus immiſerit:quia dilaniatus eſt Glauc⁹: effrenatis nimia cupidie equabus: cum eas cohiberet a coitu:vt eēnt velociores. A.Potniades. Non lōge a Thebis in Boetia .ſ.eſt fons Dyrce .Et potnia in quib⁹ obuenere:q̄ de potniade Glauco fabulę vulgant:vt illũ potniades diſcerpſerint equę. Stra.ſcribit libro.ix.Probus vero inq̄t: ꝙ Potnia vrbs eſt Boetię: vbi Glauc⁹ Siſyphi filius Meropes (vt Aſclepiades li.i.ait) habuit equas:quas aſſueuerat hũana carne alere:quo cupidius in hoſtē irruerent: ip̄m aũt cum alimēta defeciſſent deuorauerunt:in ludis funebribus pelię. l Quadrigę. A. De his videto ī fine li.i.Geor.ibi m Trans gargara trāſq; ſonantē Aſcanium.S. Gargara pro quibuſlibet montibus:ſicut Aſcaniũ pro q̄buſlibet fluminib⁹ poſuit:q̄d & ſeq̄ntia indicant.A.Gargara. De his item videto lib.i.Georg. Mirant̄ gargara meſſes. Aſcaniũ Strabo lib.xiiii. ſcribit Aſcaniũ fluuium ex Aſcanio Myſię lacu defluere. n Supant montes et flu.tra.Ore omnis verſę in zephyrũ.S.Hoc etiā Varro dicit in Hiſpania vlteriore verno tp̄e eq̄s nimio ardore cōmotas:cōtra frigidiores ventos ora patefacere:ad ſedādũ calorē:& eas exinde concipe:& edere pullos:licȝ veloces: diu tñ minime duraturos.Nā breuis ad modũ vitę ſunt. o Verſę in zephyrũ.A.In fœtura res incredibil'ē in hiſpania:ſed & vera:ꝙ in Luſitania ad Oceanũ q̄dā e vento certo tp̄e concipiũt equę:vt hic gallinę ſolent : quarũ oua hiſpenenia appellāt:ſed ex his qui nati pulli nō plus triēnium viuunt. Hęc Varro libro ſecundo:ca.i.Columellaq; libro.vii.c.xxii.ait.Notiſſimũ etiam eē ſacro mōte Hiſpanię:qui procurrit in occidentē iuxta Oceanũ freq̄nter eq̄s ſine coitu parentũ parturiſſe:fœtumq; educaſſe:qui tamē inutil'eſt:ꝙ triennio priuſq; q̄ adoleſcat:morte abſumit̄. p Exceptant.S.freq̄nter accipiũt. q Vento grauidę. C.Conſtat in Luſitania circa Vliſſiponē vrbem et Tagũ amnē.equas Fauonio flante obuerſas: animalē concipe ſpiritũ:idq; partũ fieri:& gigni perniciſſimũ ita. Sed triēnium vitę non excedere:ait Plinius. r Caurumq;.

SER.pro corum. Sicut ſaurex p ſorex:caulis pro colis. A: Caurum Fauoni⁹:qui ab gręcis zephyrus dr̄. ab occaſu eq̄noctiali flat: Corus vero qui argeſtes: alitur ab occaſu ſolſticiali Plini⁹ li.ii.c.xlix. grandines ſeptemtrio importet & corus.ſiccus eſt corus p̄terq; deſinens:antea caurus dictus eſt:vt aiunt.

Scilicet ante om̄es furor eſt inſignis equarum
Et mentem venus ipſa dedit:quo tp̄e glauci
potniades malis mēbra abſumpſere q̄drigę.
Illas ducit amor trans gargara:tranſq; ſonantē
Aſcaniũ:ſuperant montes:& flumīa tranant.
Cōtinuoq; auidis:tibi ſubdita flāma medull'
Vere magis : quia vere calor redit oſſibus:illę
Ore om̄es verſę in zephyrũ ſtant rupib⁹ altis:
Exceptantq; leues auras:& ſępe ſine vllis
Coniugijs vento grauidę(mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos & dep̄ſſas conualles
Diffugiunt:non Eure tuos neq; ſolis ad ort⁹.
In boreā caurumq;:aut vnde nigerrim⁹ auſter
Naſcitur:& pluuio contriſtat frigore cœlum.
Hinc demũ(hyppomanes vero q̄d noīe dicũt
paſtores)lentum diſtillat ab inguine virus:
Hyppomanes:quod ſępe malę legere nouercę:
Miſcueruntq; herbas:et nō innoxia verba.
Sed fugit interea:fugit irreparabile tempus:
Singula dum capti circũuectamur amore.

s Hũc.A.ex furore libidinis. t Hyppomanes.S. Scit lectũ eē apud Heſiodũ herbā eē quādā quę hyppomanes vocatur:quaſi ιππομανιαν ſi enim eam cōmederint equi:furorē patiunt̄. Vñ nunc adiecit:vero q̄d nomine dicũt:nā vult illam herbam abuſiue Hyppomanes dictā: ab equorũ furore & inſania:cũ poſſint equi furere. ex alia q̄cunq; ratione. Reuera autē Hyppomanes dicit eē vir⁹ natũ απο της μανιας του ιππου .A.Scribit Pli.lib.viii.equis amoris innaſci vēeficiũ.Hyppomanes in fronte:in carice magnitudie:colore nigro quod ſtatim edito deuorat fœta:aut partum ad vbera nō admittit : ſi q̄s pręreptũ habeat:dicit̄ autē ab hyppon:id eſt equorum:& mania furia inſania. Eſt item Hyppomanes virus ſtillans ab inguine equę libidinis furore exſtimulatę:vt hic etiā apparet. CRIST.Hyppomanes : ait Ariſtoteles. Equas cum equiunt relictis ſociis ex aduerſo aq̄lonis : aut auſtri currere: nec quenq; appropiquare ſibi pati : donec vel defatigatę conſiſtant: vel ad marem p̄ueniant: tũc q; aliquid demittere : ꝙ hyppomanes appellatur eodem quo illd̄ quod naſcitur nomine.tale autem hoc eſt : quale illud ſuis quod apriam vocant. Sed hoc pręcipue ad minoris beneficia petitur. Equarũ libido eodem Ariſtotile teſte tonſa iuba extinguitur.Plinius autem ſcribit:Et ſane equis amoris innaſci:& cętera vt ſupra.

v Lentum virus. SER. viſcidum glutile.

x Legere nouercę.AN. Iuuenalis item Satira.vi. Hyppomanes carmenq; loquar coctumq; venenum Priuignoq; datum.

y Miſcueruntq; herbas.SER. Exprimit augmentum malitię nouercarum:quę virus herbis & cantibus herbarum augmentant:aut venena.

y Fugit irreparabile tēpus.A.Ouidius quoq; libro tertio de arte inquit. Ludite:eunt anni more fluentis aquę: Nec quę pręteriit iterum reuocabitur vnda. Nec quę pręteriit hora redire poteſt. Et Seneca ad Lucillum epiſtola prima ait. Omnia mi Lucili aliena ſunt. Tempus tantum noſtrum eſt. z Singula dum capti amore. S. Dum ſpeciatim ſingula deſcribimus.

a Capti amore.AN.ducti voluptate & oblectatione.



¶ Hoc satis armentis: superat pars altera curę
Lanigeros agitare greges: [b] hirtasq́ capellas.
[c] Hinc labor: hinc laudē fortes sperare coloni.
Nec sum animi dubiꝰ: [d] verbis ea vīcere magnū
Quā sit: [e] & angustis hunc addere rebꝰ honorē
Sed me [f] parnassi deserta per ardua: dulcis
Raptat amor: iuuat ire [g] iugis: [h] qua nulla priorū
[i] Castaliam [k] molli diuertitur [l] orbita cliuo.
[m] Nūc venerāda pales magno [n] nūc ore sonādū:
Incipiēs: [o] stabulis edico in mobilibus herbam

b Hirtasq́.capel.S.Setosas: vt hirsutūq́ supcilium. c Hinc labor.S. ad tuēda imbeciliora aialia.A.Hinc labor: e gregibus subiit: ac sequit.
d Verbis vincere.AN. Laudibꝰ extollere.est enī difficile minima laudibꝰ ostēdere maxima: quod qui exequūtur probandi sunt. e Et angustis hunc addere rebus honorem.S.i.humilē materiā alto sermone decorare. Sic illud in quarto est. In tenui labor at tenuis nō gloria.
f Parnassi deserta per ardua.S.Parnassi ardua: Heliconē & Cytheronē montes musis dicatos significat. & hoc dic: scribendi amor rapit me ad opus arduum: & ante a nullo scriptum: quod per Peryphrasim & allegoriam poeticam indicat. AN. Parnassus mons est Phocidis: qui musis consecratus existit: Estq́ in eo rupes quędā prerupta: frondosam relinqns vallem: quę rupes Cyrphis vocatur: saxea est: et nubibus pulsatur. Strabo libro nono. ¶ Sed me parnassi. sensus est: q̃uis difficile sit angusta laudibus extollere: attamen iuuat me ductum amore glorię talia exequi: & Parnassum ascendere per aliam viam quam alii vates ascenderint: hoc est scribēdo: quę ab aliis nō ita tractata fuerāt.
g Iugis.SER. per iuga.A.i.cacumina Parnassi.
h Qua nulla priorum castaliam diuertitur.SER.id est disponere Castaliam per eam viam: per quam nullus añ egit orbitā suam. Ordo autem est. Qua nulla prior orbita Castiliam diuertitur.
i Castaliam.ANT. Castalia fons est in Parnasso. ad fines cuius fontis Delphi vrbs locata erat. Strabonis tempore: vt ipse docet libro.ix. Probꝰ ait ꝙ Castalius fons ē Delphis in Apollinis oraculo: qui abluit ipam arā dei. k Molli cliuo.S. Facili itinere & descensione. Hic autem locus totꝰ de Lucretio translatꝰ est.
l Orbita.A.Iter vel cursus. Est enim orbita proprie vestigiū rotę: ab orbe dicta.
m Nunc veneranda pales: SER.id est dea pabuli inuocanda nunc maxime. n Magno ore. AN. Res enim amplę extollendę sunt.
o Stabulis ī mollibus. SER. clementioribus & aeris temperati. Vel propter plagam australem: Vel propter suppositas herbas animalibus. ANT. Stabulis in mollibus: id est mitibus temperatis & non frigidis. Hinc Varro libro secundo: capitulo secūdo ait de ouibus. Primum prouidendū: vt totum annū recte pascantur intus & foris: stabula idoneo loco vt sint: nec ventosa: quę spectent magis ad orientē q̃ ad meridianū tempꝰ: vbi stent solum oportet eē eruderatū et procliuū: vt euerti facile possit: ac fieri purum: Non enim solum ea vligo lanam corrumpit ouium: sed etiam vngulas ac scabras fieri cogit: quum aliquot dies steterunt: subiicere oportet virgulta alia: quo mollius requiescant. purioresq́ sint. Libentius enim ita pascuntur: faciendumq́ septa secreta ab aliis: quo enitentes secludere possis. Item quoquo corpe ęgro: hęc magis ad villaticos greges animaduertenda. Contra illa quę in saltibus pascuntur: & a tectis absunt longe portant secum crates: aut rhetia quibꝰ curtes in solitudine faciant.

Carpe ouis: dū mox frondosa reducit ęstas:
Et multa duram stipula filicumq; maniplis
Sternere subter humū: glacies ne frigida lędat
Molle pecus: scabiēq; ferat: turpisq; podagras.
post hunc digressus iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere: & fluuios prębere recentes:
Et stabula a uentis hyberno opponere soli:
Ad mediū conuersa diem: quū frigidus olim
Iam cadit: extremoq; irrorat aquarius anno.
Hęc quoq; non cura nobis leuiore tuenda:
Nec minor vsus erit: q̄uis milesia magno
Vellera mutentur: tyrios incocta rubores:
Densior hinc soboles: hinc largi copia lactis:
Quā magis ex hausto spumauerit vbere mul(ctra:

p Frondosa reducit ęstas. S: i. donec vernū tp̄s adueniat. Nā (vt etiā in primo diximꝰ) ver et ęstas: sic hyems: et autūnus vnū fuerit: s̄m rōnē hemisperii. A. frōdosa ęstas. Nō ver intelligit. s; ęstatē ipam. Quę q̄dē incipit. vii. Idꝰ Maii. Ver aūt. vii. Idus Februarii: quo tp̄e etiā niues et frigora vigere solent. Vn̄ varro dicto lib. ait: q; sibi greges in Apulia hybernabāt: q in Rheatinis mōtibꝰ ęstuabant. q Molle. A. debile. r Turpesq; podagras: S. Respexit ad curā: q̄ sine pānis: & medicaminibꝰ sordidis nō fit. A Turpesq; podagras. turpes efficientes. Podagra aūt cōponit a podos id est pedis. et agra captura: aut pręda. agria vero dolor dr̄. Ponit itē podogra: q̄nq; p laqueo seu pedica. vel quia podas. i. pedes agremi. id est capit. s Post hinc. S. Cū hoc feceris: & hinc vnum vacat. sicut primꝰ. ibi ante omnes. t Frondētia capris. A. Arbuta. Caprę potius syluestribus delectant saltibus q̄ pratis: Studiose eni de agrestibꝰ fruticibus pascūt: atq; in locis cultis virgulta carpunt: itaq; a carpendo caprę nominatę. Sic Varro scribit li. ii. c. iii. Meminit & similia fere Columella li. vii. de capris. v Fluuios p̄bere recē. S. i. aquā statim haustā. nam si pigram potauerint: morbū statim contrahunt. x Stabula a ven. S. figurate scilicet: vento nō perferentia. A. Stabula a ventis: sc; remota. stabulatur caprinū pecus melius ad hybernos exortos. Caprile autem lapide: aut testa substerni oportz: quo minus sit vliginosū aut lutulentū: foris cum est pernoctandū substernimus virgultis: ne oblināt ur. Varro li. ii. y Hyberno soli. SER. id est contra plagam meridionalē per quam sol currit per hyemē: qd̄ explanat dicens. Ad mediū cōuersa diem. z Quū frigidus olim. A. Ordo est: quū olim frigidꝰ iā cadit: quū eni occidit: nō ita frigidus esse videtur. Est āt aquarius frigidus & hyemalis. vt etiā asserit Ptholomeꝰ libro primo q̄tuor p̄tiū: hinc Saturno assignatis. a Extremo anno. S. id est mense Ianuario: q est penultimus. Nam (vt etiā in primo diximꝰ) vt primus ex tēplo a mensibꝰ anni: Martio mense inchoabat annus apud maiores. Ergo extremo anno. dicit extrema p̄te anni. A. Extremo anno. Secundū illorū opinionē locutus est. qui annū a Martio incipiebant. Hoc eni pacto aquarius & pisces in extremo anni eē vident. olim vero aq̄rius et pisces vnū sydus erant: vt scorpius & libra. Vt aquariū vltimū ait: qa ver piscibꝰ incipit in primo mobili: De q̄ etiā Manilius: xii. kalen̄ Februarii sol in aq̄riū transit. Et ex. xv. kal. Februarii aquariꝰ incipit oriri. Ventus aphricus tēpestatē significat. Nonis februarii: medię p̄tes aq̄rii oriūtur. ventosa tēpestas. Quintodecimo kal. Martii sol in pisces transitū facit: hinc occidit aq̄rius. Auctor Colu. li. xii. c. ii. C. Extremo aq̄riꝰ anno. Nam si principiū anni est aries: aquariꝰ qui vndecimꝰ est in zodiaco. est pene in fine anni. b Hęc q; n̄ cura nobis leuiore tuēda. S. Sane perite: q̄m scit planā eē oīū vtilitatem; eam p̄terit. et exaggerat meritū capellarum: vt dictis in lucē promat rem p̄ se minus patentē. A. Hęc quoq;. Caprina videlicet pecora. C. Hęc. s. stabula caprarū: nō sunt miori cura tuenda q̄ ouiū: licet nō ferant lanas vt oues: sed tñ in Cilicia (vt refert Aristo) tōdent vt oues. c Vsus. A. vtilitas. d Milesia magno vellera mutent. S. Lanę p̄ciosissimę. Nā miletus ciuitas est Asię: vbi tingunt lanę optimę. Ipse in q̄rto Milesia vellera nymphę carpebant: Cicero in verrem. Quid a Milesiis lanę sustulerit. Magno aūt mutent. i. ingēti p̄cio cōparent. Nā apd̄ maiores omne mercimoniū p mutatiōe ↄstabat. qd̄ et Carꝰ Homerico confirmat exēplo. A. Miletos Ionię caput: Cadmi olim domꝰ: sed eius qui primus inuenit prosę orōnis disciplinā. Solinꝰ autor. c. xxvii. Strabo vero li. xiiii. scribit Miletū: a meleo conditū qui genere Pyliꝰ fuit: erat aūt optima vrbs atq; clarissima: ex q̄ oriundi fuere viri memoratu digni. Thales vnꝰ e septē sapiētibꝰ: q primꝰ philosophię: ac mathematicę auctor fuit: inter grecos. Anaximander eius discipulꝰ: & Anaximādri Anaximenes. Item Heccatęus q historiā scripsit Aeschines orator: qui assumpta nimia erga Pompeiū magnū licentia missus est in exiliū. Milesia vellera. tertium lanę locum Milesię oues obtinent: vt Pli. scribit li. viii. c. ix. C. Milesia vellera. Miletū Ionia condit Heleus: qui genere pylius fuit. Ephorus autem scribit Cretenses prius eā sup̄ mare condidisse: vbi nunc antiqua miletus ē: atq; habitatores ex Mileto Cretensi: a Sarpedone deductos: et vrbi nomē ipositū a Mileto: qui in Creta est: cum prius leges locū tenerent. Postea Neleū hāc nouā condidisse. e Tyrios icocta rubores. S. Figuratę. i. quę coq̄ndo tyriū traxit suborē. i. migrauit in purpurā. A. Tyrios rubo. Purpureū liquorē intelligit. De q̄ videto li. ii. Geor. Et Sarano dormiat ostro. f Densior hinc sob. S. Binos eni pariūt capellę plerūq;. A. Caprę pariūt & q̄ternos: sed raro admodū. ferūt q̄nq; mēsibꝰ: vt oues: caprę pinguedie sterilescūt: trimę minus vtiles generāt: & in senecta nō vltra q̄drienniū: incipiūt septimo mēse adhuc lactantes: concipiūt nouēbri mēse: vt Martio pariāt: vita lōgissima plurimū annis. viii. tradūt et noctu minꝰ cernere q̄ inter diu. Pli. li. viii. Colu. uero. li. viii. c. vi. de capris sic ait. Parit āt si est generosa, ples freq̄nter duos: nōnunq; trigeminos. g Copia lactis. C. Mulieri añ septimū mēsem pfusū lac inutile: ab eo mēse q̄ vitalis est partꝰ salubrę. plerisq; totis mām̄is: et inꝰ sinꝰ aliarum fluit. Cameli lac mulget: ne iterū grauescat: suauissimū hoc putat ad vnā mēsurā tribꝰ aquę additis. Bos añ partū nō habet. Ex prio sp a partu colustra fiūt. ne admisceat aq̄. in pumicis modū coeūt: genꝰ mali vocat colustratio. Caseꝰ nō fit ex vtrinq; dentatis: q̄m eorū lac non coit. Tenuissimū camel: Mox eq̄bꝰ. crassissimū asinis: vt coaguli vice vtāt. q̄ pl'es q̄ternas mām̄as hn̄t: caseo inutilia: meliora q̄ binas: coagulū inutile leporis. Hedi laudatum melius; dusipodis vnius; vtriūq; dentatorū.

h Leta vbera mammis: A. Hic locus oñdit vbera recte deduci ab humeo ꝑm aliq̃s: vt tubera a tumeo. m. lr̃a in b conuersa. Loca enĩ arida et infoecunda sunt: apparetq́ꝫ vbera dici interiora mãmarũ. Mammas vero vberi emi nẽtias. i Nec min⁹ interea. A. Dũ inq̃t capre & sobolem et copiã lactis ꝑbent. hirci etiam cõmoda hominib⁹ tribuũt: & in terra & in mari. k Barbas. S. sic de quadrupedib⁹: nã hoĩm barbam vocamus. AH. Barbas id pilos dicũt. mentũ vero pilorum locum. l Incana. S. nimiũ cana. m Cyniphei hirci. S. Lybies a fluuio Cyniphe. AN. Cyniphei hirci. Cynyps fluuius est in lybia per vberrima arua decidens: vt scribit Mela. poeta ꝓo oñdit illic eẽ hircos tonsili pilo. Et Pli. libro. viii. ait: q̃ in Cilicia circa q̃ꝫ Syriam capre tonsili vestiũtur villo. n Tondẽt. A. Pro tondent. hoc loco Priscian⁹ exponit li. viii. Videto latius in Tityro: ibi. Tondenti barba cadebat. Potest etiã dici: tondent: scilicet: pastores. & sic Cyniphei hirci cõmuniseft singularis. o Vsum in castrorũ. A. Varro li. ii. c. vltimo sic ait: Suscipit Cassinius: vt fructũ ouis e lana ad vestimẽtũ: sic capra pilos administrat ad vsum nauticũ: & ad bellica tormenta. & fabrilia vasa. Neq̃ non quasdã nationes harũ pellibus sunt vestite. vt i Getulia & Sardinia. Post inquit: q̃ magnis villis sunt in magna parte phrygie: vñ cilicia & cetera eius generis fieri solent. p Miseris nautis. S. quia frequẽtes patiuntur pericula. Et ideo dixit: in vsum castroꝝ. quia de Ciliciis: & poliunt lorice: et tegũtur tabulata turrium: ne iactis facibus ignis possit adherere. Et bene laudat capellas: dicens ciliciorũ vsum & in mari & in terra ꝓdesse mortalib⁹. Hoc est in duob⁹ elemẽtis cõcessis homib⁹. q Pascũt syluas. S. Et pasco & pascor illã rẽ dicimus: A. Pascũt. Videto paulo sup̃⁹ ibi. Frondẽtia 'arbuta. r Summa lycei. S. montis Archadie. & est species ꝑ genere. A. Pro quocunq́ꝫ monte posuit Lyceũ Archadie montẽ: Nam ibi ouiũ & caprarũ copia. C. Summa lycei allusit ad naturã caprarum: que est: vt pascendo ascendant & nõ descendãt. Vñ in zodiaco signũ in q̃ sol ab inferiorib⁹ ꝑtibus meridianis incipit ad septemtrionales: atq́ꝫ superiores partes ascendere: hac potissimũ ratiõe capricornũ dixerunt. Est autem magna laus: & q̃ lacte prole q́ꝫ vincant oues. Et q̃ loca inculta satis illi sint ad pascua: & custode non multũ indigeant: q̃ndo sua sponte pastę domũ redeant. Ergo cum nõ egeant auxilio humano: nisi in hyeme: non sun ispe deferende. s Dumos. AN. spinas. t Suosq́ꝫ ducunt. S. educũt foetus ꝓprios & nutriũt. vnde & educatos dicimus. A. Suosq́ꝫ ducunt. vel secum ducũt pascendo. vel ducũt pro educunt. i. nutriũt ac lactant: q̃ q̃uis sit: oĩno vbera plena domũ referunt Columella li. viii. c. vi. scribit: q̃ capella p̃cipue ꝓbatur simillima hirco. si etiã est vberis maximi et lactis abundãtissimi. v Glaciem. A. Colũmella lib. viii. de capris inq̃t: Huic pecudi nocet estus. sed magis frigus et p̃cipue foete: id est grauide: que ĩ gelicidio hyemis conceptũ fecit. De caprili vero supius videto ibi: Stabula a ventis. x Quo minor est ill' cu. mor. egest. SER. Ordo est. Omni studio auertas ab eis vẽtos & glaciem: quo egestas mortalis. i. necessitas mortalitatis minor est illis cure. Hoc est minus ꝑtinet ad ipsam curam: Nam hoc dicit: Quanto sibi adesse nõ p̃nt: tanto eis a te maior: ẽ impẽdenda diligentia. y Mortal' egestas. A. Ordo ẽ in hoc carmine. Quo egestas mortalis est minor cure illo. i. minori cure: hoc est: q̃nto mim⁹ curãt hũanã intelligentiã: necessitatẽ: auxiliũ: tanto magis eas curare debem⁹. z Virgea pabula. A. Arbustul' enĩ frutetisq́ꝫ maxime gaudent capre: ea sunt arbut⁹ cythisusq́ꝫ agrestis: nec minus ilignei querneiq́ꝫ frutices qui in altitudine nõ ꝓsiliũt. Colu. li. viii. a foenilia brũa. Idẽ eodẽ li. ca. vero. iii. ait de ouib⁹ q̃ penurie hyemis succurritur: obiectis intra tectũ per ꝑsepia cibis. Aluntur aũt cõmodissime repositis vlmeis: vel ex fraxino frondib⁹. vl' autũnali foeno: quod cordũ vocatur: nam id mollius. et ob id iucundius est q̃ꝫ maturũ. Cytiso quoq́ꝫ & satiua vicia pulcherrime pascuntur. hec ille. De ouib⁹ hyeme cibandis: q̃d q̃dẽ etiã de capris intelligẽdũ est. ait enim Varro libro iii. capitulo tertio. Nec multo aliter tuendũ eẽ hoc pecus in pastu: ac ouiũ. a At vero. A. ordo ẽ. Quũ estas leta sc; est: vel aduenit zephyris vocantib⁹ mites i salt⁹ &c. b Leta estas. S. Subaudi aduenerit. Dicit aũt ver q̃ flare zephyrus incipit. vt. Et zephyro. putris se gleba resoluit. A. Leta estas. Nõ de vere: sed deipsa estate loquit' Columella eñi li. xii c. ii. sic ait: Nonis Maiis Vergilie exoriũtur: mane fauoni⁹: vii. Idus Maii estatis initiũ. Fauoni⁹ aut corus interdũ: & pluuie. Ecce hic apparet quõ estatẽ zephyri vocant. Preterea Varro etiã li. ii. c. ii. id aptissime ostendit de estate nõ de vere intelligendũ: Ait eñi de ouibus: q̃ estate cũ prima luce exeũt pastũ. ꝓpterea q̃ tunc herba roscida: meridiãa (q̃ ẽ aridior) iocũditate ꝑstat: sole exortu puro ꝓpellũt: vt redintegrãtes rursus ad pastũ alacriores faciant. circiter meridianos estus: dũ deferuescat subũbriferas rupes: & arbores patulas subiiciũt: q̃ad refrigerato aere vespertino rursus pascãt ad sol' occasum. Ita pascere pecus oportet: vt aduerso sole agat. caput eĩ ouis molle maxĩe est: Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendũ appellũt: et rurs⁹ pascũt q̃ad cõtenebrauit. iterũ enim tum iucunditas in herba redintegrauit. hec ab vergiliarum exortu ad equinoctium autumnale maxime obseruant. Reliquę pastiones hyberno ac verno tempore hoc mutãt: q̃ pruina iam exualata propellunt in pabulum: & pascunt diem totũ. ac meridiano tempore semel agere potum satis habent. His igitur patet de estate intelligi non de vere: que omnia Varronis precepta Maro apposuit hoc loco. Columella item libro octauo capitulo tertio de estate intelligit. c Vtrunq́ꝫ gregem. AN. ouium & caprarum.

Leta magis pressis manabũt vbera mammis.
Nec minus interea barbas incanaq́ꝫ menta
Cyniphei tondent hirci: setasq́ꝫ comantis
Vsum in castrorũ: & miseris velamina nautis.
pascuntur vero syluas & summa lycei:
Horrẽtisq́ꝫ rubos: & amãtis ardua dumos.
Atq́ꝫ ipse memores redeunt in tecta: suosq́ꝫ
Ducunt: & grauido superant vix vbere limẽ:
Ergo omni studio glaciem ventosq́ꝫ niuales,
(Quo minor est illis cure mortalis egestas)
Auertes, victumq́ꝫ feres: et virgea letus
pabula: nec tota claudes foenilia bruma.
At vero zephyris quũ leta vocãtibus estas
In saltus vtrũq́ꝫ gregem: atq́ꝫ in pascua mittes.

d Luciferi. A: de hoc iā supra. e Carpamus: S. carpe cogamus aīalia. Et mane pasci precipit oues ſm more ſue puinzie. Nā in aliquibus locis morbū contrahūt: nisi iā siccato rore pascantur. f Dū gramia ca. S: Nocturnis & matutinis lucentes roribus herbe. A: Canēt ppter pruinā scz: g Et ros. A. de rore item superius. h Sitim coeli. A. Aeris estū. i Et cantu q̄rule rumpent arbusta cicade. S. querule canore. Hora. Sub cantu q̄rule despice tibie. Aut cert e q̄rule. ppter illā fabulā dicit. q Titon⁹ maritus aurore post optatā lōgissimā vitam: in cicadā dicit̄ cōuersus: A. Cicade: videto in Alexi. k Rūpent. S. nimio scz clamore. Iuuenal. Et assiduo rupte lectore colūne. Persius findor: vt archadie pecuaria rudere dicas. l Illignis canalibus. S. ex illice factis: Sane & canalib⁹ meli⁹ foeminini generis: q̄ masculini pferim⁹. A. Colū. li. viii. c. iii. ait. Nulla esse tā blāda pabula: aut etiā pascua: quorū gmia nō exilescāt vsu continuo: nisi pecudū fastidio occurreris prebito sale: qd veluti condimentū p estatē canalib⁹ ligneis impositū quū e pastu redeunt oues lambūt: atq̄ eo sapore cupidinē bibendi: pascendiq̄ cōcipiūt. m Sic vbi magna Iouis antiq̄ ro. quer. S. que est Ioui cōsecrata: n Nigrū: S. qd dicit Iouis quercus & ilicibus crebris sacra vmbra.

Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus: dū mane nouū: dū gramia canent:
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde vbi quarta sitim coeli collegerit hora:
Et cantu querule rumpent arbusta cicade
Ad puteos: aut alta greges ad stagna iubeto
Currentē illignis potare canalibus vndam.
Aestib⁹ at mediis vmbrosam exquirere vallē:
Sicvbi magna iouis antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos: aut sic vbi nigrum
Illicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rursus aq̄s: et pascere rursus
Solis ad occasum: quū frigidus aera vesper
Temperat: et saltus reficit iam rosida luna:
Littoraq̄ alcyonē resonāt: et achantida dūmi.

Non reuera cōsecratos lucos dicit nos petere debere: sed ita densos: vt sunt illi quos religio defendit: Vñ apparet quercum Iouis & sacrā vmbrā: generalia eē nō specilia epitheta: Nam vt diximus: & omnis quercus Ioui est consecrata: & omnis lucus Diane. o Tenues aq̄s. S. epitheton aquarū: Alibi. Aut in aq̄s tenuis dilapsus abibit. p Temperat. S. Refrigerat estatis calorem. q Reficit. S. i. recreat r Rosida lūa. S. nox. A: Humida ītelligit q̄ de vespertina luna: q̄ omīa (vt iam ostendi) Varro quoq̄ edocuit. C. Rosida luna. humectās luna. nā ab Astrologis dr̄: mater roris: & humoris ministra. hūidus eñ planeta est: s Littoraq̄ alcyonem: S. i. quo tp̄e resonat p littora Alcyon auis: cui⁹ fabulā in primo memorauimus. ibi. Dilecte Tethidi alcyones. t Achanthida dumi. S. p dumos Acanthis: quā alii luscíniam esse volunt. alii pro carduelū: q̄ spinis & carduis pascit̄: vt inde etiā apud grecos acanthis dicta sit: ab acanthis. i. spinis quibus pascitur. A. Achantida: Sic legendū est non aliter. Nam Theocrit⁹ in quodā carmine egloge: que inscribitur Thalysia acanthides ait: Est aūtē acanthis auis vario colore & stridula: que inter spinas viuit. Legatur igitur carmē sic. Littora que alcyonem resonāt: et acanthida dumi.



v Quid tibi pastores lybię. S. dicit pro qualitate ꝓuin tiarum: diuersa esse genera pastionum. A. Quid tibi ⁊c. Ostendit secundum varias regiones vario modo: & tem pore pasci. Pastores lybię: Numidas seu Nomadas intelli git: Scribit em̃ Solin⁹: ꝙ Numidę incolę q̃diu errabant pabulationib⁹ vagabūdis Nomades dicti sunt. Et Plini⁹ li. v. c. iiii. sic ait. Numidę ꝟo Nomades a permutādis pa pilionibus: mapalia sua: hoc est domos palustres circum ferentes. Nomas aūt numidia dr̃. & pastor. Nomeus pa stor. Nomeo pasco. No mę pabulū pastura. No mao aūt cū secunda litte ra omega diuido. mo ueo. CRI. Pastores lybię hos Nomadas appellāt. Nam in Numida q̃ pars lybię est: pastoriā exercēt.

x Raris habitata mapa lia tectis. A. Mapalia ca sę Punicę appellanť. vt i quit Festus: De his vero Salustius in iug. sic: Cę terum adhuc ędificia Nu midarū agrestiū q̃ mapa lia illi vocāt ob longa in curuis lateribus tecta: q̃si nauiū carinę sunt. Raris tectis. scribit Strabo libro xvii. Q̃ maxima medi terraneę lybię pars & re gio circa Oceanū deserta est: paruis ꝑterea habita tionibus & sparsis: et ex magna ꝑte pastoralibus distincta est. Ora autē q̃ ex aduersa nobis est: tota bene habitatur.

y Sine vllis hospitiis. S. sine vllis stabul'. z Ar mentari⁹. S. Apher agit: abusiue armentariū po suit: nā nunc de gregibus loquiť: A. Armētarius. Sūt em̃ ibi & armenta & greges. ꝓpterea armentarius ait.

a Tectū q̃ laremq̃. S. Tentoria militum more: ac si ca sam diceret. A. Tectum Mapalia id est domos palustres intelligit: vt ex Plinii verbis superioribus habeť. Laremq̃ hic intelligo ignē: q̃m tectum dixit. Et Colu. li. xij. de vil lico inquit. Consuescatq̃ rusticus circa larem domini fo cum familiarē semp epulari. Lar etiam q̃nq̃ ꝓ domo po nitur. Ouid. i. Trist. Quę nostro frustra iuncta fuere lari. poniť & ꝓ deo ipso familiari.. qui domi in ipso foco cole batur. nā focus deorum penatiū ara est. vt etiā Porphirio tradit. Hęc tū latius habenť Ode. ii. b Amyclęū. S. la conicū: & est species ꝓ genere. Amyclę aūt est ciuitas La conię. Vn̄ est. talis Amiclęi domit⁹ pollutis habenis Cyl larus. A. Superius de amyclis patuit. C Amyclę vrbs est laconię ꝓuintię. nā Laconia optimos canes habuit. Mar cus enim Varro duo genera canū ponit. Alios venaticos: alios ad custodem pecoris: Inter hos maxime laudat La conicos & epiroticos: & longo ordine describit quali fi gura eos esse: & quo colore deceat. Et quō emi; consueue rūt. dicit remediū esse. vt relicto venditore emptorē sequa tur: ranam coctā sibi obiici. Tertium genus addit. Colu. eorum qui ad villę custodiam comparanť: in quibus nō multum referre ait: ꝙ veloces non sint: sed oportere esse ampli corporis: & vasti latratus & canori: vt auditu & conspectu: terrorē furi inferat. sit colore niger: nam in lu ce terribilior apparet: in tenebris non aspicitur. Pastor ve ro album probat: quoniā est ferę dissimilis: neq̃ pro fera in nocte pulsabitur. Pecuarius autem villatico celerior. ve natico tardior sit. Nam sat est vt lupum ouem deportan tem assequatur. Duo ad custodiam vni⁹ gregis sat sunt.

Sit autem foemina & mas quo maiori concordia inter se degant. c Cressamq̃ pharetram. AN. In creta enim optimi calami pro sagittis fiunt apud Cydoniā vrbem: de qua in fine Bucco. d Patriis in armis. S. Generaliť sibi concessis: ac si diceret Martiis.

e Acer romanus. C. Nā refert Cicero in Tuscu. q̃stioni bus. Nostri exercitus primū vnde habeant nomen vides Deinde qui labor et quanti vides ferre plusq̃ dimidiati mensis cibaria: ferre si quid ad vsum velint: ferre vallum. Nam scutū: gladiū: gale am: pro onere nostri mili tes non plus numerant: q̃ humeros: lacertos: ma nus. f Iniusto sub fa sce. S. sub magno onere: Vt ego hoc te fasce leua bo. Magnum autē onus dicit propter arma: ali menta: vestitum. ANT. Iniusto sub fasce: id ē sub ingenti onere. Vegetius enim libro primo scribit: Q̃ pondus quoq̃ baiu lare vsq̃ ad sexaginta li bras & iter facere gradu militari frequētissime co gendi sunt iuniores. qui bus in arduis expeditiōi bus necessitas imminet annonam pariter & ar ma portandi. quam rem antiquos milites factitas se (Virgilio ipso teste) co gnosci potest: ex hoc lo co: vt idem ait.

Quid tibi pastores lybię: quid pascua versu
Prosequar? & raris habitata mapalia tectis.
Sępe diem noctemq̃: et totū ex ordine mēsem
Pascitur: itaq̃ pecus longa in deserta: sine vllis
Hospitiis: tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius afer agit: tectumq̃ laremq̃:
Armaq̃: amyclęūq̃ canē: cressamq̃ pharetrā.
Nō secus ac patriis acer romanus in armis:
Iniusto sub fasce viam cum carpit: & hosti
Ante expectatum positis stat in agmīe castris.
At nō qua scythię gentes: meoticaq̃ vnda
Turbidus & torquēs flauentes ister harenas.

g Et hosti. AN. legiť & hostem in antiquis.

h Ante expectatum. S. Dicto citius anteq̃ eius expectetur aduentus. & est vna pars orationis: hoc est Aduerbium.

i Positis stat in agmīe castris. SER. Stat: id est obstat: nam Apheresis est. CRISTO. Positis castris. Nam castra munire: cum vallum tulerint paruo temporis momento possunt. k At non qua Scythię gentes. SER. subau di talis est passio. ANT. At non.: scilic; pecus id longa in deserta Scythię gentes. Hic Nomades alios pastores qui in Scythia sunt intelligit. De quibus Strabo libro secun do sic ait. Nomades etenim tentoriis vtuntur teutonum instar pilo contextis: in palustris vitam degentes: circum q̃ tentoria pecora comitantur: a quibus victum cap tant et aluntur lacte: caseo: carne. Pascua vero sectantur: loca semper herbosa permutantes: hybernis quidem tem poribus Męoticis versanť in paludibus. ęstiuis vero per campestria vagantur: & cętera. CIRST: At non qua Scy thię. Sub Scythia olim magna pars Germanię fuit & Boemię. Germania attingit amnem oderam: ab oriente Dacos: ab occidente Gallos: a meridie Italiam. Sarma thia incipit ab Odera flumine: vsq̃ ad Boristhenem. pro prie Sarmathę nunc sunt Lituani: Poloni. Sarmathia se ptem linguas habet. Scythia incipit ab Boristhene.

l Męoticaq̃ vnda. SER. Męotis palus est Scythię. fri gore congelescens. ANT. Męotis Scythię lacus: qui Ta naim recipit: vt Strabo docet libro duodecimo. Plinius quoq̃ libro sexto: lacum dicit. Item vero Strabo libro se ptimo. Męotidis paludis ostium inquit. CRIST. Męoti ca. Hęc palus maxima est: parte eius superiori infundiť ta nais. m Ister. SER. Fluuius est Scythię qui & Da nubius nominatur. AN. Ister De hoc videto libro secun do Georgicorum: ibi. Descendens Dacus ab istro.

O

Quaꝗ redit medium rhodope porrecta sub axem:
Illic clausa tenēt stabulꝰ armēta:neꝗ vllę
Aut herbę campo apparēt:aut arbore frōdes.
Sed iacet aggeribus niueis informis:& alto
Terra gelu late:septemꝗ assurgit in vlnas
Semper hyems:sēp spirantes frigora cauri.
Tum sol pallētes haud vnꝗ discutit vmbras:
Nec quū inuectꝰ eqs altū petit ethera:nec quū
Pręcipitē oceani rubro lauit ęquore currum.
Concrescunt subitę currenti in flumīe crustę:
Vndaꝗ iam tergo ferratos sustinet vrbes:
Puppibꝰ illa priꝰ patulꝰ:nūc hospita plaustris.
Aeraꝗ dissiliunt vulgo:vestesꝗ rigescunt
Indutę:cęduntꝗ securibus humida vina.
Et totę solidam in glaciem vertere lacunę.
Stiriaꝗ impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non setius aere ningit:
Intereunt pecudes:stant cirumfusa pruinis

n Rhodope. SER. Mons thracię protentus in orientalem plagam:in septemtriōalem reflectitur. nam ideo ait redit sub axem. Nam axis est septemptrio:quę grece αμαξα dicitur. AN. Rhodope Thracię mons tendens in septemtrionem vbi axis est. de quo supra. Strabo libro septimo Mysos:Thraces:& Getas:etiam nomadas vocatos innuit.i.pastores. o Informes. SER. niuis superfusione carens varietate formarū:nullisꝗ agnoscēda limitibus. ANT. Informis terra:sine forma propria:niue enī tecta est. p Gelu. A. Strabo dicto li. de Męotica regione ait: Aereę scindunṫ hydrię:quę vero inter illas sunt congelantur:& pisces in glacie destituti:ligonibus effodiuntur:alueos plaustris deambulāt. Meminit itē plura de glatie Męotidis libro secundo.

q Septemꝗ assurgit in vlnas. SER. assurgit:crescit. Vlna autem secundū alios vtriusꝗ manus extensio est:secundum alios cubitus:quod magis verum est:quia grece ωλενοσ dicitur cubitus: Vnde ē λευκωλενοσ Ηρη. ANTO. Septem vlnas in septem brachia. De vlna latius ęgloga tertia.

r Semper hyems: AN. De scythia regione multa:quę hic etiam conueniunt dicta sunt. libro primo Georgicoꝝ. ibi. Mundus vt ad Scythiam.

s Cauri. AN. In hoc libro iam de eis diximus.

t Pallentes haud vnꝗ. SER. nunꝗ nubes dissoluit:nam pallentes vmbras non ex nocte:sed ex nubibꝰ factas appellat.

v Altum ęthera. AN. id est nec cum tendit sol ad Cancrū:nec cum tendit ad Capricornum:nā tunc descendit.

x Rubro ęquore. AN. quod rubrum mare siue ęthiopicū appellant: ad austrum versus effunditur. ex ea maximo parte qua vasta quędam solitudo:& inhabitabilis terrę plaga conspicitur:ardentibus semper caloribus exusta. Auctor Dionysius. Videto item Plinium libro sexto:c.xxvii. & Solinum caplo.xlvii. y Concrescunt subitę currenti in flumine crustę. S. Aquę currentes repente coagulantur. Et notandū:quia cum crustam dicimus fœminino genere:lapidis aut ligni gelu ue partē significat. Cū vero crustū dicimus: ędulium aliquid significamꝰ partē panis vel placēte. Ipse in septimo inqt:Orbem fatalis crusti. Horatius. Dant crustula blandi doctores ⁊c. Iuuenalis. Nos colaphū incutimus lambenti crustula seruo.

z Ferratos orbes. A. Strabo li. secundo scribit ꝙ in ore paludis Męoticę. tāta glaciei vis ē:vt quo in loco missus a Mithridate imperator equestri pugna barbaros in glacie hyeme superauerat. Illos eosdem nauali prœlio soluto per ęstatem vicerit. a Hospita. SER. Facilis. Vnde & hospitalis homo dicitur:hospiti seruiens apte. A. Hospita:id est habilis. b Aeraꝗ dissiliunt. S. crepant. A. Diximus iamiam ꝙ ęreę scinduntur hydrię:quę intra illas sunt congelantur. CRI. Aera:id est vasa ęrea dissiliunt:franguntur. quia earum partes in diuersas saliunt. c Vulgo. S. Passim. nam tam nimio frigore ꝗ calore ęra rumpuntur. Persius findit infantes statuas: d Vestesꝗ rigescunt. SER. Durantur vt frangi potius ꝗ scindi posse videantur. A. Rigescunt:id est indurescūt ex gelu. e Cędūtꝗ securibꝰ:hūida vina. S. Et vina naturalr calida illic congelanṫ. Intelligimꝰ autem peregrina vina. Nā illic non nascuntur vina: ꝑpter nimiū frigus & continuum:sicut ipse paulo post docet:dicens fermento:atꝗ acidis imitatur vitea sorbis. Sane volūt Physici vinum non gelari. Vnde hoc loco:aut hiperbole est: Aut quia dixit hūida. aquę mixta intelligimus:ita enim gelare dicuntur. ANT. Vina Macrobiꝰ libro septimo scribit:ꝙ vina aut nunꝗ:aut raro cōgelescunt:quia vinum semina quędam in se caloris habet. An alia quępiam causa est:quā quia ignoro scire cupio inquit.

f Et totę solidam in glaciem vertere lacūę. SER. Fossę ad siccandos agros paratę:cum alibi tantum incrustētur:illic vsꝗ imū gelenṫ. ANT. Lacunę. Lacuna (vt Fęstus ait) est aquę collectio:& ab lacu deriuatur. CRIST. In solidam. Non enī crustę superficiem tegūt:sed tota aqua ad fundū vsꝗ congelascit.

g Styriaꝗ impexis induruit. SER. Styria:id ē gutta. Vnde fit diminutiuum: vt dicamus stilla. Vnde fit distillat & stillicidium. Sensus autem duplex est: Nam aut hoc dicit:De impexis barbis pecudū pendens gutta duratur. Aut certe de tectis & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum. ANT. Styria. gutta. stilla. Interrogatus autem Palemon grammaticus:quid inter stillam & guttam interesset. Gutta (inquit) stat:& stilla cadit. Eusebiꝰ scribit:impexis barbis:de brutis melius intelligendum.

h Interea. ANTO. dum congelascunt aquę.

i Non setius. SER. non segnius ꝗ incohauerat.

k Ningit. AN. Est in Scythia ryphęum iugum regio assiduis obsessa niuibus. Solinus.

l Pruinis. SES. abusiue pro niuibus:nā pruina est matutini tempis frigus. A Pruinis. quippe casus cōtinuarū pruinarū:quoddā ibi exprimit:simile pennarū:Solinꝰ.

m Confertoꝗ agmine cerui. SER. coniuncto. Cerui enim congregatione gratulantur.

Corpa magna boū: confertoq; agmine ceruí:
Torpēt mole noua:& sūmis vix cornib⁹ extāt.
Hos non immissis canibus:nō cassibus vllis:
puniceę ve agitant pauidos formidine pennę:
Sed frustra oppositū trudentes pectore mōtē
Cominus obtruncāt ferro:grauiterq; rudētes
Cędunt:& magno lęti clamore reportant:
Ipsi in defossis specubus:secura sub alta
Ocia agunt terra:congestaq; robora totas
Aduoluere focis vlmos:igniq; dedere.
Hic noctem ludo ducunt:& pocula lęti
Fermento atq; acidis imitantur vitea sorbis.
Talis hyperboreo septem subiecta trioni
Gens effrena virū riphęo tunditur euro.
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

n Mole noua. SER. nimia magnitudine.
o Cassibus. S. rhetibus: Hinc est ꝙ incassum dicitur sine causa: qͥ sine cassibus: sine quibus inutilis venatio est. A. Cassibus. pedicis: laqueis: rhetib⁹.
p Puniceę. A. rubrę. Est autē venantiū mos pennas tensis funibus affigere: quo cerui pauentes in casses decidant.
q Montem. A. niuis cumulū. r Grauiterq; rudentes cędunt. SER. Ru. more suo corripuit: Vt in septimo: ibi. Et feras sub nocte rudentū: Persius ꝑducit Findor vt archadię pecuaria rudere dicas.
s Ipsi in defossis specubus secura sub alta: S. Artis fuerat specieb⁹ dicere: vt fluctib⁹: q: qͣrta declinatio in datiuo et abltō pluralib⁹ u. in i. vertit: vt manū manib⁹. Sed quia pinguius sonat: & meli⁹ specubus dicim⁹. Vnū tn̄ nomē ē qd aliter nō dicim⁹ tribubus. t Hic noctem ludo ducūt. S. quasi ꝑpetuitate noctis sub terris locati ludos cōcelebrant AN. Hic noctē legit: & hunc noctē. v Fermēto atq; acidis. S. potionis genus est quod ceruisia nuncupatur: & ꝯseqns ē: vt vinū natura calidū in prouintia frigida nō possit creari. A. Fermentū a feruore dici volunt: ꝙ plus vna hora nō pōt contineri: crescendo enī excedit Plini⁹ libro. xviii. ait: ꝙ milii ꝓcipuus ad fermenta vsus & musco subacti in annuū tēpus: Hinc fermētū fit ex pila farina q̄ subigitur priusq; addat̄ sal ad pultis modū decocta: & relicta donec arescat. Dicunt alii ꝙ propter acorē cum sorbis etiam acidis mixtum fermētum vini quendā saporem reddit. Item Plinius libro. xiiii. scribit: ꝙ sit vinum fictitium e piris: malorumq; omnibus generib⁹ e cornis: mespilis: sorbis: moris: siccis nucleis: pineis et cętera. Et libro. xv. ait: ꝙ sorbis inest vini sapor. quibusdā vero acriodore & suauitate iocunda.
x Hyperboreo. ANT. de Hyperboreis videto superius. y Septem subiecta trioni. SER. Themesis pro septemtrioni. AN. Caue temesis dicas cum e. post. t. Sed latius videto in nr̄o carmine figurarū. y Gens effrena. SER. Sęua & rectorem recusans.



z Ryphęo euro. S. Scythico vento. Ryphęi autem montes sunt. vt iam diximus: a perpetuo ventorũ flatu nominati. nam ρΗπΗ gręce impetus: & dicit̃ απο του ρΗπτειν ANT. Ryphęo euro. i. vento: non vtiq̃ eo qui ab ortu flat: sed eo quẽ aquilonẽ vocam⁹. Probus. De Ryphęo iugo iã diximus.

Idem Varro ibidẽ ait: q̃ arietes sint fronte lata: vestiti: bene: intortis cornib⁹ pronis ad rostrũ: grauis oculis: lana apertis: auribus amplis: pectore et scapulis: et clunibus latis: cauda lata & longa. Animaduertendũ q̃ lingua ne nigra: aut varia sit: q̃ fere qui eã hñt: nigros aut varios procreant agnos.

a Et pecudũ fuluis velant corpa setis. S. rhenonibus: nã vt dicit Saluft. in historiis: Vestes de pellibus rhenones vocant̃. A. Fuluis setis. fuluus color rufo videtur: atq̃ viridi mixtus: inqt Gelli⁹ li. secũdo. capitulo. xxvi. in aliis plus viridis: in aliis plus ruffi habere. sic poeta fuluã aquilaꝫ dixit: & fuluum aurũ: & arenam fuluam: & fuluũ leonẽ. Scythę autem (vt Iustinus li. ii. docet) pellib⁹ tantum ferinis ac murinis vtunt̃. b Si tibi lanitiũ curę. S. Et hęc lana dicimus: & hoc lanicium: sicut fuga & effugium. Q. aũt dicit: Oues lanę cã nõ debere pinguescere: physicũ est. Omẽ enim pingue aĩal caret pilis: q̃d hirsutũ efficit macies. A. Lanicium. lana ipsa: vt vt effugiũ. p̃fuga. c Aspera sylua. A. Columella li. viii. c. iii. seq̃ris aũt noualia: nõ solũ herbida: sed q̃ plerunq̃ vidua sunt spinis: nã quotidie minuit̃ lana: quę q̃nto plixior in pecore crescit: tãto magis obnoxiũ est iubis: quib⁹ velut hamis inuncata a pascentium tergoribus auellitur. molle vero pec⁹ etiã velamen q̃ ptegit̃ amittit: atq̃ id nõ paruo sumptu reparat̃. Facit igit̃ (vt ait Varro) scabras oues. d Lappęq̃ tribuliq̃: S. a q̃bus rebus lana decerpit̃. A. de tribulis videto libro. i. Georg. e Pabula lęta. A. Pecora eni cũ pinguia sũt: plurimũ assumũt nutrimẽti. Hinc p̃res pilos hñt: et crassiores: quũ gracilia tenues ab exiguo nutrimento: siquidẽ pilus supfluitas est. auctor Alexãder Aphrodiseus. f Greges albos. A. Color eni albus (vt scribit Columel. li. viii.) tum optimus est: tũ etiã vtilissim⁹: q̃ ex eo plurimi fiunt: Varro ait li. ii. c. ii: q̃ ouẽ esse oport3 corpore amplo: quo lana multa sit: & molli villis altis: & densis toto corpe: maxĩe circũ ceruicẽ collũ: ventrẽ q̃3 vt habeant pilosum. itaq̃ q̃ id nõ hñt: maiores nr̃i apica appellãt. esse oportet crurib⁹ hũilib⁹: caudis obsuare: vt sint in Italia prolixis: In Syria breuib⁹: vt agnos pcreent formosos. g Villis lege mollib⁹. S. Lana eni alba pciosior est: quippe susceptura aliũ quẽlibet colorẽ. Q. aũt colorẽ hic per transitũ tangit: in aliis pleni⁹ legit̃. maritũ pecoris: et cornu & vngulis: & palato albũ esse debere. Alioqn licet aries sit candid⁹ lanis: constat ex eo pullos. i. nigros creari. h Aries sit cãdid⁹ ipse. S. Bñ addidit ipse: quasi aut dñs gregis est: aut quia antea p damno capitali dari consueuerat. Nã apd maiores homicidii pena noxius: arietis damno luebat: q̃d in regũ legibus legit̃. i Nigra subest. A.

Si tibi lanitium curę: primũ aspera sylua
Lappęq̃ tribuliq̃ absint: fuge pabula lęta.
Cõtinuoq̃ greges villis lege mollibus albos.
Illum autem q̃uis aries sit candidus ipse
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato
Reijce: ne maculis infuscet vellera pullis.
Nascentũ plenoq̃ alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanę (si credere dignum est)
pan deus archadię captam te luna fefellit.
In nemora alta vocans: nec tu aspnata vocantẽ.
At cui lactis amor: cytisum: lotosq̃ freq̃ntes
Ille manu: salsasq̃ ferat pręsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis: ac magis vbera tẽdũt.
Et salis occultũ referũt in lacte saporẽ.
Multi iam excretos phibent a matrib⁹ hędos:
primaq̃ ferratis pręfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere horisq̃ diurnis

k Vdo palato. S. scꝫ humido: Alibi. Vdę vocis iter. l Reiice. S. Rei aut quasi monosyllabũ: pduxit licenter: aut vt supra dixim⁹: quia cũ facit reiecit: i p duplici habet̃: & rei efficit lõgã: ideo & in aliis mõis p̃sumit sibi pductionẽ. m Munere sic niueo. S. Mutat fabulã. nam nõ Pan: sed Endimion lunã amasse dicit̃: qui spret⁹ pauit pecora candidissima. & sic eã i suos illexit ãplexus: Cui⁹ rei mystice volũt q̃ndam secretã esse rõnem. C. Mũere sic niueo lanę: dicunt lunã adamatã a pane: petiuisse mun⁹: & pana obtulisse gregẽ ouium. illam vero delectatã cãdore: arietẽ albũ cępisse sed cum non aduertisset maculas linguę: fuisse deceptã. n Lanę. A. Pan: Mercurii filius: cũ lanam concępisset: & hrẽt optimũ pecus: poscẽte ea: ptẽ pecorũ p concubitu dicit̃ pollicitus: et duas partes fecisse gregis: quarũ alteram candidiorẽ: Sed lanę crassioris: lunam accepta cãdidiore: deterius pecus abuxisse poeta significat. Probus auctor. Cũ itaq̃ luna albũ pecus elegerit: oñdit poeta mro pstantius albũ lanitiũ esse omnibus aliis. Potest etiam illud accipi: q̃ luna cãdore lanę ducta: arietẽ albũ elegerit: deceptaq̃ fuerit: cũ illi nigra lingua inesset: q̃ totũ postea gregẽ maculauit. De pane aũt latius in buc. & li. i. georg. o Si credere dignũ est. S. tñ de luna sacrilegiũ. p Cytisum. A. De q̃ lati⁹ in buc. Varro ãt li. ii. c. ii. ait: q̃ maxĩe Cytisus & medica pingues facit facillime: et generat lac. q Lotosq̃ freq̃ntes. A. de loto herba itelligit: q̃ faba gręca appellatur a nr̃is: vt Pli. docet libro. xxiiii. c. ii. r Salsasq̃ ferat pse̜pib⁹ herbas. S. vt multũ potantes: reddant plurimũ lactis: et ipm lac nõ sit fatuũ. sed hẽat salis occultũ saporẽ. i. vix intelligibilẽ: & nõ statim apparentẽ. CRI. Salsas herbas. Oues (vt ait Aristo.) ex potu pinguescunt: itaq̃ dant salẽ q̃nto q̃3 die. f. singulis centenis: singlos modios. sale subinde plus aquę hauriunt: & hinc etiã plus lactis puenit. s Fluuios. C. aquã: quã idẽ Aristo. in autumno aq̃loniã q̃ austrinã vtiliorẽ eẽ dicit. t Excretos. S. validiores. A. Excretos hędos: fere ad quatuor mẽses a mamma nõ disiungunt̃ agni: hędi tres: porci duos: Varro lib. secundo. C. Excretos: q̃ iam p ętatẽ crescere desinũt. v Prohibẽt. A. ne lac exhauriat̃ ab eis. Vñ Colu. li. viii. c. iii. ait: q̃ teneri agni dũ adhuc herbę sint expertes: lanio tradẽdi: q̃m & puo sumptu vehunt̃: & his summotis fructus lactis a mrib⁹ nõ minor pcipit̃. x Ferratis ca

Nocte p̄munt: q̄d iam tenebris & sole cadēte
Sub lucē exportāt calathis: adit oppida pastor:
Aut parco sale contingunt: hyemiq; reponūt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vna
Veloces spartħe catulos: acremq; molossum
pasce sero pingui: nunquam custodibus illis
Nocturnū stabulis furem: incursusq; luporū:
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Sepe etiam cursu timidos agitabis onagros.
Et canibus leporē: canibus venabere dammas.
Sepe volutabris pulsos syluestribus apros:
Latratu turbabis agens: montesq; per altos
Ingentē clamore premes ad rhetia ceruum.

pistris. S. duris. y Qd surgente die. A. Mulgent in vere ad caseū faciēdū mane.: aliis temporibus meridianis horis: tam et si ꝑpter loca: & pabulū disparile non vsq;quaq; idē fit: Varro libro. ii.

z Nocte premunt. S. cogunt in caseos. A. Quo pacto caseus p̄mēd⁹ est: & saliendus: Legito lati⁹ Colu. libro. viii. c. viii:
a Sub lucē. A. añ lucē.
b Calathis. S. vasis ereis: in quib⁹ lac vel recens caseus in vrbē distrahitur. A. Calathis. In fiscellas: aut calathos: aut formas: transfert caseus: q; maxie refert: primo q̄ꝫ tpe serū percolari: & a ꝯcreta materia separari. Idē Colu. auctor est. c Aut pco sale cōtingūt. S. aut mo dico sale: aut reuera pco. id est seruatorio: q; in q̄d mittitur seruat. Nā & hō frugi parcus vocatur: aut certe parco dixit ꝑ parce: vt sit nomē ꝑ aduerbio. AN. Parco sale. i. mediocri nec nimio. Scribit enī Colu. q; nimio sale case⁹ salsus fit: & vicio ascribit. Pōt dici etiam Parco sale. i. saluatorio: Nā vt scribit Macro. lib. satur. vii. Sal natura siccus est: calid⁹ est: et fluxū corporis calore con trahit: humorem vero siccitate vl' cohercet: vel exorbet. Et Varro p̄terea scribit li. ii. Q; qui aspergi solēt sales: melior est fossilis q̄ marin⁹. d Nec tibi cura canū fuerit po strema. S. Lyptotes figura: ꝑ magna tibi cura sit canū. Postrema vilis. A. Canes vel in primis mercari: tueriq; debet agricola: q; et villā & fructus familiamq; et pecora custodit. Nā quis hoīm clarius: aut tanta vociferatiōe bestiam vel furem p̄dicat: q̄ canis latratu. Quis famulus amantior d̄ni: quis fidelior comes: quis custo ꝫ incorruptior: q̄s excubitor pōt inueniri vigilantior: q̄s deniq; vltor aut vindex cōstātior: Hec ex Columella libro. viii.
e Veloces sparthe catulos acreq; molossū: S. Et in illis velocitas: in his āt fortitudo laudat. Sparta aūt Laconie est ciuitas: Molossia pars Epiri. A. Varro q̄ꝫ laudat Lacones & Epiroticos. De sparta vide supius: & de molossis. ibi: Epiri populis.
f Pasce sero pigui. S. aq̄ lactis: que pingues efficit canes. A. Colu. li. viii. scribit. Canes hordeacea farina: cū sero comode pasci sine farreo vl' triticeo pane: admixto tñ liq̄re cocte fabe sed tepido. nā feruens rabiem creat. C. Ex hordeacea farina sero diluta panē in canū cibū faciundos iubēt: q de re pecuaria scribūt: Iubent & cōtra rabiē fimū gallinaceum admisceri. g Nocturnū furē. S. noctis oportunitatem captantē. Fur āt a furuo dict⁹ est. i. nigro. nā noctis vtī tempe. Horati⁹. Quā pene vidim⁹ furu; regna ꝓserpine: aut certe a greco venit: nam fur φωρ vocatur.
h Iberos. S. abactores. fere enim hispani oīs acerrimi abactores sūt. A. Impacatos iberos. abigeos intelligit: & pecoris furis. posuit em Iberos ob siles mores. Vñ Cantabros & vicinas illis gētes: latrocinia exercentes: Cesar Augustus oppssit. & qui Rhomanoꝝ socioꝝ p̄dones erāt. postea ꝑ Romanis rei militari seruierūt. Coniaci videlicet: & qui liberi amnis fontes incolunt. Labit aūt Iberus a Cantabris: e meridie ortū hñs: ꝑ magnū campoꝝ spa

O iii



Disce & odoratã stabulis accendere cedrũ:
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.
Sepe sub immotis presepibus: aut mala tactu
Vipera delituit: coelumq; exterrita fugit.
Aut tecto assuet' coluber succedere: & vmbre:
pestis acerba boum: pecoriq; aspergere virus
Fouit humũ: cape saxa manu: cape robora pa/
Tollenteq; minas: et sibilla colla tumẽtẽ (stor:
Deijce: iamq; fuga tumidũ caput abdidit alte.
Quũ medij nexus: extremeq; agmina caude
Soluũtur: tardosq; trahit sinus vltim' orbes.
Est etiam ille malus calabris ĩ saltibus anguis
Squamea conuoluens sublato pectore terga:
Atq; notis longam maculosus grãdib' aluũ.
Qui dũ amnes vlli rumpũtur fontibus: & dũ
Vere madent vdo terre: ac pluuialibus austris:
Stagna colit: ripisq; habitans: hic piscib' atram
Improbus in gluuiẽ: ranisq; loquacib' explet.

gerat apud Enniū furentibus ventis:sed quasi asperū fugit:et posuit austris ꝓ ventis. s Aeoliā. S. noue insulę quę sunt post fretū Sycilię appellant̄. Aeolię ab Aeolo rege Hyppote filii:licet & hēant ꝓpria noīa. Vñ Virgi. ait: Aeoliā liparum. Poetę quidā fingunt hunc esse regē ventorū. Sed vt Varro dixit:Rex fuit insularū:ex quarū nebulis:& fumo Vulcanię insulę:pdicēs futura flabra ventorū ab imperitis visus est vētos sua ptāte retinere. C. Aeoliam. Aeolię inter Sycilā & Italiā insulę sunt. Hę in commētariis Seruii nouē eē dicūt:in q̄ numero librariorū errorē esse putat̄. Nam Plini⁹ atq; Strabo optimi geographi septem ponunt. Has greci a Vulcano:qui ab illis ἥφαιστος vocat̄ ephestiades dicūt. Latini ab eodē deo vulcanias noīant:noīa singl'a etiā extant: Nā prima dicta est Lypora a lyparo Ausonii filio:q Italia a fratrib⁹ pulsus illuc vēit: eius filiā ęolus vxorē duxit:et regno successit. Lypara olim longina noīata est: Hiera secunda est olim therasia dicta. Collem habet nocturnas euomentem flammas. Tertia Strongile apprime ignita:si futurus est auster caliginem euomit:si zephirus fumū mixtū igni. Quarta Dydime: Quita Ericussa. Sexta Phenicussa: Septima Euonymos. Ptholome⁹ Circa sycilā ponit has īsulas dydimę:īcesię: Ericodes:phoenicodes vulcani īsula lypara Euonymos. Strongile:Vstia: osteodes:Phorbantia: ęgusa:et hierapa conia:ęoli insula. t Hic. S:vt supius. Hic currus fuit. v Vasto antro. SER. Physica ratione: Hoc fingit poeta. Naturale eni est:vt loca concaua plena sint ventis. x Rex Aeolus. C. aeolo. Deucallionis Hellenis frater. Mimas filius fuit. Ex hoc & Menalippa natus est hyppotes. Hic aliū Aeolum genuit:qui arnem susceptit:ex qua Neptunnus Boetum genuit. Verum pater illam ex Neptunno grauidam non credens:hospiti Metaponto abducēda tradidit. At illa Aeolum & Boetiū peperit:quos Metapontius ex oraculo adoptauit. Ipsi autē viri facti Metaponti tyrannidē occuparūt Metapontii q; vxorem antolidem:quia Arnę matri eorum aduersabatur:interemerūt. Quod cū ęgreferet Metapōtius sumpta Arna matre abierunt. Et ęolus quidā ad eas insulas Tyrrheni maris:quas a se ęolias nominauit:emigrauit: Hęc Diodorus. Alii scribunt hunc Aeolum regem ventorum fuisse filium Iouis ex Sergesta Hyppote troiani filia: Et habuit secundum Homerū. vi. filios:totidemq; filias: quos matrimonio illos copulauit. Hoc interpretantur: quia duodecim venti sunt:quorū sex terram disponūt:vt vires suas emittat:Et sex illam ad suscipiendā preparant. y Luctantes. SER. elaborantes egredi. z Ventos. CRI. Est autem (vt placet Aristoteli in Metheororū)vapor siccus a terra resolutus cū aliqua virtute cęlesti compositus: Auerrois ait:ventum vaporē esse frigidum & siccū ex terris & aquis per calorem resolutū: qui aerem vehementer impellit. Dictus est autem vent⁹ a veniendo:quia non statt sed venit:Vel a vehementia: q̄ in illo est qua terram ac coelum conturbat:maria concitat. Sunt aūt quattuor venti a quattuor mūdi partibus: Sed singuli in ternas diuidūt. Ergo ab oriēte ęquinoctiali subsolanus est. Sed ad septemtrionē habet Vulturnum a voluendis nubibus dictū: Ad meridiē eurum sic dictū: quia late flat:hi sunt calidi et sicci:q; sub sole diu morant̄:et vt placet Auerroi in ortū diei sunt salubres:qa veniunt ab aere tēperato:hinc flumina ad orientem labentia salubriora sunt:quia orientalium ventorum occursu:& solis orientalis reuerberatu purgantur: et tenuiores fiunt. Ab occasu ęquinoctiali. Fauonius est dictus q; foueat quę

Ast ego que diuū incedo regina:Iouisq;
Et soror & coniunx:vna cum gente tot annos
Bella gero:& quisq; numen Iunonis adoret
Preterea:aut supplex aris imponit honorem:
Talia flammato secum dea corde volutās
Nymborū ī patriā:loca foeta furētibus austris
Aeoliam venit: hic vasto rex Aeolus antro

h Incedo. S. Incedere ꝓprie ē nobiliū psonarū. i Iouisq; et soror & c. S. Physici Iouē etherē:id est ignē volūt intelligi. Iunonem vero aerē. Et qm̄ tenuitate hec elemēta paria sūt: dixerūt eē germana: Sed qm̄ Iuno hoc est aer subiectus est igni.i. Ioui iure supposito elemento mariti traditū nomē est. Iouē aūt a iuuando dixerūt. nulla em̄ res sic fouet oīa queadmodū calor. k Tot annos. S. licenter in istis locutionib⁹:et accusatiuo vtimur:et ablatiuo. dicimus em̄ et tota nocte legi:et totam noctem legi. Honestior autem locutio per accusatiuū. DO. Vnacum gente tot annos.cū Minerua vno ictu potuerit. l Et quisq;. S. non Troianorū:sed oīm generalr. C. Quisq; adoret. Interrogatio q̄ simplex qnq; est:vt: Sed vos qui tandē? Aliqñ figurata: vt Nō sciscitādi:sed instādi gr̄a fit. Cicero. Quid em̄ tuus ille tubero districtus gladi⁹ in acie pharsalica agebat? Itē quousq; Catilina abuteris patiētia nr̄a.i.nā magis ardet:q; si dicamus diuti⁹ abuteris. Interrogam⁹ etiā q̄d negari nō possit. Cice. dixit:ne tandē. C. Figulanus iacula? Itē vbi difficilis est responsio:vt vulgo dicimus:quō p̄t hoc fieri? Itē inuidię gr̄a:vt Medea. Quas peti terras vrbes? Aut miserationis:vt Virgi. Hem q̄ me inquit tellus? q̄ me ęq̄ra pn̄t accipe? Cōuenit itidē indignationi:vt hic: Quisq; nomen Iunonis adoret. Itē admirationi:vt: Quid non mortalia pectora cogis improbe amor. m Preterea. S. Postea vt preterea vidit:nec potitor orci amplius abiectam passus transire paludem. DONA. Preterea in medio posuit et bis est repetenda. n Talia flammato. SER. quod superius intermiserat:nūc reddit:nā dixerat superi⁹. Hęc secum:et mō ait. D. Flāmato. supius dicit accensa:sed plus est flāmato ꝑ. Vt oñdat q̄tum accreuerit ira ex cōpatiōe Mineruę:nocendi aūt consiliū de mineruę exēplo coepit:p̄sertim cū troianos videret nauigātes. o Volutās. S.i. cogitans. p Nymborū. S. Nymbi nunc ventos significāt. plerunq; nubes et pluuias. Ergo ꝓut locus fuerit intelligēdū est:ꝓprie tn̄ dicunt̄ nymbi repentinę et p̄cipites pluuię. Nam pluuias vocamus lentas et iuges. D: Nymborū in patriam: Habet rōem psone non reginę. Sed iratę:q̄ occasionē nolit omittere loci et tpis:nā si rōem reginę haberet:mitteret aliquē qui Aeolo iuberet. Sed quia mandata nisi ipsa adesset poterant aut negligentius agi: aut differri:et sic p̄teriret nocēdi occasio:omisit personam reginę: Et sic mouet poeta per nos ipsos agēdū:q̄s recti⁹ curare volumus:& inferiori personę exhibendū honorē: si illa indigem⁹. nam gratat̄ sibi a potiore esse delatū. Cętera significāt vētos cauis terrę oriri. q Loca foeta. S. nunc plena:vt alio loco. foeta armis. Sciendū ē aūt dici foetam et grauidā:et partu liberatā:vt fecerat. & viridi foetā mauortis in antro. Enixā aūt eam fuisse lac:quod pueris prestabat oñdit. Item foetā in illo loco grauidā oñdit: Nō insueta grauis tentabūt pabula foeta. Ergo quia foeta medius sermo est:bene hoc loco epitheto discernit:dicēs grauis foeta:vt bonū facinus:& malū facinus:dicimus & bonum venenū:& malū venenū. r Austris. S. Figura est celebrata apud Virgiliū:vt est spēs ꝓ genere. Lęs

Luctantes ventos tempestatesq; sonoras:
Imperio premit: ac vinclis: & carcere frenat.
Illi indignantes: magno cum murmure mõtis
Circum claustra fremunt: celsa sedet aeol⁹ arce
Sceptra tenens: mollitq; animos: et tẽpat iras.
Ni faciat: maria ac terras coelũ q; profundum
Quippe ferant rapidi: secũ verrant q; p auras.
Sed pater omnipotẽs speluncis abdidit atris
Hoc metuens: molem q; & mõtes insup altos
Imposuit: regemq; dedit: qui foedere certo:
Et premere: & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum iuno supplex his vocib⁹ vsa est.
Aeole (namq; tibi diuũ pater atq; homĩm rex

nascuntur: Hinc circi⁹ est ad septẽtrionẽ. zephir⁹ ad austrũ Sũt isti tempati frigidi & hũidi: quia sol paruã facit morã in occidẽte: ppterea q; nec multũ calefacit illos: nec multũ desiccat: In fine diei salubres sũt: quia a sole tũc subtiliores reddãtur: A meridie auster est dict⁹ q; hauriat aquas. Hinc ad orientẽ not⁹ est: q grece sic dicit ab hũore: affric⁹ ad occidẽtẽ: calidi hũidiq; nubes pluuiasq; inducũt: aerẽ dẽsum fulmineũ q; reddũt Citãt tẽpestates marinas: impediũt virtutes aĩales: & grauitatẽ corpi afferũt. Ait em̃. Hyppocrates q; garuãt auditũ. & caput humores dissoluunt & ad exteriora trahunt sensus grauitatem faciunt bilem corrumpunt & in recidiuã morbos trahũt. aperiũt tamẽ poros terre: et germina pducũt. A septẽtriõe boreas est. Hinc ad orientẽ aqlo surgit: ad occasũ chor⁹: Hii vẽti frigidi sunt & sicci: Vnde corpa ĩdurãt: poros cõstringũt: hũores purificãt: Spiritus subtiliores reddunt: vim decoqñdi et. retinẽdi corroborant: Mastulos (teste Arestotile) pducũt quẽ ad modum austri foeminas: Hec me fugit priscos quattuor dũtaxat vẽtos. a qttuor mũdi partib⁹ flantes nomĩasse. vnde plures nõ mẽminit. Hom. deĩde additos fuisse singulis singulos vt essent octo postremo alios quattuor. vt sit duodecim. Preterea idẽ vẽti diuersis nomĩb⁹ vocant: Nã eurũ vulturnũ appellãt. et subsolanum emphelioten Affricum: Lybin nominant Poetice tñ ipi vẽti astrei et aurore filie dicunt: quia a Iunone ppter natũ Epaphum. vt ait Lactantius Cõcitati a Ioue repressi sunt Theodõtius ait illos a furiis cõmotos: sed a Ioue hortatu litigii coelo pulsos: Et cũ oĩa in diuersa traherẽt Ioue aeolo subiectos fuisse a Sonoras. S. graui sonãs, Et est tẽpestatis epitheton Ordo aũt talis ẽ Aeolus luctãtes vẽtos et tempestates sonoras vasto antro premit b Ac vinclis & carcere frenat. S. Translatio est per poeticã licẽtiã facta c Carcere. S. Carcer est vnde cũq; phibemur exire. dict⁹ qsi arcer ab arcẽdo: Locũ aũt ĩ quo seruãtur noxii carcerẽ dicim⁹: nũero tantũ singulari. vñ vero erũpunt quadrige: carceres dicim⁹ nũero tantũ plurali licet plerũq; vsurpet poeta. vt est. Ruunt q; effusi carcere currus. d Illi indignãtes: S. Hic aperte õstẽdit quid sit luctãtes e Magno cũ murmure mõtis. S. Nõ circum mõtis claustra: sed cũ magno mõtis murmure fremebãt sic fremebãt: vt etiã antra possẽt formare f Celsa arce. Secũdũ q; superi⁹ dixim⁹: venti em̃ melius dephendũtur ex alto g Sedet. S. nõ otiatur: sed curat: Apud ãtiquos em̃ sedet cõsiderat significabat: vt alio loco ait. Turn⁹ secreta valle sedebat. h Mollit q; animos. S. id est ventos. ἀπὸ τῶν ἀνέμων vt albi Quãtum ignis aĩeq; valẽt: Et Horati⁹. Impellũt aĩe lintea Thracie. Mollit aũt ideo dixit vt p trãsitũ õnderet vitia nature nulla ratiõe mutari: sz mitigari aliqten⁹ posse. i Tẽpat. C. Nã peit⁹ tollit que naturalia sũt Cice. ad Qu. fratrẽ. neq; ego hac cõtẽdo qd fortasse tũ in oĩ natura: tũ ĩ nr̃a etate difficile ẽ mutare aĩm: & si quid est penitus insitum subito euellere. k Maria ac terras coelum q; pfundũ. SER. At q quattuor elemẽta sũt. terra. mare. aer. et ether: Sed hoc loco rite ptermisit etherẽ: quia vẽti nõ turbãt supiora. vt ait Lucanus Pacẽ sũma tenent: sed. aut terras: aut maria. aut aerem Nã coelũ hoc loco p aere posuit. vt lucreti⁹ ĩ hoc coelo qui dicit aer l Ferant. S. i. auferãt: & ẽ aphęresis m Rapidi. S. veloces vt sup. n Verrãt q;. S. verrere ẽ trahere a rete quod verriculũ dicit: Est aũt pricipalitas verbi verto verris pteritũ versi. vnde fit pticipiũ versus. Hinc alibi: Et versa puluis iscribit hasta. i. tracta o Atris. C. obscuris p Hoc metuẽs. S. timẽs: ergo Iupiter timet nõ sibi: sed elemẽtis: ne turbẽtur eruptione ventorũ: Vt si dicas bellorum tempore virũ fortem timere non sibi: sed liberis suis q Molemq; & mõtis S. i. molẽ mõtis et est figura. vt vna res in duas diuidat metri causa: interposita cõiũctiõe. vt alibi. Pateris libam⁹ & auro. i. pateris aureis r Foedere. S. modo lege: alias pace inter dimicãtes: foed⁹ aũt dictũ. vl a fecialib⁹. i. sacerdotib⁹: p quos fiũt foedera. vl a porca foede lacerta. i. lapidib⁹ cesa: vt ipi alibi Et cesa iungebat foedera porca s Et premere et laxas sciret dare iussus habenas. S. pmãsit ĩ trãslatione. Iussus aũt ob hoc posuit: quia suo nihil facit ĩperio: nã tolle hoc etiã maior est omnibus diis: si ad ei⁹ volũtatẽ possint elemẽta cõfundi vt Ipse aeol⁹ mihi iussa capessere fas ẽ: simul & ventorũ ostẽdit vis: quib⁹ parum fuerat mõtẽ superi poni: nisi & regem acciperẽt q ipse q̊z alieno parerẽt ĩperio: C. laxas remissas p. x. scribitur lassus aũt deffessus: Sed laps⁹ a laboris ẽ t Habenas C. lora sũt frẽo alligata q̃ mãibus hẽm⁹: vt equũ regam⁹ ergo ab habẽdo. v Ad quẽ. S. papud quẽ vt ẽ. x Supplex. D. nõ q supplicãtis vba sit locuta: sz q venit y Aeole. S. rhetoricũ ẽ ĩ oĩ petitiõe hoc obseruare: vt possit pstare qd petitur. i. vt sit possibilitas: et sit res iusta: vt habeat modũ petitio. vt seqtur remũeratio. Et sciẽdũ secũdũ hũc ordinem oẽs petitiões formare Virg. vt ĩ hoc loco possibilitas est Et mulcere dedit fluct⁹. & tollere vẽto. iusta petitio ẽ. Gẽs inimica mihi oĩe em̃ qd ꝯtra inimicos petim⁹ iustũ est: Modus petitionis. Et disice corpora ponto. Remũeratio. Sunt mihi bis septẽ. Ordo est. Aeole incute vim ventis: Et est figura pẽthesis. Inter pẽthesim & eclypsim hoc interest. Quia penthesis: ẽ qtiẽs remota de medio sentẽtia integer sermo pdurat. plenũ nãq; ẽ Aeole icute vĩ vẽtis. Itẽ Aeneas rapidũ ad naues pmittit Achatẽ. Echasis aũt ẽ qtiẽs remotis ĩterpositis deest aliqd: vt Quos ego deest affligã. Diuũ pater atq; hoĩm rex Peryphrasis ẽ. i. circũ locutio. D. Aeole Oĩa ĩ hac oratiõe satiata sũt sũmo artifitio Incipit a noie qd nec Iunõẽ hũilẽ facit: et eolo gratũ ẽ: Ostẽdit em̃ se illi beniuolã: cũ norit nomẽ Et ipe letat se potiori notũ: pide q; acceptũ: atq; carũ: ergo captat beniuolẽtiã Iuno facit itẽ attẽtũ cũ ide cõiciat aeolis offitiũ suũ Iunoni esse necessariũ: cũ subtilit ĩtellexit habere. i. vẽtos plenissimã potestatẽ z Diuũ pater. D. Ne arrogãte faceret Iũonẽ: si dixisset marit⁹ et frater vt sp cũ locuta ẽ secũ: ergo hic sati⁹ fuit: id ĩtelligi posse q; dici. Ne aũt plixior esset futura oratio: ipa occulte sibi pponit: que excusatiõis causa potuisset eol⁹ opponere: & illis respõdet vlteri⁹ accedi possit: et ne negaret aeol⁹ vẽtes esse ĩ potestate sua puenit ostendit plenam illum a Ioue in eos habere potestatem.

a Et mulce. de: S. Alter ex altero pēdet: nā q mulcere valet: valet & erigere b Gens. S. potes ad nationē Troianorum & familiā Aeneę referre: Nā vtrunq significat. D. Gens ini. Hic nō noīauit Aeneā ne respōderet eolus non audeo ī nepote Iouis: a q̄ īperiū suspsi. Speciale igitur subtraxit: generale posuit. C. Gēs. ita ad nationē refert vt etiā ī brutis dicam⁹ gētē: vñ Alibi de apib⁹. Cū gētis adultos educūt foet⁹. Imitat⁹ Homerum: q de musis gētes dixit: vt illud ... c Inimica: D. Nō dicit se gēti inimicā: sʒ gētē sibi: q̄si īferiores potiores puocēt: que res etiā eolo īdignatiōē moueat: vt Iunōi auxiliaret. d Mihi. D q. d. reginę: & Iouis sorori & cōiugi: q̄d ne arrogās videret subtraxit e Tyrrhenū. S. vl' q: tyrrheniā. i. tusciā abluit. vl' a nautis tyrrhenis q ī h̄ mare se pcipites dedert. hi ei Bachū ī littore dormiētē ī naue sustulerūt: Mox illi expgefcto et q naugarēt itero gāti respōderūt. q velletAt ille naxū tēdite: iqt. verū cū alio vela tēderēt iratus tygrides sibi sacras eorū visib⁹ obiecit: qb⁹ pterrefacti sese ī mari pcipitarūt: D. Tyrrhenū. q̄d facili⁹ cōcitat: & Italię vicinius est: C. Tyrrhenum nauigat equor. Figurata locutio vt ostēdit Quintilianus Dicimus enim nauigo ī eqre: Est aūt hęc oratio eoli & supior Iunonis ī genere deliberatiuo: cui⁹ finis ē vtilitas: que habet honestū & tutū. i. vtile. & i eo querit q̄d facile fieri potest. Captat igit bñiuolētiā Iuno a noīe pprio. q: illo oñdit notā familiaritatē. Itē ex eo q ex tollit illi⁹ īperiū: atq ex eadē re captat attētionē: q: nō nisi ppt aliq̄d magnū id memorare videt Preterid facile fieri posse q̄d petit esse vtile pter primū: quod ponit est honestū: q: vlcisceret inimicicias tātę deę. Obseruat aūt h̄ Maro. vt antequā petitionē ponat: id facile & honestū ostēdat. Erat igit ordo Aeole incute vim vētis: sed iterposuit facilitatē dicēs Nāq tibi di. p. r. Itē honestatē cū addit. Gēs. i. m. t. n. e. f Aequor. S. i. p equor. greca locutio: sic alibi Terrā mare sydera iuro. i. p sidera: Cū āt Tyrrhenū dixit: oñdit ī illos Italię vicios esse: g Iliū. S. Inuidiose q̄si ipam vrbē aspexerit cū troia nos aspicit. D. Iliū. q. d. oēs opes suas si amisisset nō esset facultas recupādi. Ne aūt excusaret eol⁹: deorū causam addidit. C. Iliū. q. d. sacra & pfana ita ī Italiā trāsfert: vt ītegrā ciuitatē restauratur⁹ sit: h Victos. S. Ergo q̄s cōtēnas. D. Victos q penates: Nam q̄uis dii sint: tñ q: victi cōtēnendi. C. Penates De his diis varia apud antiq̄s opinio fuit: nā Nigidius reqrit an sint troianorum. s. Apollo & Neptun⁹: q moenia illis edificarūt: & nō ī Italiā eos Aeneas vexerit. Idē affirmat Corneli⁹ labeo. Hāc opiōnē tangit poeta ibi. Taurum Neptūo: thaurum tibi pulcher appollo. varro aūt refert pēates dardanū ex Samothrarcia sacris ī Phrygiā: ex phrygia vero ī Italiam eneā portasse. Sed cū eos q sit nō dicat sunt qui affirmēt pēates esse p q̄s penit⁹ spiram⁹: p q̄s hēm⁹ corpus: p q̄s rationē animi: Erit ergo. medi⁹ ether. i. Iupiter: & supm⁹. i. Minerua: & im⁹: aer cū terra. i. Iuno. Hui⁹ indiciū ē q Tarquin⁹ prisc⁹ Samothracū sacris imbut⁹: hęc tria noīa sub eodē tecto tēplo q posuit. Crass' Enima dicit: hos esse q̄s appellāt magnos. Vnde poeta alibi: cū focys nato q penatib⁹ & magnis diis Higinib⁹ addit: eos esse deos patrios: hinc poeta patrii q penates i Incute vim vētis. S. Incute. iniice: & vētis erit datiui cas⁹. vl' īcute. i. fac. vētis. i. cū vētis. D. Incute. v. v. ex pisit pathos: pter q̄d nō explicat rē ordie. dixit ergo que cupiebat: sʒ pter pturbatiōē sine ordine: q erat. icute vim vētis & submersa obrue pupes: & disiice corpa pōto: q̄d necesse erat fieri nauib⁹ submersis: deide ponit: Aut age diuersas: vt si nō possit puenire primū: pueniat secūdū: qm sparsi nec quicquā audere: nec ad Italiā puenire poterant.

Et mulcere dedit fluctus. & tollere vento.
Gens inimica mihi tyrrhenū nauigat equor:
Ilium in Italiam portans victosq penates:
Incute vim vētis: submersasq obrue puppes
Aut age diuersas: & disiice corpora ponto.
Sunt mihi bis septē prestāti corpore nymphę:

C. Incute vim. Et recte icute. Nā vis vētorum ē ipa icussio et cōmotio k Submersasq. S. ordo est cōfus⁹: āte em vt obruanē: deide merganē l Corpa. S. non virorum solum sed nauiū Alibi de nauib⁹: Et toto descēdit corpe pestis: Est aūt ex arte. vt minora cupiēs: maiora postat: Ergo cū sciat nō posse obstare fatis: vult arcere ab Italia m Sūt mihi bis septē. S. Iure habet Nymphas in potestate Iuno: Aer em ē de quo nubes creātur. vñ atq ī nubes cogit aer & ex nubib⁹ aquę: que nymphę sūt. Pollicetur aūt nymphas aeolo: q: vētorum rex ē: p motū aeris creat. Bene ergo illi iūgit origo vētorum. Notāt aūt Cretici virgil. q marito iūgit vxorē: sed excusat regū licētia: nā ait Salustius denas alys: aly plures habēt: sed reges eo amplius. D. Sunt mihi Addit munus vt expliceē ardor cupiditatis ei⁹: Et ex obliq pulsat venerismun⁹ ī paridē: que dedit muliere que nō erat ī potestate sua: vñ cōtra Iuno dicit: sūt mihi. Nec poterat Helēa esse ppria vxor. nec īde creari legitima soboles: ergo acute dixit sūt mihi. Et cōnubio. iū. Ita p. q. d. O. v. t. m. p. a. Ex e. p. f. c. p. p. quarum rerum nulla fuit in Helena. Nō enim erat veneris ergo nō potuit: dare stabilē nec legitīe collocare. C. Bis sep. De hiis meminit ī Geor. vt multi putāt: Sed nos ī nr̄is disputatiōib⁹ ī qb⁹ allegoricū sēsū hui⁹ poetę expssim⁹: hūc locū physice iterpretati sum⁹: nā phoebi auroreq filias. xiiii. fuisse dicunt. easq Iunoni nymphas attributas Iuno aer est Aeri aūt septem attribuūtur: septem itidē gignunt: que omnia ipsolis opera dū in nostro hemisperio ē pueiūt. Est igit aeris vt leuis sit. vt mobil. vt calid⁹: vt hūid⁹ Seren⁹ q tacitus spirabilis. Ista ergo septē aeri attribuūt: In aere aūt gignunt in primis iris: cui tres adsunt: ministrę: pluuia. grādo: nix. In hac contingitur nubes soli opponuntur: sed vmbriū corpus ita ē. vt alia sui parte densū alia dēsi⁹ alia dēsissimū sit. a prima subrubens: a secunda ceruleus: a tertia niger est color. Contra vero partes que in eo pure sunt croceum. quę priores. viridem. quę purissimę. album producunt Hec ergo prima ex aliis septē nympha est: post eam pythiō: cometa: fulmen: exhalatio: tonitruum: ac terremotus. Verum hęc vt dixi in nostris Chamaldulensibus disputatiōibus latius inuenies n Prestanti corpore nymphę. SER. laudat ceteras: vt maior appareat in Deiopeia pulchritudo: cum supet laudatas: Sic alibi laudat Turnum victum ad gloriam victoris aeneę: harum autem nomina in geor. inueniuntur. o Connubio iungam. SERVI. i. ius legitimi matrimonii: ergo connubio: vt ab aliis sepereтur: que a regib⁹ sine lege habentur Ipsi enim inter plures vni dant precipue nomē vxoris. In connubio nu sillaba corripuit per sistolem. cum innubo vnde est producatur. Alibi vero legem secutos dixit: pyrrhi cōnubia suas. Itē Cuiq loci leges dedim⁹ cōnubia nr̄a reppulit. Sciēdū tñ q ī cōpositiōe vl' deriuatiōe pricipalitatis iterdū nata corripiūt. Ergo p cōnubiū legitimā oñdit p Stabili. S. cū ait stabili diuturnā cōcordiā: & que diuortio careat pmittit. q Propriā. S. remouз adulterii suspitiōē r Dicabo. S. Obseqntē futurā demōstrat: nā dicat⁹ deo sacerdos illi obseqūs ē s Meritis. S. prestitis: sic alibi. Nec te regnia negabo pmeritā: Alterū em ē ex altero: Meritū em ex prestātis bñficio manat. t Pulchra. S. posit⁹ ē p figurā septim⁹ cas⁹ p gtio. i. pulchre plis: nec dixit pter. Caacē et Macareū turpissios iter se frēs. nā illi alteri⁹ aeoli filii fuert v Faciat te ple. D. nā ex legiptio et stabili cōnubio hęc ples erat sperāda. Extollit etiā mun⁹ primū a nūero: bis septē. Deide aqlitate prestāti corpore Oēs pulchrę sūt quod difficile ē. Ipsa aūt oīm pulcherri

Quarum que forma pulcherrima deiopeiam
Connubio iungam stabili: propriā q; dicabo:
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hec contra: tuus o regina: quid optes
Explorare labor: michi iussa capessere fas est.
Tu mihi q̄dcūq; hoc regni: tu sceptra iouemq;
Concilias: tu das epulis accumbere diuum:
Nimborū q; facis: tempestatum q; potentē
Hec vbi dicta: cauum cōuersa cuspide mōtem
Impulit in latus: ac venti velut agmine facto.
Qua data porta ruunt: & terras turbine pflāt.
Incubuere mari: totumq; a sedibus imis.
Vna eurusq; notusq; ruunt: creberq; pcellis
Aphricus: et vastos voluūt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; virum: stridorq; rudētū.
Eripiunt subito nubes celum q; diem q;
Teucrorū ex oculis: ponto nox ībubat atra:

ma. In paride aūt non erant talia: quia ex adultero non potest dici pater: nec legitima est proles: ergo non pulchra: Nā pulchritudinē hāc nō in corpore ponit: Sed in honestate nataliū: sic alibi: Nascetur pulchra troianus origine Cesar. Ostēdit autem poeta: debere nos dare ea que magna sūt apud nos vt voto potiamur x Aeolus. S. Hec. s. dixit. x Regina inferior maiorē nō pprio: s; dignitatis noie appellat. Ecōtra vero superior: nisi ire aut indignitationis causa vt in. xii. Rutsq; implorās nomie turnum. Et de aristeo. Et te crudelem noie dicit. D. Aeol⁹ hec cōtra non cōtra volūtatē Iunonis: sed contra verba: non enim ad pmia respondet: ne videat moueri libidine vt paris. Reddit beniuolā cum dicit discernēdo officia: Tuū est iubere. meum cōplere iussa y Explorare. S. tuū est deliberare que velis: mihi est fas obsequi. C. Explorare. Vide in georgicis Explorat rubora fumo z Capessere. C. pprie ē suscipere. vt tu teris aut proficias. Salusti⁹. Expgiscimini & capescite rem publicam a Fas est. SER. liptotes est: nā min⁹ dicit q; intelligit: ergo fas est capessere. i. nefas esset nō capessere. sic alibi. Munera nec sperno id est libenter accipio. D. Fas est. licebit facere etiā si illicita iussers. Respōdet ɔtra: veluti si dicat: etiā si victi nō sint penates: licebit facere: nam cū qui potestatē habet: iubet illicita sūt licita īferiori. Vt dixit cōtra. quia Iuno dixit illū habere iperiū a Ioue. hic respondet habere ab ipsa Iunone: et vt videatur memor beneficiorum addit.

Tu sceptra Iouemq; b Tu mihi quodcūq;. S. physice exprimit motū aeris. i. Iunonis vētos creare. Quodcūq; vel vt vitet arrogantiā: sua exteuat. vel latenter iocatur poeta. Quis em posset ventos rem inanē tenere. D. Tu mihi: Vult esse iunonis quod iuno illum a ioue accepisse memorat c Sceptra. C. Sceptrum grecum est: baculus quo vtebantur reges Home. σκηπτρον βασιλοιη. Inde σκηπτροvoi. reges dicūtur d Iouemq; Concilias. SERVIVS. Histeron proteron in sensu: Nā non Iupiter sibi: sed ipse ioui: quia superior est cōciliat. Cōciliamur aūt nouis. Reconciliamur antiquis e Tu das epulis. S. tu me deum facis: nā & dearū cōnubio: & deorū conuiuio dii efficiunt: vnde in Buco. Nec de⁹ hunc mensa: dea nec dignata cubili est. D. Das epulis. superi⁹ beneficiū hūanitatis accumulatur: si cōuiuiū cū potiore misceatur. Tertio si cū pociorib⁹ plurimis. Quarto si inferior persona nō sedeat vt fieri solet: sed accumbat. posuit in fine. hoc quod desideras tuū est. personarū igitur in vtraq; oratiōe rationem habuit: scilicet iunonis. Aeoli. Troianorū. penatum victorū. Veneris: Helene. Paridis. & Deiopeie. Itē loci. ppter mobilitatem tyrrheni maris: & pximitatē Italie. Item

temporis: nā & iuno breuiter orauit: & Aeolus breuiter respōdit: ne longitudine tempus nocendi subtraheret. C. Epulis: pro dapib⁹. si vera est differētia: q; epule priuatorum sint: dapes regū & deorum. Illud aūt verissimum est epulum ī singulari neutri generis esse: significare cōuiuiū: quod publice populo da f Hec vbi. D. post vtriusq; orationē: coepit Aeolus iussa complere. Emisit plrimos ac graues vētos: vt cōsurgentib⁹ inter se fluctib⁹ regendis nauibus consilium nō suppeteret: et deficiente īdustria facil⁹ mergerent: & mersis nauib⁹ corpora dissicerent: Et vt cōplerent iussa Iunonis: accessit ad violētiā maris: aliorū q; que elemētorū perturbationē. nā nox eripuit coelū ac lucē: vt esset eadē facies maris et terre: ne e cōtra mala cōsiliū suscipi posset: neue scirent gubernatores in quā partem niterentur. Mittebant tonitrua & fulgura vt multiplici metu Troiani desperātes: nihil aliud q; mortem expectarent. g In latus. S. q. d. in rē que facile cedat ictui. Sic alibi In lat⁹ in q; feri curuam compagibus aluū h Agmine. S. impetu: vt illi agmine facto laocoonta petūt: vel multitudine. vt. vocat agmina seua sororū. q̄m et exercitū incedente agmen vocam⁹. i Porta. S. om̄is exit⁹ ē dicta qua ī portari. vel ex portari aliquid potest k Eur⁹. S. quatuor cardinales vētos ponit. nūc tres: paulo post quartum qui aquilo ē l Procell. S. Hec vis ventorū est cū pluuia q; om̄ia pcellat. C. pcellis. plinii. verba sūt. esse vētos repētinos exhalā

te terra editos: q; vagi ruētes torrētiū more tonitrua et fulgura edant: maiori q; illatos pōdere cursu q; si siccā rapiūt nubē pcellam gignūt. Hanc aūt tempestatē et querelam veneris ad ioue: et que Iupiter respondet: ex Neuio de primo bello punico cœpit m Vastos. C. pprie vastum est q̄d adeo excreuit: vt forma q̄ ē vl'ut pierit aliud esse videat Hinc dicim⁹ vastū hominē: cui⁹ gest⁹: nō appareāt hois et vastā vocē: que formā hūane vocis amisit. hic vastare agros dicim⁹: Ergo vastos fluct⁹ adeo magnos vt mōtes aut aliquid huiusmodi potius q; fluctus viderentur. n Insequit. S. s. pcedētē vētorū sonū: quē etiā clamorē possum⁹ appellare o Stridor. S. q. pprie ī funib⁹ dicitur p Die. S. ad vidētiū oclos retulit nō ad naturā q Teucrorū ex. o. S. q; nū q; totū coelū nubib⁹ oppleat: sed q̄ vēti flāt r Exocul. C. oculi ab oculēdo dicti: nā ī ɔcauis latēt vt eminētia vndiq; eos defēdāt: ppterea meli⁹ cernūt ex obscuriori loco. s Nox. S. dicit q̄ ocłis noceat t Incubat. S. quia alienū tempus in uasit: Incubare cū est p vim aliena obtinere v Poli. S. extreme ptes coeli C. poli extremitates phere sūt due q̄ terra axem virtuntur sic dicti. Quia πολεω vertto seruat. Vn alibi ipe a vertice:

Intonuere poli:& crebris micat ignib⁹ ether:
presentemq́ viris intentant omnia mortem.
Extemplo Aenee soluuntur frigore membra.
Ingemit & duplices tendens ad sidera palmas:
Talia voce refert:o terq́ quaterq́ beati,
Quis ante ora patrū,troie sub mœnib⁹ altis
Contigit opetere:o Danaū fortissime gentis
Tytide:me ne iliacis occumbere campis
Nō potuisse:tua q́ aīam hāc effudere dextra.
Seuus vbi Aecide telo iacet hector:vbi ingēs
Sarpedon:vbi tot simois correpta sub vndis

vertices polos appellat:vt hic vertex nobis semper sublimis at illū subpedib⁹ styx atra videt. Staci⁹: atq; omnia mūdi Claustra tonant multosq; polos inclinat orion x Et crebris mi. CRI. Recte quia eodem tempore sunt fulgetrę & tonitrua y Aether. S. pro aere posuit in q̄ nubes & fulmina creanť. poeta autem sepe ista duo confundit z Presentemq́. C. ineuitabilem. nam quę presētia sunt iam venere: ergo vitari non possūt: Aliquando fauens: vt idem in Buco. Nec tam presentes alibi congnoscere diuos: nam sola presentia sua fauēt dii: Aliquando potens. Hora. O diua q̄ gratum regis antium presens. vel imo tollere de gradu mortale corpus a Viris. C. Ita horrenda erāt vt etiam fortes homines mortē timere cogerentur b Intētāt. S. Minanť c Extemplo. SERVI. Statim: nam templū ē loc⁹ quem augures in aere signāt, q̄ facto illico capiūt auguria d Aeneę SERVI. seruat τοπρεπον vt vltimū ęneā territū ponat D. Extēplo Aeneę. Exprimit quale & animi & corpis senserit pathos e Frigore. S. id est timore & est mutua translatio. Contra Teren. Vxorē tuā pauitare aiunt id est frigescere Vrūq; eīm ī vnū exitū cadit. vt de calore et frigore vrere dicim⁹. vt. aut boreę penetrabile frigus adurat. D. Frigore nō pro timore posuit: nā derogaretur eius virtuti. ergo frigus dixit ꝓprie quod oriebatur non ex casu euidentissime mortis: sed ex tot aduersis: quę corporis calorē extinxerunt: quia cruciabatur anim⁹ viri fortis qui maluisset gloriosi in campo occūbere: q̄ ignobiliter in fluctibus interire. C. Frigore cum aliquid horrēdū venit in mētē. timet ī teritum natura. et cum diffidat totū corpus veluti ipsā vrbē tueri posse: saltem conatur cor. i: toti⁹ vitę arcem tutari: atq; omnē sanguinem & spirit⁹ vbi calor est vt mūimen sit illuc cogit: Hinc membra externa a calore deserta frigescunt: & absentia sanguis in quo calor ē pallescunt: et nerui amisso calore debilitati dissoluunť & tremiscūt f Ingemit. S. Non ꝓpter mortem sed ꝓpter mortis gen⁹ Nā secundū Home. graue ē perire naufragio: nā anima ignea extingui videť vt Igneus est ollis vigor. C. Ingemit. recte: Nā legerat apud Cice. ī secūda Tusc. Ingemiscere nōnūq; viro ꝯcessum est: idq; raro. eiulat⁹ aūt ne mulieri quidem g Duplices. S. duas. antiqui eīm duplices & binos duos dicebant h Terq; quaterq; SERVI id est sep⁹. finitus eīm nūerus est pro infinito. D. Oterq; q̄terq;. i. multifariā C. O ter. ait Macrobi⁹ aīam ꝯstare ex symphoniis musicę & primū hemiolū ternarium: & primū epitritum quaternariū esse dicit: & ex his duob⁹ cōstare dyatesserō & dyapēte: ex quib⁹ dyapason synphonia generatur. Vnde vir nulli⁹ doctrinę expers. plene & p omnia beatos exprimere volēs: ait. Oterq; quaterq; beati i Quis. S. & quib⁹ in datiuo est. nā ab eo quod est qui. quibus mittit: & ab eo quod est a quo in is: sed a tertia declinatione inusu sunt. datiui & ablatiui pluralis: licet antiqui oib⁹ vsi sūt casib⁹ Cato in Originibus Ques: sūt Po. R. Dixit eīm ques quium: & pupes pupiū. D. Quis ante. o. p. de polyte ex his quę in secundo dicitur intelligem⁹: qui cęde pyrrhi in cōspectu patris occubuit k Ante ora. p. C. nā pulchrū fuit & suaue pugnantes pro patria spectantib⁹ patribus

satis facere l Altis SERVI. ꝓpter pergama quę altissima fuerunt. Ex quib⁹ (teste Aesthilo) omnia alta ędificia pgama vocant. D. Altis. q: d. integra ad huc ciuitate: ipse em aeneas non troiam altam: sed campos vbi Troia fuit reliquit: & in fluctib⁹ piclitaturus est m Oppetere. S: ore terram petere id est mori. ergo dicim⁹ oppetit & mortem oppetit Vt expirat: & animā expirat. C. Oppetere ore terrā petere: nam qui viriliter occumbebant: ne quā vocē in dignam viro forti emitterēt: mordicus terram petebāt Quod sic expressit Home. πρηνυς ἐσευκονιησιν ὀδαυλαξ ζοιατο γαιαν n O danaū. D. fortissime gētis Ex illo ad aliud rapt⁹ est: existimās se īfoelicē qui & hunc exitū vitę sortiať & ignobili morte pitur⁹ o Gēt;. S. Atqui suplatiuū exigit pl'alē: s; gēs collectiuū nomē p l'alitatē cōtinet Sic. Salust. Romāi generis disertissimus: sed quare fortissimum dixit (cū tertius sit post Achillem: & Aiacem) ergo fortissimū quia venerem vulnerauit & Martem: vel ad genus referas: Nam Achilles Thessal⁹ fuit. Aiax grę c⁹. Dyomedes Danaus. Alii ad excusationē aeneę dictū volūt: nā ipse ab alio vulneratus est o Tytide. S. Vocatiu⁹ grecus: nā cū patronymica in. a. primę declinatiōis sint: apud latinos esset O tytida p Me ne iliacis. D. ex his se fœlicem existimās: qui hunc exitū vitę nō habuerit: sed vir fortis in pelago esset moritur⁹: non potuit aūt explere orationē interueniente fluctu. Esset aūt vitiū poetę: si finit; querelis fluct⁹ interuenisset: sēper ergo ipsectas reliquit querelas. vt Hec dū Dardanio Aeneę miranda videntur. Et alibi Talia fundabat lachrymās q Non potuisse: C. cū nunq; pugnare destiteri. et sęp me piculis obiecerim r Tua q́ animā. C. q. d. adeo forti s Hanc SER. cū dolore profert. q. d. quę ad laborē nata est. C. hāc q̄i ī fœlicē; pnoia ei efficatiā sūmā habēt. q̄ mirū q́ a tam forti: tā miser nō pierit: nisi ad maiorē miseriā reseruabatur t Effūdere. SERVIVS. secūdū eos q aīaz sāguinē dicūt esse. vt alibi ipse. purpureā vomit ille animā. Alibi sequitur eos qui animam spiritum ponūt: vt. atq; in uentos vita recessit v Seuus. S. magnus. optime autem deligit cum quibus periret: ipse enim fortis & deorum proles x Hector. C. Si periit Hector fortissimus Troianorum: Ego quoq; periissem: nisi fortuna ad maiorem miseriam me reseruasset y Vbi. C. vt ostēdat se in eadem atie vbi ille pugnabat pugnasse z Sarpedon. S. si Sarpedontę facit: habebit circumflexū in vltima. Si sarpedonis: habebit accentum in penultima: Sed sarpedontis. vsurpauit: naturalis enim declinatio Sarpedonis. vt mēnonis sindonis Genitiu⁹ autem in dontis a nominatiuo circūflexo est vt demophon demophontis. Sarpedon fili⁹ fuit Iouis: & Laodomię: cęsus a patroclo a Vbi. C. repetionem facit: ex qua oratio vehemētior ē b Simois. S. ītegrū ad nos trāsit: vñ suo accētu ē ꝓferendū: nā si latinū esset ī antepenultima haberet accētū q: secūda a fine breuis ē. C. Simois fluit ex Ida sub Ilio currēs: et ꝓpe mare xantho mixt⁹: facta palude apud sigeū ꝓmōtoriū ī mare cadit. vnus ē ex fluib⁹ q̄ (teste Hero) defecerūt potāte xersis exercitu. Apud hūc ex Anchisa ven⁹ aeneā cōcepit t Sub vndis. S. si voluit. legiť et sub vndas: & tūc erit correpta sub vndas

d Scuta. CRI. equitū dicunt: quia minora. Clipeos vero peditū: et maiores. a greco vocabulo: quia totū corpus furetur clipeus. id est. abscondat: κλεπτω em furari est e Fortia corpora. S. i. virorū fortiū. Nam ī cadauere nulla est fortitudo. f Iactanti. S inaniter loquenti. Sic alibi Voces dū iactat inanes. DONATVS Iactanti. Adhuc loquenti interuenit vis fluctus: Nec permisit explicare fœlices qui in Troia perierūt: Se infœlicem qui in fluctibus sit periturus. C. Iactanti. inaniter loquēti. Iacto a iaceo: est freqntatiū. & qui iacit amittit: ergo inaiter loquitur qui verba amittit. Itē iactat: gloriat: quia multa frustra loquitur. Iuuenal. Ipse lacernatę cū se iactaret amicę. Hinc iactura ē detrimentū ꝓprie: quod accipimus cū tempestate e naui res in mare ꝓiicimus: vt exonerata nauis facilius fluctibus resistat. Sed per translationē ꝓ oi damno capitur.

riuntur ostendūt. Item apire vulnerare qꝫ vuln⁹ quod latebat ostēdit luue Fuste aperire caput candelā apponere valuis. Item detegere. Stati⁹ Sic fat⁹ apto ense vocat socios v Harenis: S. i. ab harenis. i. ab imo: Vel cū harenis vt i tempestate solet x Tris. S. Quotiens genitiu⁹ in iū facit: accusatiu⁹ in is exit vt pupiū pupis Si vero in vm: ī es: vt patrū patres y Saxa latētia. S. ꝑpter tempestatem Hec saxa inter affricā & Sardiniam sunt Et ī itali aras appellant. qꝫ ibi affri & Romani fœdus inierunt quę arę a Sisenna ꝑitię dicuntur. Est aūt ordo quę saxa in mediis fluctib⁹ Itali atas vocāt

Scuta virū: galeasqꝫ: & fortia corpora voluit.
Talia iactanti stridens aquilone procella
Velum aduersa ferit: fluctusqꝫ ad sydera tollit.
Franguntur remi: tū prora auertit: & vndis
Dat latus: insequit cumulo ꝑruptus aq̄ mōs.
Hi summo in fluctu pendēt: his vnda dehiscēs
Terrā inter fluctus aperit: furit estus harenis.
Tris notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa vocant itali mediisque quę in fluctibus aras:
Dorsum īmane mari summo: tris eur⁹ ab alto
In breuia & syrtes vrget (miserabile visu)
Illiditqꝫ vadis: atqꝫ aggere cingit harene.
Vnam ꝑ lytios fidumqꝫ vehebat orontem.
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus

g Aquilone. S. ab aquilone. C. Ab aqlone: qui ab alto. i. a septētrione veniat. h Aduersa. S: cōtraria. Est em̄ in Italiam nauiganti contrari⁹ aqlo. i Fluctusqꝫ ad sy. C. Hyperbole: quā latini suplationem nomināt. Hęc nō fit vt id credat quod dicimus: sꝫ vt ex eo quod ē incredibile credat aliqd pene incredibile. Non postulat ergo vt credat fluctū sydera tetigisse: sed ad incredibilē pene altitudinē se erexisse. In hac virtus ē augendi et minuendi. Fit aūt cum & plus facto dicimus: vt hic. & Cicero: Veniens frustis esculentis gremiū suum & totū tribunal impleuit. Aut per similitudinē: vt credas innare reuulsas Cycladas: Aut per comparationē: vt: Et fulminis ocior alis: Aut signis quibusdam: vt illa vel intactę segetis per summa volaret gramina. nec teneras pedibus lesisset aristas. k Remi. S. vel gubernacula: vel reuera remi: quia antiqui remis velisqꝫ nauigabant. l Prora. C. prior pars nauis: qꝫ proruat aq̄s: Hui⁹ extrema acuta: & ferro munita pars rostrū dicit. m Auertit. S. pro auertit: vt: Et nox humida cœlo ꝑcipitat. Hęc aūt verba inuicem ponunt: quę actiua & passiua esse pñt: vt auerto & auertor: et pręcipito et ꝑcipitor. n Dat latus. S inclinatur. o Cumulo. S. altitudine. p pręruptus. SER. in altum eleuatus. q Hi summo i fluctu. DO. Fluctibus vario motu venietibus alii erigebant tumore fluctuū: alii deprimebāt. r Pendēt. C. suspensi sunt. Pendere enim ponderare est. Et quia antiquitus pecunia quę Enea erat ponderabat et nō numerabat. pendere et expendere pecunias dicūt Item pendere penas qꝫ omnes penę pecuniarię erant. Dicim⁹ pēdere corpora quę supne alligata nullo i feriori fundamēto hęrent. Item animo pendere dicim⁹ cum ita ambigui sumus vt nulli certe rei hęream⁹: Vnde infra suspensi euripilū citatum oracula phoebi mittimus s Dehiscens. S. valde hiscens. de enim auget Vt deamo te Syre: t Aperit. s. ostēdit Salust. Caput apire solitus i. denudare & ostēdere. C. aperit Ostēdit quę res prius clausę si ape

z Dorsum immane. S. Dorsum eminēs altū secūdum Homerū A Summo. S. vel in sūmo b Ab alio. D. peritus locorū eorum dixit ducere Syrtes ab alto. i. apelago. Aliter enī non potest cū fluctus habeat ab orientis partib⁹ ī quib⁹ sūt Syrtes eo nauigia cogere vnde potuit reuocare Sex igit naues alienatę sunt a cęteris. vna turba premitur vbi erat Aeneas. nūc casus octauę describitur c In breuia & Syrtes SER. breuia Syrtiū Vt molē qꝫ & mōtes ī sup altos. Breuia: vadosa: per quę possumus nauigare. Sirtium aūt Sinus duo sunt. pares natura: impares magnitudīe vt ait Salustius C Sirthes duo sūt sinus Affricani maris dispari magnitudine: sed pari periculo dictę sūt πο ρατοσυρα ω. i. ab alto vēto em̄ trahunt harenę. vnde idem loc⁹ modo vadosus fit. accedente tumulo harenarū: modo profūdior ill⁹ alio depulsis. Est autē et minor syrtę et maior: Minor lothū cibum suauē ꝑducit Inde lothophagitę appellatur de his Salust: Nam ꝑpe duo sunt sin⁹ in extrema affrica: ipares magnitudine pari natura quorū loca proxima terra peralta sunt Cetera iteriora vbi fors tulit alta alia in tempestate vadosa. nam in tempestate fluctus quasi limū & harenam & saxa trahunt. & hinc facies locorū mutatur d Lytios S. hi sub pandaro troianis auxilio fuerāt: sed eo mortuo Aeneam secuti sunt Vnde in secūdo ait comitum affluxisse nouorū e Fidū. S. idem & fidelem f Ipsius ante oculos. SER. ad maiorem dolorem vnde Alibi Quęqꝫ ipse miserrima vidi C. Sciat pathos grauiorā enim quę vidētur qꝫ quę audiūt. Cicero ad. Brutū: Nā etsi quocunqꝫ in loco quisqꝫ sit: idē est ei sensus. & eadem acerbitas interitu rerū suarum & publicarū: oculi tamē augent dolorē: Mouet ergo pathos attestatio rei visę vt Ipse caput niuei vultū pallātis et ora. Vt vidit. leuiter qꝫ patens in pectore vulnus g Ingens penitus. S. magna pars ponti. Est Synecdoche h Auertice. S a pupi quę vertex nauis est: Vel ab aquilone qui flat a mūdi vertice septemtrione vnde in Georg. Hic vertex nobis semper sublimis. i In pupim Ferit. S. Magister leucaspis vocatur sic infra Leucaspim & Lytię ductorem classis orontem. D. In pupim ferit. hos specialiter cū eorum nominib⁹ ponit quia ī his potiores nauigabant & vno casu ferebantur k Ferit. C. Hoc verbū preterito caret teste pristiāo: Sed a

In puppim ferit: excutitur: pnusq; magister
Voluitur in caput: ast illam ter fluctib⁹ ibidẽ
Torquet agẽs circū: & rapidus vorat ęqre vortex.
Apparet rari nantes in gurgite vasto
Arma virum tabuleq;: & troia gaza ꝑ vndas.
Iam validam Ilionei nauẽ: iam fortis Achatę:
Et qua vectus abas: & qua grandęuus alethes
Vicit hyems: laxis laterum cõpagibus: amnes
Accipiūt inimicū imbrẽ: rimisq; fathiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum
Emissamq; hyemẽ sensit Neptunnus: & imis
Stagna refusa vadis grauiter cõmot⁹: & alto.
Prospiciẽs: summa placidū caput extulit vnda.
Disiectā Aeneę toto videt equore classem:
Fluctibus oppressos Troas: cœliq; ruina:
Nec latuere doli fratrem Iunonis & irę:

ꝑcutio mutuať: & faciť ꝑcussi. Sic in mixtis. nā sisto statui habuit. a statuo ꝑo tuli. nā antiqui dicebant tulo. Cerno creui a cresco. l Excutiť. C. Eiicitur dicimus em̄ excutere dum cū aliquid quatitur id qđ inest vł supest deiiciť. Vnde equitem ab equo excuti dicimus. l Voluitur in caput. C. nā caput qđ stante illo superi⁹ erat cadendo: quia voluit hō: fit inferius. m Ter. S. sepius. crebrius. Salusti⁹. Crebritate fluctuum: vt aquilo solet. n Torqt. C. in girū vertit: hinc torques ornam̄ta militaria: quia circuli sunt. Item torquere. i. iaculari. quia vt mixtus sit torquem⁹ rem priusq; emittamus. Inde tormenta machinę: quibus missilia iacim⁹. Item cruciari: vñ tormenta cruciatus quoq; dicimus. o Vortex. C. Fit cū aq̄ in gyrū acta absorbetur.

p Apparent. S. videnť. Appet liquido sublimis in aere nisus. Parere aūt obedire: vt paret amor dictis. DO. Apparent: vt compleať id: submersasq; obrue. p. periit ergo amicus & fidus: et in ei⁹ conspectu excusat Orontem qui nō imprudētia: sed vi tempestatq; perierit. q Rari. S. vel ꝑpter maris magnitudinẽ. Vel qa vna perierat nauis. r Nantes. S. ab eo quod est no nas: vt nare pestatem liquidā. habetq; primā longā. Inde nato as. are. & corripit primam: s Gurgite. SER. omnem congeriem aquarum significat. ergo tapinosis est: id est humilitas in sermone.: sed auget epitheto: cum dicat vasto. t Vasto. CRIST. immenso. Proprie eni vastū dicimus id quod ita modum excedit: vt destruat formā suam. Hinc vastam vocem dicimus quę nimia sit et non seruet decorum. Inde vastare agros: id est populari: quia formā suam amittant. v Arma. S. instrumenta sunt cuiuscunq; artis. x Troia. S. possessiuū est. Troius a. um. id est troiana: et habet primam longam. Troia primitiuū duarum syllabarum est. y Gaza. SER. Persicus sermo est: & significat diuitias: id est omne quod possidemus. Frustra ergo queritur quomodo aurum natare potuerit. z Ilioni. S. pro ilionei: Antiptosis est. Vt hęret pede pes: pro pedi. Et posuit datiuum grecum pro genitiuo tino. Sic orphi Caliopea
a Vectus. SER. qua vehebatur: nam nos a ꝑsenti passiuo: participio caremus. b Hyems. S. hybernum tempus significat. sed etiam ponitur ꝑ vi ventoꝝ: vt hic.
c Omes accipiunt inimicū. DO. id est vna omniū causa: ac similis fortuna. Sed Neptuni datur occasio: ne penitus Iunonis iussa implerentur. d Inimicum. C. temporaneum epitheton & nō perpetuum. Non enim absolute ita dicitur inimicus imber. & palidi morbi: et turpis egestas: quia potest esse amicus. e Imbrem. S. omnẽ humorem dicimus. Lucretius. Ex igne terra atq; aqua nascuntur & imbri. f Rimis. C. Rimę hiatus sunt angustiores: & fissurę in re quę rumpi incipit. Inde rimari inquirere. Tractum a suis qui pascentes intra rimas terrę sibi cibum quęrunt. Est autem ab eo quod est ρυγνυω id est scindo. g Fatiscunt. S. Fatim: abūdanter. Vnde affatim: & hiscunt aperiūtur. C. Fatiscunt. hio est: & nō deberet dici hiasco: sed fit hysco. id est fatisco valde hysco. nā statim & affatim valde est.

h Pontum. C. grecū est pontus. Dionysius: ποντωκεανου περοωι τοι ρταρα γαιησ.
i Hyemem. CRIST. & prolixe & cõstanti ordine ita exprimimus allegorias: siue morales sensus huius poetę. vt quod semel in vna significatiõe positum sit: in eadem deinceps semꝑ ponať. Tendit igiť Aeneas in italiā: id est laude dign⁹ vir: tendit ad summū bonum: quod est positum in contemplatione rerū diuinarum: teste Platone: quem ipse sequitur: huic implacabilis inimica est Iuno: Nam dea regnorū fingiť ab antiquis: ergo erit cupiditas regendi & ministrādiq; in vita ciuili rem publi. Hęc enim virū excellentẽ ab italia Carthaginem. i. a vita contęplatiua ad actiuā traducere conatur. sed cū ille a ꝑposito non flectatur: ipse ꝑ Aeolum tẽpestatẽ citat: id est per rõem inferiorẽ: quę cum circa particularia versetur facile fallitur: quia perturbatiõibus cõmouet. Sed neptunus: id est ratio superior & intellectus non corrumpitur a Iunõne. Sed sedat tempestatem quę omĩa (quęso te lector) vt diligenter in illis libris nr̄is Chamaldulensibus legas: puto enim fore vt te minime peniteat. k Imis. S. Propterea q; non cognouit nisi post factam tempestatem. l Stagna. S. aquę stantes sunt: sed hic pro ipso fundo: quod nisi magna tempestate non moueť. Ergo stagna & imis vadis refusa aliud pendet ex alio: quia immobilis aqua in imo maris tantummodo est. m Commotus. C. contra ventos.
n Alto ꝑspiciens. S. e mari caput tollens ꝑspicit. Vel alto. id est ipsi mari ꝑspicit. i. consulit. o Placidū. SER. scilicet troianis: q̄uis ventis sit iratus. Vno aūt epitheto suo more habitū futurę orõnis significat. C. Placidū erga troianos. p Ruina. S. tonitribus: quorū sonus similis est ruinę. q Nec latuere. D. Frẽm sororis studia nō latebant. Ergo vocatis ventis. i. orõnẽ habuit Patheticā vtpote cõmoti animi abscisam. i. nec cõtinuā: nec cõpositā. Fuit breuis: quia subueniẽtis in hoc casu nō erat multa loqui. r Iunonis. S. aut doli Iunonis: aut fratrẽ Iunonis. C. Fratrẽ iunonis. Saturni filios fabulanť antiqui Iouẽ minorẽ. vel grece subtracta aspiratiõe cronos diciť a Chrono q̄d est tempus. Tempus em̄ omnia creat: atq; creata: adultaq; consumit: ꝑter quattuor elementa: ea em̄ sunt Iuppiter. i. ignis: Iuno: aer. Neptūnus aqua & pluto terra. Ergo frater Iunonis est Neptunnus: hic cū aqua sic a nando Neptūnus dr̄: grece aūt appellať: ποσιδαω

S

Eurum ad se zephirūq̧ vocat: dehinc talia fat̄.
Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri:
Iam cœlum terrāq̧ meo sine numine: venti
Miscere: & tantas audentis tollere moles.
Quos ego: sed motos p̄stat cōponere fluctus.
Post mihi nō simili pœna commissa lueris:
Maturate fugam: regiq̧ hęc dicite vestro.
Non illi imperium pelagi sęuum q̧ tridentē
Sed mihi sorte datum: tenet ille immania saxa
Vestras eure domos: illa se iactat in aula
Aeolus: & clauso ventorum carcere regnet.

quia potum prębet ποσισ eni potus est. & λιλουιλο Ipse quandoq̧ amphitrites dicit̄. aquarum dulciū particularis vis Naiades sunt. Marinarū vero nereides: Sed vt aliis videt̄: amphitritę vxori sue nomē est. fundamenta illi sacra sūnt: quia ei⁹ opera terra mouet̄. ob idq̧ enosigeus id est terram quatiens dicitur. Physici aquarum effectiuā vim oceanū ponunt. Simbolū aūt thetyn. Vis aq̄ potabilis Achelous est marię Neptunnus: quę inquantum gignere potest: Amphitrites dr̄. Mouet terrā: quia aq̄ terręmotus causa videt̄. Cōsolidat terrā illam a se excludendo hinc illū ασφαλιονα: i. terram stabilientem appellāt. s Eurum ad se. S. p has reliq̄s intelligit. t Tanta ne. D. Hoc genus vectionis nō habet principiū: & crimen exaggerat: ōndens illas nō tm̄ suā: sed hereditariā sectari temeritatem q̄d vinū: q̄ naturale est: nō pōt emendari. Sūt em̄ venti a gigantibus: q bellum diis inferre ausi sunt: sed pœnas reddere. Ostēdit igit̄ eorū eē crimē q̄d amiserant: esse etiam originale sanguis. C. Tanta ne. Optimū orōis Pathęticę genus: quia abruptū & concisum est. & ab interrogatiōe īcipit: & quū propriū gigātū fuerit aduersus deos bellū gerere. Vnde venti in regnū Neptunni irrūpe nisi a temeritate paterna ausi eēnt:
furoris: non consilii: nam nec sacerdotibus hęc dicentibus credidit: Vñ est: Quid vota furentẽ: Quid delubra iuuant: d Remigio alarũ. D. Aliter eni volare non potuisset. e Citus. S. nam velox est in cursu Mercurius. f Etiã iussa. D. fructũ executiõis ĩpletę posuit. g Ponũtq; ferotia corda. D. Natura ferox in lenitatẽ mutat̃. h Poeni. S. q̃ phoenices p antistichon. i Volente deo. S. Mercurio vel Ioue. D. Volẽte deo: nã nisi dei. i. Iouis vł Mercurii iussus interesset: natura ferox imutari nõ potuit: et qa reginę partes in secundo loco posuit: correxit dicẽdo in primis. nam ipã fuit lenienda: q̃ vel incitare illos posset: vel violentiã comprimere. Et quõ fieri nõ poterat: vt eodẽ tp̃is puncto ferocitatẽ ponerent et amarẽt librauit verba: et nõ dixit amãt: sed ponũt corda ferotia. k At pius Aeneas. D. Interposita narratiõi fuerãt verba Veneris & Iouis in luctu Troianorũ: nũc ad narrationẽ redit eo vnde digressus fuerat: s. Etiam finis erat. C. At prius Aeneas: Describit pincipẽ oĩm virtutũ genere accumulatissimũ. Est em̃ & sũma diligentia: & sũma in suos caritate prẽditus: q ne noctu quidã salutis inuestigãdę curã omittat. Est et sũma prudẽtia: q et socios optĩe occultat: & cautissime ad exploratiõem rerum accedat: nec defuit magnus anim⁹: & in rebus periculosis tentãdis: exclusa temeritate fortitudo. Denicq; magna in illo apparet castitas: qui aspectu pulcherrimę virginis minime motus sit. l Per noctem: S. Decq; enim p cunctis regẽ sollicitũ esse. C per noctẽ: vt quietẽ mortalib⁹ a natura datam sibi subtrahens publicę curę inuigilet: quod Iouis apud Homerũ prẽceptũ est. ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα Nõ enim decet totã noctẽ dormire populi consultorẽ virũ. m Plurima. C. Nã nunq̃ recte consulit̃: nisi pri⁹ oẽs q̃ in cãm cadere pñt rõnes in vnũ ꝯferam⁹: ac qbusq;: vł falsis: vł ineptiorib⁹ eiectis solidas: ferasq; teneam⁹: n Vt primũ. C. optim⁹ pgressus: nã & prius consulto: & vbi cõsulueris mature facto op⁹ ẽ. Cõsuluit ergo prudẽter p noctẽ: deinde pria luce decreuit: fortiter aggredit̃. o Alma. S. q; alat. sic et alma cęres. Nã dicũt physici omĩa per diẽ crescere. Nã q̃d alibi dicit: tm̃ gelid⁹ ros nocte reponit: p miraclo dixit: vt etiã Plinius sentit. p Locosq;. S. Locos in plurali. m. et. n. generis est in singulari masculini tm̃. Sic etiam iocus iocos & ioca facit. p Accesserit. S. Prẽpositio detracta nomini dat̃ verbo: et est historologia: vt hic accesserit oras. Cũ aũt mutat̃: figura est: vt: Camarũ ad labit̃ oris p oras. q Qui teneat. S. iure dubitat: nã cernit inculta. r Exacta. S. acq̃sita. D. Exacta. pposuerat pl̃a in masculino & foeminino: Hęc aũt vt cõplecteret̃ posuit neutrũ. s In conuexo. S. Pro oeconomia: vt non terreatur veluti classis Ilionei. Conuexo: concauo. Vnde conuexũ dicim⁹ coelum: & intellige loco: vt castrorũ & campi medio: sc̃;

hospitio. DO. Classem in conuexo. Exiturus cum solo Achate: nec omnino inermis fuit: vt temerarius: nec oĩno armatus: vt timidus. vt solis igitur inquit hastilibus: & vno socio in solitudinẽ enim iturus debebat esse expedit⁹ ppter requisitiõnẽ celerem: & maturũ reditũ. Ad oĩa circumspectus socios omni cautela occultat: cui rei inseruit descriptio portus. ❡ Classem in ꝯuexo nemorũ. Quinta ergo diligentia fuit: qui nõ antea profectus q̃ sociorũ saluti cõsuluisset: Et cũ vno ad incertũ perget. Addit aliud ad laudem: a loco: tempore: & psona: Nam cũ se se foemina ad fallendũ composita sola in sylua obtulisset: mot⁹ libidine non est: q̃uis virginitas pulchritudo & vestit⁹ accenderet: accedebat ad castitatem cõgeries calamitatum: q̃ etiã libidinosos coercet. Vñ Teren. Nulla adeo ex re istud fit. nisi ex nimio otio. t Rupe cauata. S. speluñca per Periphrasim. v Arborib⁹ vm. S. i. vmbris arborũ. x Achates. S. Multi dicunt: q̃re comes sit Achates: meli⁹ tñ est vt sit a gręca Ethymologia αχος eni cura est q̃ sp comes ẽ regũ: y Bina: S. si ad vtrũq; referes: bñ dictũ est bina: si ad Aeneã bina. i. duo: sicuti duplices palmas. z Lato ferro. S. i. lati ferri. a Mater. C. Quare venus in excidio Troiano se vt deam filio ostendit: & quare hic: vt venatricẽ in nostris Chalmadulensibus expressimus: qui locus nõ te fugiat: obsecro lector: Videbis q̃ altos: quanq; pfundos sensus diuin⁹ poeta sub huiusmodi fabularũ figmẽtis abscondat.

b Sylua. S. i. υλην gręci dicunt elementorũ cõgeriem. vnde omnia creant̃: Multi volunt Aeneam in Heroscopo virginem habuisse. Bene igitur in media sylua virginis habitu venerẽ facit occurrere: quia venere in virgine constituta misericordes pcreant̃ foeminę: & viri per illas foelicitatem consequunt̃. c Os habitũq;. S. faciem & amictum. d Spartanę. S. Nam sparta habet venatrices virgines. C. Spartanę. Ex legibus lycurgi cogebãtur spartanę mulieres virilib⁹ officiis exerceri: vnde & mons in lachonia Parthenos esta virginib⁹ dictus: q in eo virgines venarent̃: Et propertius sic: huius rei meminit. Multa tuę spartę miramur iura palestrę: Sed magę virginei tot bona gymnasii. Et infra. Et modo taygeti crines aspersa pruina: Sectatur patrios per iuga longa canes. Et Plato in repubica sua ostendit: Quod si in cęteris animantib⁹ foemineus sex⁹ par virib⁹ est masc̃lino: ita & m̃lieres virilia munera obire possunt. e Threissa. S. Thracia: & est solutio: nam tressa facit sicut cressa: vt: Cressa gen⁹ pholoe: Sunt autem ab eo quod est thres & cres: Sed threyssa: qa per ei dyphthongon scribit̃: habet dissolutiõem. Chressa vero: quia scribitur per h: non habet dissolutionem. f Harpalice. S. Hęc collecta multitudine patrem suum a getis captũ celerius liberauit: q̃ de foemĩa posset credi.

Vnde fluuiū dr̄ celeritate transisse. C. Harpalice. Fabulā narrat Seruiꝰ. Sȝ etiā legit Boreę filiā fuisse Harpalicen: in qua par est rapidissimi p̄ris fuisse velocitatē. Hęc Phineo regi nupsit priuignisq; infensa fuit. g Preuertit. SER. transit et puertit dicit. h Arcum. S. vt credat venatrix ❡ Habilem. aptum sexui: Vnusquisq; em̄ habet arcū pro viribus suis. i Diffundere. S. vt diffunderet. & est greca figura: sic & magnū dat ferre talentū: inde da bibere vsus obtinuit: q̄d facere nō debemus: vt duo verba iungant nisi in poemate. D.

seriem extimatiōis quam de ea habuit. v Nāq; haud tibi vultus. CRI. Sic ait. Diua patens nemorū: nā te vultusq;: pudorq;. mortali de stirpe negant.
x O dea. S. Conclusio silogismi: qui constat ex ꝓpositiōe assumptiōe: & conclusione: nam si nec vox nec vultꝰ mortalis est: restat vt dea sit. D. O dea: cum hoc ꝓnūciatū sit: sequatur certe: an Phoebi soror. y An phoebi soror. SER. a loco & ab habitu putat esse Dianam quę syluis venatur. C. Phoebi. s. Diana quę venatrix est. Vn: Qualis in eurotę ripis: aut ꝑ iuga cynthi. Exercȝ diana choros. z Nympharū. C. ſm Aristo. moriūt tādē nymphę: sed ad plurima secula durāt. De his vero & faunis & panibꝰ idem inuenies apud Eusebiū Pamphilū.

Harpalice: volucremq; fuga p̄uertitur hebrū.
Nanq; hūeris de more habilē suspēderat arcū
Venatrix: dederatq; comas diffundere vētis:
Nuda genu: nodoq; sinus collecta fluentis.
Ac prior: heus inqt: iuuenes mōstrate mearū
Vidistis si quam hic errantem forte sororum:
Succinctā pharetra: & maculosę tegmīe lyncis:
Aut spumātis apri cursum clamore p̄mentē.
Sic venus. & veneris contra sic filius orsus.
Nulla tuarum audita mihi: neq; visa sororum.
O q̄ te memorē virgo: nāq; haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominē sonat: o dea certę.
An phoebi soror: an nympharū sanguis vna:
Sis foelix: nostrūq; leues (quęcunq;) laborē:
Et quo sub coelo tandem: quibus orbis ī oris
Iactemur doceas: ignari hominūq; locorumq;
Erramus: vento huc vastis & fluctibus acti.
Multa tibi an̄ aras nostra cadet hostia dextra.

Debuit venus offerre loquendi fidutiā: ne improbum videt̄ q̄d cū virgine cū sola tunc esse putaret: misceret̄ colloquiū: sed et ad fallendū quoq; ptinebat: vt nō solū specie: sed etiā sermōe imprudentes traduceret: vt ad interrogandi necessitatē venire potuissent. k Sinus collecta. S. oculos diffusa. l Heus. S. vocātis est aduerbiū. alias interiectio dolētis: vt heus etiā cōsumimus: inqt Iulus. m Monstrate. D. Interrogatio est breuissima: q̄ tn̄ necessaria ad fallendū continet: dixit: et signa: vestitus: & habitū exposuit. Breuius aūt r̄ndet Aeneas: nec tn̄ a ꝓpositis aberrat. n Errantē. SER. inuestigantē. o Succinctam pharetrā. S. Succinctam instructā: Vel secundū alios in cingulo hn̄tē pharetrā & pellē. C. Succinctā pha. & m. t lyn. Copulat diuersos casus contra consuetudinē: sed melius in aliquibꝰ codicibus legitur pharetra i ablatiuo. Eandē q̄stionē hȝ quod scelus: aut lapithis aut calidona merentem: sed & lapithas inuenitur & calidone. Item iusticia ne prior mirer belli ne laborū: sed et iusticię legit̄. ait Pristianꝰ. p Lyncis. SER. Fuit rex thracię lynx. Hic Triptolemum vt hoībus frumēta monstraret a Cerere missum suscepit hospitio: ac mox aut gloria in se migraret occidere tentauit. At Ceres irata illū in lyncē ferā varię pellis ꝯuertit: vt ipse varię mētis fuerat.
q Apri. C. a greco est remota littera. κάπρος enim dicitur. Apri semel in anno gignūt. Plurima feritas eo tp̄e in maribꝰ. Nā inter se dimicant durantes costas attritu arborum: In india cubitales dentiū flexus genuū ex rostro: totidem a fronte: ceu vituli cornua. In Arabia nullum est suilli genus. hedera apri sibi in morbis medent̄: & cancros vescendo maxime mari eiectos: ait Plinius.
r Cursum clamore p̄mentē. S. plerunq; duo diuersa in vnum exitum cadunt: vt hic vidisti: Etiam ad vocem refertur: quod ex Aeneę responsione patet.
s Orsus. S. Nunc incoepit: alias finiuit. vt sit Iuppiter orsus: & ꝓprię posuit: hic vero vsurpatū est: preteritum em̄ participiū est. t O q̄ȝ te. SER. Non dubitauit esse deā: sed quę dea sit. D. O quā te. Completo responso explicat

a Sanguinis. S. i. generis: b Foelix. S. propitia. nāȝ et qui dat: & q recipit foelicitatē: foelix dicit̄. Sic i Bucolicis. Sis bonꝰ o foelixq; tuis. Et ī septimo q̄ potui infoelix. i. aduersa Troianis.
c Leues. S. leuē facies.
d Quęcunq;. S. seu diana seu nympha. D. Quęcūq;. siue diana siue nympha: Hęc aūt Aeneę dat scientia religionū: nō enī posset aliqd diuinum intelligere in homis forma nisi quia pollebat omni scientia sacrorum.
e Quo sub coelo. SER. qua sub parte coeli. Vl̄ secūdū Epicurum qui plures posuit mundos.
f Tandē. S. vacat. Ad ornatum enim ponūtur tandem: quidē: puta: enim. dum. gentiū. locoꝝ. terrarum.
g Hominūq; locorū. S. Hypermetrus versꝰ: vna enim syllaba abundat: q quotiens fit debet seq̄ns a vocali incipe: vt hic. Sic etiam Oīa Mercurio similis vocemq; coloremq; & crines: nisi in fine fiat synerisis: vt nec cura peculii pro peculii. h Hostia. S. sacrificium quod fit cū itur in hostes: Victima aūt quod fit post victoriam: tamē licēter hęc cōfundit auctoritas. D. Multa hostia. Cogebat non ad interrogata r̄ndere: quia & ip̄a ignorantes cupiebat instruere: sed primo nō primis: sed nouissimis occurrit. Nam si oblationem sacrificii in extremo positam tacendo accessisset: cōfirmasset se deā: q̄d cōfutare festinat. C Hostia quid a victima differat: sic ponit Ouidius: Victima quę dextra cecidit victrice vocatur. Hostibꝰ a domitis hostia nomen habet. i Honore. S. id est sacrificio: & aut vult probare se nō esse numen: sed hominē: aut quia Paphię Veneri: quę in Cypro colit̄: thure tantum & floribꝰ sacrificatur. D. Tali. Nam si honorificentiā mereor tal' erit quę hominū prestanda non deo exhibenda sit..
k Dignor. S. dignam iudico: vt coniugio Anchisa veneris dignate superbo: id est dignę habitę.
l Virginibus tyriis. D. Quia venꝰ suspicari poterat; quis

bus signis illi dea se putabat. Iccirco illa conat avertere: habitus em inquit quo me deã suspicamini: nõ meus est inqt: sed oim tyriarũ virginũ: q̃ in his regionib⁹ sunt: Ergo patrius mos pharetrã et cothurnos pbet: Hoc aũt facile poterat illa persuadere: quia Aeneas se regiones: ac homines ignorare dixerat. m Purpureo. S. Pulchro: aut rosei coloris. n Cothurno. S. Calcei species est venatorii: q̃ etiam sura vincit: & aptus vtriq; pedi. vnde singulari vsus est: o Punica regna vides: S. attentũ facit. D. Pu

sectaretur: CRIST. Germanũ fugiens. Nam nisi magna iniuria coacta: patria pudicam mulierẽ relinq̃re nõ decet: Iudicant eni turpioris vite: q̃ patriã mutãt. Hinc Parmeno Terentian⁹ se facere posse dicit: cũ Thais narrat Samiã sibi matrẽ fuisse & habitasse Rhodi: quasi ex patrię mutatione impudicitię illa argueret. Hoc idem & Symo in Andria cũ exclamat. Adeo est demẽs ex peregrina. Et Cicero ad trebatium: ex Medea versus profert idem ostendentes. ait enim qbus illa psuasit: ne sibi vitio verterent. q᷑ abesst a patria.

reg. vi. breuis et concinna narratio: nõ enim debuit Aeneas sub incerto diutius teneri: & ipsa idem volebat. Respondet aũt eo ord ne q̃ interrogatur: Ille em̃. quo sub cœlo: & q. o. in. o. Hec punica regna vides: & designato loco dicit psonas tyrios inquit: & addit supioris conditoris nomen.

p Agenoris. S. quam fecerunt agenoridę. Agenor rex Phœnicum: sic illud Euboicis: cu. al. oris id est cumas: q̃s edificarunt hi q de Calcide eubo e venerunt. C: Agenoris vrbem. Poetę auctorẽ generis pro ipa gente ponunt: vt sup: Reuocato a sanguie teucri: Gen⁹ istorum sic se habet: Ex Ioue primo natus est Epaph⁹: ex hoc Belus Priscus: ex belo Aegenor: hic Phœnicẽ genuit: ex Phœnice secund⁹ Belus natus est: qui methres appellat⁹ ẽ: Huius filii sunt pygmalion. & Dido. & Anna: Eiusdem autem Phœnicis filius fuit Plisthenes:

Tũ venus: haud equidẽ tali me dignor hono (re.
Virginib⁹ tyriis mos ẽ gestare pharetrã:
purpureoq; alte suras vincire cothurno.
punica regna vides: tyrios & agenoris vrbẽ.
Sed fines lybici: genus intractabile bello:
Imperium dido tyria regit vrbe profecta:
Germanũ fugiens: longa est iniuria: longe
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sycheus erat ditissimus agris
phœnicum: & magno miserę dilectus amore.
Cui pater intactam dederat: primisq; iugarat
Ominibus: sed regna tyri germanus habebat
pygmaleon: scelere ante alios immanior omĩs

t Longa est iniuria. S. a causa ab eo quod sequit id quod pcedit. D. Longa est in. Hoc addit: quia incredibile fuerat tantã interuenisse cãm q̃ cogeret germanã dura sectare: relinquentẽ eum quẽ amare debebat.
v Ambages. S. circuit⁹.
x Sed summa se. DO. Artificiosa narratio: Nã multa ptermissurã se simulat: vt spe breuitatis attentius audiretur.
y Fastigia. S. primordia. Scit em̃ historiã Carthaginis longã. Sic Salustius. de. Carthagine silere melius puto q᷑ parum dicere. z Cui coniunx. S. Cum nomina a versibus abhorrẽtia inuenit poeta: aut ea mutatt aut aliqd inde mutilat: Nã hic sicharbas dictus est Belus Didonis pater dictus est Methres. Carthago a cartha lectũ ẽ in historia pœnorũ. D. Huic coniũx: Amoris inter cõiuges hõestas inserit causas: amabat ingt hoiem diuitem & probum: secuta iudicium patris: et

ex quo natus sicharbas: qui patri in sacerdotio successit: et Elyssam q̃ Dido a Mar o ne appellat: vxorẽ cœpit. Est ab eodem Belo Prisco alia successio: fuert em̃ sibi filii Dana⁹ & Aegyptus: Aegyptus Lynceũ genuit: qui pulso siue cę so patruo suo Danao argis regnauit: reliquitq; Abantem filiũ: q̃uis sunt qui hũc a prisco belo genitũ scribant. Ab bas genuit Iasium. Et hic Amphionẽ qui orcomeni & pili regnauit. Item Taleonem ex q̃ natus est Adrastus: ex eodem Belo Agenor est: hui⁹ filius fuit Cilix: & ex Cilice pigmaliõ orit: q Cilicona mãu Ciprũ occupauit. Et paphũ genuit: qui oppidũ de suo noie: & in eo tẽplũ veneris condidit: Cinaraq; filiũ reliqt. Hic ex Myrrha filia ab ea tñ deceptus Adonem genuit. Hec oĩa iccirco adiũxi: q̃niã multi incidẽt loci: in qbus hec nosse ex vsu erit.
q Lybici. S. Dubia dicta apit: Nã et Tyrii alibi eẽ potuerũt. D. Fines lybici. Illic em̃ occurrente pelago Affricę termini claudunt. r Intractabile. S. insuparabile: asperũ: seuum. D. Intractabile. Insupabile. meminerit ex persona sua dixisse: Studiũq; asperrima belli. Hęc est hic repetitio eiusdem rei: q̃m & dici necesse fuit: & ex alterius psona dictum est. r Imperiũ dido. D. mira breuitas: sed q̃ multa cõplectat. Preteritũ em̃ & pñs ponit. & q̃ vocaret: & quid ageret q̃ illic impabat. Cõpendii vero cã fuit: ne interrogando: respõdendoq; longũ fieret: qd mature debuit fieri. s Germanũ fugiens. S. Hoc stupuit Aeneas: Vñ sua auiditate pscribit Venus dicẽs: Longa ẽ iniuria: longe ambages D. Germanũ fugiens. Potuit eni queri q̃ cã impulsa fuerit: vt relicta patria mlier qd difficile est lõginq̃

diuitem & probum: a Sycheus. S. primã natura corripit: Sed hic ecbasim facit: licentia q̃ in ppriis nomib⁹ ẽ: in quib⁹ licet in quauis parte syllabę mutare naturã: idẽ euenit in appellatiuis si a ppriis sunt: vt Sicanio ptentã sinu que a Sicano rege est. b Miserę. S. datiui est.
c Intactã. D. Multũ enim differt inter affectũ virginis: & eius q̃ secundo nupsit. d Primis. D. nullis aliis: sed aliis. C. Primis. i. optimis: nã quę bono omine fiũt: maiorem hñt efficaciã. Vñ in Didonis cõiugio: q̃m diuortium futurũ erat: mala ponit auguria. primis optimis. Stati⁹ aduenisse ducis genero: primisq; hymeneis: Egregiã argiam: nec formę laude secundam Deiphilem.
e Ominib⁹. S. Anguriis: secundũ Romanos qui nihil sine auguriis agebant. Lucan⁹. Duce bruto & auspice bruto. f Tyri. S. aduerbiũ. D Sed regina tyri. ex q̃ intelligit habuisse spem faciendi: & factũ defen dẽdi: quia rex.
g Alios q̃s intermedius ve. fu. S. q̃si dicat: atreo & Thyeste. vel Etheode: & polynice. h Immanior scelere. DO. Non em̃ est intelligendũ: q᷑ furor medius inter Sycheum et pigmaleonẽ venit: Nam sic defendi posset Pigmaleonis factũ: si nõ voluntate sed furore peccauit: et furens fuisset Sycheus: ergo pares: quapropter pnũciandũ: vt Sycheus fuerit innoxi⁹. Pigmaleõ vero oibus aliis sceleratior: quos in facin⁹ impulit furor. Ergo aliis q i crimia inciderũt furor causa fuit aut insania: aut animi dolor: & pñt hre veniam facti. Pigmaleõ vero aliorũ cõpatiõe sceleratior ostẽditur: quia voluntate: non casu aut necessitate scelus admiserit.

Quos inter medius venit furor: ille sycheum
Impius: ante aras: atq̧ auri cęcus amore
Clam ferro incautum superat: securus amorū
Germanę: factum q̧ diu celauit: & ęgram
Multa malus simulans: vana spe lusit amātē.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis: ora modis attollens pallida miris:
Crudelis aras: traiectaq̧ pectora ferro
Nudauit: cęcūq̧ domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugā: patriaq̧ excedere suadet:
Auxiliumq̧ vię: veteres tellure recludit
Thesauros: ignotum argenti pondus: & auri.
His commota: fugam dido sociosq̧ parabat.
Conueniunt: quibus aut odiū crudele tyrāni
Aut metus acer erat: naues quę forte paratę
Corripiunt: onerantq̧ auro: portantur auari
pigmaleonis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos: vbi nunc ingentia cernes
Mœnia: surgentemq̧ noue carthaginis arcem.

i Ille Sycheū. S. si hoc loco fm naturā ē. D. Ille. de q̄ nihil tale sperabat: ille quē nulla vrgebat inopia: qui germanā viro priuare nō debebat: q affinē seruare debuit: qui cōtra nature religionē faceret: ɔtra iudiciū patris rupto. hūanitatis & affinitatis vinculo. k Ante aras. S. pbat cur impius: quia añ aras. D. Ante aras. occidit ppter solā auariciam: cum rex nulla inopia vrgeretur: occidit innoxiū incautū sororis virū. Ergo virtute oratoria vnū admissum: quantis criminū generib⁹ aggrauat poeta: & ptes cōmunis loci ingressus: q̄ late discussit non omissa breuitate q̄ Aeneę necessaria erat: ppter tot calamitates festinanti. Ante aras: vt sceleri sacrilegiū adderet. Añ aras. id est diis spectantib⁹ qs hūana cede funestare nō debuit. C. Ante aras. Pathos a loco. sic de orpheo inter sacra deum nocturnaq̧ orgya bacchi. l Auri cęcus amore. D. vnam cām ponit a vitio nature pfectam: sed cui alia crimina adnectūtur: Nam Salust. ait: Auaricia fidem: pbitatē: cęterasq̧ bonas artes subuertit. Pro his supbiā crudelitatem: deos negligere: oīa venalia hre docuit. Auaricię ergo crudelitas comes pfidiaq̧ coniūcta: Non em pōt voto potiri nisi ad id p scel⁹ venerit: Habem⁹ exempla apud poetā: hic pigmaleōis. in tertio polymnestoris. In sexto: Qui auro patriam prodiderat: nihil autē in prima narrationis parte frustra positū est. Auri cęcus: A cupiditate eni impeditus nō considerauit: vbi: quid: cur: in quē faceret. m Clam. D. grauat factum. nullus enim clam facit nisi illicitū esse sciat. Vel clam. Ne si palā innocēs defendi possz. Ergo clam vt lateret auctor: Quis ei crederet sororis virū innoxiū amabilē: nullis īteruenietib⁹ inimicitiis ab eo cesū. n Securus amorū. S. cōtēnens: vt securi pelagi: atq̧ mei id est ɔtemptoris: vt securus erat de amore germanę erga maritū: ob quē post mortē Sychei intemptatā se putabat. Nā nisi & ipsa periret: auro ille potiri ñ poterat. Amores in pr̄ali nūero ad voluptatē: in singulari ad religionem ptinēt. C. Securus: ɔtemptor. Persi⁹. Hic ego secur⁹ pelagi: et qd pparet auster. Nā qui secur⁹ ē nō timet: q nō timet ɔtēnit. o Factum cela. D. duplici de cā. Prima ne manifesta cęde ad auctorē aliq̄ via iret. Secunda ne re patefacta potiendi viri occasione priuaret. C. Celauit. Nā facile fratri soror credere poterat. p Aegrā. S. molestam. p Multa mal⁹ simu. S. Sed quō hoc? cū alibi sit: qs fallere possit amantē: Sed oñdit nimia illius malicia: qui etiā amantē fefellerit. q Vana spe. S. dicebat enim illū reuersurū. r Amantem. C. Et pptetea reditū viri cupientē: facile aūt credūt qd cupiunt miseri. s Ipsa sed in. D. quoniā neq̧ suspitio in pigmaleonē duci ppter affinitatem poterat: neq̧ testis excitabat: posita ē imago. C. Ipsa sz in. Tragediā excitat. Mire autē & tpis et psoīis accōmodat narratio: qa cū nihil breui⁹ sit: tñ oia verisilia et apta ponūt. t Sed in somnis. S. Si ab insomnio est: erit synerisis: vt peculi. Si a sōno erit isomnis. i. dū sōnps caperet. v Inhumati. D. Vñ augeť crudelitas: q̧ cęsum sepultura priuauerit. x Pallida. D. pallentia: vt iā illū cęsum intelligat auditor. y Crudeles. S. Epitheton de causa est: nam arę pięsūt. D. Crudeles aras. hoc per verba. z Traiecta. D. hoc p visum nudat. a Cęcūq̧ dom⁹. D. Strictim ponit: q̄ sup diffusi⁹ dicta fuerat: suadet aūt fugā: qm neq̧ vlcisci valz: necee apd scelera tūtuta nō pt. b Retexit. S. oñdit qd sit nudauit. c Suadet. S. fm naturā duę sunt syllabę: mlti vero trissyllabū putant: qd si inueniať: dissolutio est: vt dicimus Aeea et Ahena. Hoc āt solū hmōi verbū in latino inuenit. d Auxiliūq̧ vię ve. D. Proposita fuga addit facilitatē in tāta thesauroꝝ copia. e Recludit. C. Nā si in pmptu fuissent: iam rapuissz illos pigmaleon: nec etiā tuti fuissēt: si ita latuissent vt tñ noti didōi fuissēt Facile enī nihil de frē suspicās illos sibi idicasset. f Igōtū. S. Aut qd ignorabat Dido. Vel tātū q̄ntū vllus vnq̧ nouit. C. Ignotū. ergo Didoni. g Quib⁹ aut odiū. S. oderant lesi: metuebāt lędendi: nō ergo volūtatē: sed odio & metu abibāt. ppter hoc in q̄rto di xit: Quos ego Sydonia vix vrbe refelli. D. Odiū: eorū q nōnullis viribus potuissent resistere. h Crudele. S. i. crudelť tyrāni p Hyppalagen. nā in tyrānū: iustū est odiū. i Aut metus. D. eorū qui aliquid crudelitatis expectarent. Ergo alii fauebāt Didoni: ne ille occupato auro fieret fortior: Alii ppter metū: qbus ferebāt occasio vt carerent feuissimi hoīs dñatione. k Paratę. DO. Si eni aliquid innouassent in nauigiis: dabatur aperta suspitio. l Onerantq̧ auro. DO. Aurū oīe & argentū iusserat tolli Sycheus: sed isti quia maior nauiū copia cū ad oīe tollendū onus fuisset: id tulerunt quod naues capere possent. Ergo relicto argento: ne totum quidem aurum naues ferre possent. m Portanť auari. CRIST. exprobratio in auariciā quę sepe impellit nos ppter questū ad scelus: ex q̄ ab euētu decepti nullū cōmodū consequimur. n Auari pigmaleōis. D. Omne illuc tendit: vt pbet q̄d dictū est. Sed quō pigmaleonis? Quia ille suas futuras cōceperat: ppter q̄d sibi ereptas iniq̄ ferret. o Pigmaleonis. S. i. qs suas esse putabat. Hinc in q̄rto. Vlta virū &c. Nā q̄ maior potuit eē pœna: q̧ aurū ppť q̄d peccauerat pdere: aliter falsū est vlta virū. ¶ Paratę. S. Nā phoenices a rege pecuniā acipiebāt: vt de peregrinis frumēta coemerēt:

Mercatiq; solum: facti de nomine: byrsam
Taurino quātum possent circumdare terga.
S; vos qui tandem: quib⁹ aut venistis ab oris:
Quo ve tenetis iter: querenti talibus: ille
Suspirans: imoq; trahens a pectore vocem:
O dea: si prima repetens ab origine pergam:
Et uacet annales nostrorum audire laborum:
Ante diem clauso componet vesper olympo.
Nos Troia antiqua: (si vestras forte per aures
Troie nomen iit) diuersa p̄ equora vectos
Forte sua lybicis tempestas appulit oris.
Sū pius Aeneas: raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum: fama sup̄ ethera notus.

naues igit̄ ad hoc paratas accipit Dido: quā cum a fratrē missi insequerēt: illa aurū in mare deiicit: q̊d illi videntes reuersi sunt. p Dux foemia. D. ad insultationē pigmaleonis dictum: vt ea duce perdiderit: qua assecuturū putabat. q Surgentē. S. erigentem se. r Noue. S. Carthago ligua poenorū noua est ciuitas: vt docet Liui⁹. r Mercatiq; solū. S ab Iarba. s. pellebat lybia Dido: itaq; callide emit tm̄ solū: q̄ntū posset bubilo corio teneri. Verū corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit: occupauitq; stadia. xxii. Hoc breuiter tāgit cū dicit nō tegere: sed circūdare. DO. Repete. D. euenere locos: & sic ordina: Deuenere locos mercatiq; solū zc. nā edificiū institui nō potuit nisi prius empto solo. s Solū. C. Non solum terra est solū, verū quicqd aliqd sustinet aīal. Vñ et de mari solum dixit: vt: Subtrahiturq; solum. t Facti de n. S. de causē q̄litate. v Nomīe: C. aliqñ famā significat vt infra. Et nos aliquod nomenq; decusq;. x Taurino q. D. Alii dicunt pecuniam: tūc ex corio bubulo fuisse: et pecuniam dictā q ex pecore originē duceret: tantūq; fuisse in p̄cio loci: q̄ntū bouis coriū conficere potuisset: alii fraudē emptoris ponunt: qui tantū mercatus sit quantū corio bouis possit circūdari: at venditor nihil tale suspicans: arbitratus est tm̄ dedisse: q̄ntū integrum corium posset occupare. Emptores vero in tenuē corrigiā illō secantes: pl⁹ q̄ deberent occupantes: sed fabulosa sunt omīa: Nam si attendat̄ magnitudo vrbis: & quanta a Virgilio describit̄: nō poterat nisi latiorib⁹ locis condi: licet poeta hoc credibile faciat: dicendo: facti de noīe byrsa: q̊d & ligua greca. vñ fuit Dido: & punica. i. ipsi⁹ regiōis: in q̄ res est gesta: coriū significat. C. Taurino. Taur⁹ est bos nō castratus: & armenti maritus. Iuuēcus aūt q in iuniore sit etate. Vitul⁹ q adhuc nō sit p̄fectus tanq̄ puer in hoīe: sed i elephāte vitulū dicim⁹. y Circūdare. C. dupliciter dixim⁹: vt circūdo solū corio: vt hic. et circūdo coriū solo: Marcialis: q recitatur⁹ circūdat vellera collo. Hic se posse loqui: posse tacere negat. z Sed vos. D. mira breuitas interrogantis: nec fraude caret: nam conat̄ ōndere: se non esse deā: sed ñ fallit Aeneā. Nā cū magna animi laceratōe rñdet. a Tandē. S. vacat. Est em̄ natural̄ interrogatio quid: vnde: & quo. sicut in octauo. Quo tenditis: et, qui genus: vnde domo. C. Tandē nō vacat: sed significat affectū loq̄ntis: q q̄uis breuissime p̄orauerit: tñ plus q̄ vellet tēporis ɔsumpsisse dolet: Dixit ergo tādē: quia sibi nimiū tp̄s: q̄uis breue fuerit ɔsumpsisse videt̄.: nā aīo ꝓperanti nihil satis festinat̄.. b Trahēs a p. v. S. Subaudi dixit. nam q̊tiens longe rñdet: parenthesis est. q̊tiens nusq̄ eclypsis: c O dea. S. Ita p̄seuerat in sua opinione suā: vt illiq̄ñq; cōcedat: Si vestras forte p. au. t. ij. n. Vel illud est quod supiusdixit: an nympharū. s. u. Que non oīa sciunt & moriunt̄: s̄m Aristo. vt fauni & panes. D. O dea: duo dicit impedire: Vnū quia nō vacat: alteꝝ qa breuitas tp̄is narrationē expleri nō patitur: ꝓperat redire ad suos a qb⁹ in locis desertis noctu separari nō debuit: Beniuolā aūt facit & honorificā: cū deā appellat. Et attentā: cū multitudinem calamitatū suarum ꝓponit: et tñ oīnes se dicturum: rum Rñdet ad oīa: sed nō ordine: Prio em̄ rñdet secūde: Quib⁹ aūt venistis ab oris: Et q̄uis narratōe totius diei nō posse expleri calamitates dixerit: tñ breuitate mirāda labores oīm cōclusit annoꝝ. Nam dicendo nos Troia antiq: primā tp̄is partē posuit: dū aūt diuersa per equora vectos: tangit mediā. Et forte sua lybicis: ponit postremam & simil̄ ōndit: q violentia fluctuū illic appulerit: et qa cū dea putabat se loqui: cōmēdat p̄sonā suam dicendo. Raptos q. e. h. p. c. u. m. Fama medie posuit. nec dixit qua fama: nam & multi mala fama noti sunt: sed q̄ fama intelligat: ponit: cū illū religione in deos fama super ethera notos dicit: Cū em̄ laborib⁹ meis essem not⁹ toti orbi: fama nois mei sine fine decurrens ad coelum venit. d Ab origie. S. a raptu helene. e Pergā. S: p̄seuerē. i. vniuersa dicaꝫ. C. Pergere est suo ordine ꝓcedere. Ergo est: ac si dicat: ita narrem, vt nihil omittā: hinc dicim⁹ p̄gere: p̄seuerare. f Vacet: C. otium sit. Vacare em̄ ē vacuū esse: Vñ dicimus vacare imperiū: q̊d imperatore caret: & qm̄ q curis vacui sūt: ociosi sūt: dicim⁹ vacare otiosū esse: et qm̄ q̊d otiosum est: nihil q̄ agit superabūdat: dicimus vacare supfluū esse. Preterea qa quib⁹ nullū negotiū est: hi attentius aliqd aduertūt: dicimus vacare attente incūbere. quia q diligēti⁹ intendūt: vacuos se ab omī alia cura p̄ebent. Erit igit̄ sñia: Si ego ordine cūcta narrem: et tu attente audias. erit prius diei q̄ narratōis finis. g Annales. S. historia est eoꝝ tēpoꝝ q̄ vidimus: aut videre potuim⁹ dicta ab ἱστορεῖν id est videre. Annales sunt eorū annoꝝ et tēporū: q̄ nr̄a etas nō vidit. Sed cōfundunt̄: vt hic vbi annales ꝓ historia ponunt̄. C. Annales. Pontificē facit Aeneā s̄m Maronē: Nā pontificib⁹ p̄missa est ptās: memoriā rerū gestarū in tabulis conferēdi: et hoc annales maximos vocāt: q̄ a pōtificib⁹ maximis factos. Differūt aūt annales ab historia: Historia em̄ nō solū res gestas longo ordine explicat: sed etiā consilia quib⁹ geste sunt ponit: & contiones facit: & acies instruit: & situs locorū describit. Annales aūt singulorū ānoꝝ gesta indeq; ac breuissime notāt. Vñ ānales Pisonis & pictoris dicimus. Liuii aūt & Salustii historias has cronicas greci nuncupāt. Pi⁹ est eni pietas et gratū: et diligēs officiū: q̊d tribuim⁹: his q ꝓpinquitate nobis cōiūcti sunt: et patrie etiā deuotos. h Claso. S. Secundū poetas qui dicūt nocte claudi: die aperiri coelū. i Componet: S. finiet. k Olympo. C. coelo q̄si olympos. i. totū splendens. k Antiq. i. nobili: vt terra antiq. i. nobil̄: nec em̄ poterat esse noua. l Forte sua: S. casu. s. quo solet. est autē nomen a noiatiuo fors. Teren. Fors fiat. C. Forte nomiatiuū habet fors. Sponte aūt solū habet ablatiuum. m Tempestas. C. q̄litas est tp̄is: & q̄uis ꝓ tp̄is seuitiā sepius ponat̄: tñ verbū mediū ē: vt ꝓ bono capiat̄. Vt: vñ hec tā clara repente tēpestas: capit̄ etiā ꝓ ip̄o tp̄e absolute: vt sepe apud Salust. inuenies. n Oris. S. datiuus est ꝓ

accusatiuo:vt supra. o Pius.S.nō arrogātis:sed indicā um est.nō em̄ scientibus:sed nescientibus de re loquit̄:vel vt Heroes loquit̄.quibus q̄ mētiri turpe erat:tam vera re ticere.Deniq̄ vlysses quoq̄ in Home.ait suā famā vsq̄ ad cœlū venisse. p Hoste.S.optima elocutio.plusq̄ signifi cat:de plurali ad singularem transire:Hora.Et hinc multa cane apros ī obstātis plagas trudit. q Italiā quero.D. ad illud.quo ve teneris iter?Et ornaturus genus addit:q̄d non quesitū fu:rat. r Patriā.S.distinguit ab italia:nā prouintia non patria est.sed ciuitas:licet Salust.scri bat hyspaniā antiquam si bi patriā ee:sed illic ad lau dē pertinet:non ad verita tem.Tria ergo querit:pro uītiā.s.italiā:patriā: corin thū.Vñ Dardan⁹ fuit.Ge⁹ :quia ex Ioue: & Electra Dardan⁹ nat⁹:troianę gē tis auctor. t Bis denis. D.Ostēdit magnū nume rū.Sunt aūt ī dolētis ani mi excutere volumus:sepe ratim singula cogitanda. v Phrygiū S: Hellespon tum. x Conscendi.S. bene dictū.quia terra: vt aiunt physici: inferius est elementū aqua.nā conti nēs supra cōtentum est.

y Matre dea.S.Tāgit hi storiā quā poetice scribēs: non potest aperte ponere. pptēerea Luca.nō meruit esse in numero poetarum: quia hysto riā:& non poe na videt̄ componere.Nā Varro i secūdo rerū diuina rum ait.Ex quo a troia est profectus Aeneas vene ris per diē stellā semper vi disse:donec in laurentum agrū veniret.Vbi non est amplius visa:quare cogno uit terras esse fatales.Er go & alibi.Nusq̄ abero. Et iamq̄ iugis sūmę sur gebat lucifer Idę.D.Ma tre dea.libenter auditur q̄ gratias agat matri:quasi absenti. z Data fata.S.a Io ue.D.Data fata.ergo nō volūtarie a patria discesserat.Sic preterita strictim tāgit:& in presenti inmorat̄: vt maiorē moueat misericordiā. a Vix.D.ostendit quanta diffi cultate euasit.C.Vix septē.Vnus est ex locis ad captandā misericordiā cū ex ampla fortuna incolumitatē incedisse ostendimus.Sic infra.Hic finis priami.

b Cōuulsę.S.aut supersūt:vndis euroq̄ ꝯuulsę aut con uulsę vndis et euro quia supra est:laxis laterū cōpagibus: c Ignot⁹.S.deest:quasi.Nā cōtrariū dicit.fama sup ęthe ra notus.Subtrahit em̄ aīs hanc dictionē:vt medias in tererexul:at amason:Nā volsca fuit.C.Ignotus egens.sum ma in humanis miseria:in alienis terris nullius habere no titiā.Auget̄ aūt si sit egens:nā si nō augeret:non esset ei cu iusq̄ notitia necessaria ad hec duo mala ignotus:& egēs: addit̄ tertiū solitudo:cū nihil ad victū supeteret:nec inue niret̄ qui daret. d Lybię deserta.C.Pathos a loco:vt Cū vitā ī siluis īter deserta ferarū.ItēAt nos hic alii sitiētes ibimus afros. e Europa atq̄ asia.S.Aut orbē in tres partes diuisit.& absolutū est.Aut si Europā tm̄:& asiam intelligimus inuidiose loquit̄.vt venus.Cūctus ob.i.t c o quasi dicat per troiā asia careo per italiā europa.D.Euro

pa atq̄ Asia.tacuit de Affrica:quia in ipsa erat.Venus au tē sermonē interrupit:vł q̄ nouit cūcta:vel quia nō libēter audiebat:vel quia maturandū q̄m ante noctē:via mon strāda erat.C.I:Europa.Agenoris filia quā Iu piter sub forma tauri rapuit:& per mare trāsuexit.Hor.Vxor inui cti Iouis esse nescis.Mitte singultus bene ferre ma gnā disce fortunā tua sectus orbis noīa ducet. f Passa v.SER. vel propter suū:vel propter filii dolorē. g Quisquis es. S.audierat.Sum.p.Ae Sed quisquis es.q.d.etiam si hec in te non sit.sic infra.Quisq̄s es.amissos.i.n.o.g.Hoc est quacunq̄ rōne contra nos pugnaueris.D.Quis quis es.adhuc veluti cum ignoto loquit̄.

h Haud inuisus.S.Lypte te est.i.carus.D.Haud eq dē.oportet te diis cam esse: q̄m carthaginem veneris: hec em̄ verba spondebāt effectū:de quibus cōque stus erat.Nam & notitiā sui.& celebritatē:& hūa nitatem pollicet̄.

i Celestibus.S.Secūdū Pythagorā:& Plato.qui affirmant viuos superis: mortuos vero inferis ca ros esse.Vñ de pallante: Nil iam mortalibus vllis debentē.Cōtra vero Vos o mihi manes este boni,q̄ s.auersa voluntas.

k Vitales.S.quib⁹ viui mus.nā reciprocus spirit⁹ vita est:hinc Iupiter:q̄ cō stant omnia dicit̄ απο ΤΗΣ ΖΩΗΣ idest a vita:

l Tyriā.S.a colonis: m Adueneris vrbē.S. Hystorologia.C.Qui ad ueneris:p sepe relatiuū: & vim suā retinet:& quia si gnificat:sed tunc subiun ctio iūgitur:vt hic qui ad ueneris.i.quia adueneris: Sic Plautus:Aut qui con fidentior iuuētutis mores qui sciat.qui hoc noctis so lus ambulem.

Italiā quero patriā:& genus ab ioue summo:
Bis denis phrygiū conscendi nauibus equor:
Matre dea mōstrante viam:data fata secutus:
Vix septē conuulsę vndis:euroq̄ supersunt:
Ipse ignotus egens:libyę deserta peragro:
Europa:atq̄ asia pulsus:nec plura querentē
Passa venus:medio sic interfata dolore est:
Quisq̄s es haud credo inuisus celestibus auras
Vitales carpis:tyriam q̄ adveneris vrbem.
Perge mō:atq̄ hinc te reginę ad limina perfer.
Nanq̄ tibi reduces sotios:classemq̄ relatā
Nuntio:& in tutū versis aquilonibus actā:
Ni frustra auguriū vani docuere parentes:
Aspice bis senos letantes agmine cygnos
Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo:nunc terras ordine longo

n Perge modo.S:quasi dicat.Hec tibi sola sit cura.nā na ues liberatę sunt.D.Perge.Hortat̄:ne redeat ad suos vt.p posuerat.sed eat carthaginē. o Nanq̄ tibi.D.demit so licitudinē de sotiis:salutē ęthereo augurio nuntians:

p Reduces.S.hi sunt qui pericula euadunt.

q Versis.S.Nā qui italiā tendentibus aduersi erant:na uigantibus in Affricā fiunt prosperi.

r Ni frustra.S:vt confirmaret Aeneę errorē:ne diuinādo dea crederet̄.D:Ni frustra au.v.d.p.ordia sic.ni vani fuere parentes.i.maiores nostri:& frustra nos docuerunt.

s Auguriū vani parentes.S.Est aūt Hyppalagen.s.va nū auguriū.Vel vani parentes:qui res falsas:& vanas do cent:& sic ostendit multos decipere auguria.Alii dicūt ad nimiū affectū parentū pertinere:quo etiā vana docent filii os.C.Vani:non qui sint vani:sed qui essent:si frustra do cuissent.Sic Hor.At tu nauta vage no parce malignus ha renę.O &.m p.d,idest:qui esses malignus si parceres.

t Bis senos.D.numero nauiū coequantur.:q̄s Aeneas putabat oppressas.C.Bis senos.poetice:nā oratores non ponūt hec noīa p numerabilibus:nisi cū nominib⁹ caren tibus singulari:vt senas lrās:binas nuptias.

v Cygnos.S.Hos nauib⁹,aqlam tēpestati cōparat.In au

guriis aūt nō solū aues cōsiderantur: sed volatus in ꝑpetibus: & cantus in oscinibus: quia non omes: nec omnibus dant auguria. Columbe nō nisi regib⁹: quia nūq̄ singule volant: vt reges nunq̄ soli sunt. Vnde in sexto posuit regis auguriū. Cygni dant solū nautis. vt apparet in ornithogonia Cygnus in auguriis nautis grauissim⁹ ales. Hāc optāt semper: quia nunq̄ mergitur vndis. Et sunt letantes post pericula. Agmine impetu. s. volandi. C. Cygnos. grecum est nomē. Latine dicit olor: de hoc in bucc. x Aetherea. DONAT. vt cygni post perturbationem illatam ab aquila liberati suo ordine leti volantes terrā rapti petunt: sic tui atq̄ tempestate erepti tuti sunt. y Iouis ales. S. aquila: q̄ dr̄ dimicanti illi cōtra gigātes fulmīa ministrasse. hoc fingit: quia natura nimii est caloris: vt oua quib⁹ incūbat possit coquere: nisi admoueat gagatū lapidem frigidissimū. Hinc Luca. foeta tepefacta sub alite saxa. C. Iouis ales. Ideo Aqla Iouis armiger dicit (teste Acrone): quia cū tytanibus pugnaturus bonū augurium ab ea accoepit Iuppit. Alii dicūt eā aqlā invexillo habuisse: q̄ psuetudo apud Cretēses mansit: & inde ad troianos h̄ signū transtulisse teucrū: Inde in italiā iduxisse Aeneā: Propterea q̄ Romanos aquilam in vexillis habuisse. Refert ꝑterea Plini. aquilā solā ex auibus fulmine quod a Ioue mitti fingunt poete non tangi sicut ex piscibus solus vitulus marinus: & ex arboribus sola Laurus fulmine non tanguntur. Quapropter & tyberium imperatorem: qm̄ fulmina vehemēter timebat: semper turbatiore coelo laureā corona in capite gestabat. Alii dicūt aquilā ideo ī tutela Iouis esse: qui ether est: quoniam nulla auis altitudine volatus propinquior aetheri accedit. Ales secundum Lact. in foeminino genere pro malo augurio ponit. Hora Mala soluta naue exit alite. in masculino vero p bono. Virgi. Namq̄ volās fidus Iouis ales ab ethere. De auguriis autem & ceteris diuinandi generibus dicemus in secūdo: Loquitur aūt more Romano apud quos in maximo p̄tio erāt auspitia. Cic. de Oratore: Quid leges veteres moresq̄ maiorū quid auspitia: quibus ego: & tu cū magna salute rei publice p̄fuim⁹.
z Capere. S. eligere.
a Vt reduces illi ludunt stridentibus alis. S. Signum augurii est. b Coetu. S. aues colli longioris (teste Plinio) aut recto ordine volant. vt sequens pōdus capitis cauda p cedentis sustētet. Vñ sepe prima laborans relicto loco efficitur postrema: aut in coetu se omnes inuicē sustinent. hoc volatu litteras quasdā imitātur. Luca. Et turbata perit disp̄sis littera pennis. c Cantus. S. allusit ad nautas.
d Pupesq̄. S. naues per sinecdochen. C. Pupesq̄. Color rhetoricus traductio: vt est illud: in hac calamitosa fama: quā in aliqua pernitiosa flamma. Item intellectio. Nam posuit puppes partem nauis, p totis nauib⁹. Ceterū pubes pili sunt: q in humano corpore nascunt. hoc fit circiter quatuordecimū annū. q̄ etas pubertas dicat: hinc ipuberes: qui nondum pilis vestiunt: & puberes q iā vestiti. Et qm̄ pubes maxime circa pudebūda orit: illā p pudibūdis capim⁹. Ouid. Ipsa ven⁹ pubes quoties velamina ponit. Protegit leua semi reducta manu. e Hostia. S. p portu posuit

Aut capere: aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis:
Et coetu cinxere polum: cantusq̄ dedere:
Haud aliter pupesq̄ tue: pubesq̄ tuorum
Aut portū tenet: aut pleno subit hostia velo.
Perge mō: et qua te ducit tua dirige gressum.
Dixit: et auertens rosea ceruice refulsit:
Ambrosieq̄ come diuinum vertice odorem
Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit dea: ille vbi matrem
Agnouit: tali fugientem est voce secutus.
Quid natum totiens crudelis quoq̄: falsis
Ludis imaginibus: cur dextre iungere dextrā
Non datur: ac veras audire: & reddere voces:
Talibus incusat: gressumq̄ ad moenia tendit.

sed ꝑprie exit⁹ fluuiorū sunt. f Et quate ducit. DO. ne ille diceret ī noui iter. g Auertēs se. S. cū auerteret: vt. Tū prora auertit. h Rosea. S. pulchra. i Ceruice. C. Ceruix posterior ps colli est: dicta: q̄ p eā ptē cerebrū ad medullam spine dirigit: q̄si cerebri via. supbiā significat. Cic. in Verrinis ptorē tuas frangere ceruices. Hortensius prim⁹ hoc nomie in singulari vsus est ait quinti. k Ambrosie. S. aut diuine: aut ambrosia oblite. D. Ambrosieq̄ to. Sic ei⁹ come se effuderant: vt putarent ambrosia: q̄ mulieres in vngētis admiscent ꝑfuse. C. Ambrosia. apud medicos herba est. de q̄ Diastori. Ambrosia quā multi brotum: aut artemisiā vocāt: frutex est multas virgas hn̄s lōgas palmis trib⁹: et folia initio similima rute: virge sunt plene semie: vt sint q̄si acini odorē vini habentes. Nascit in Capadotia. q̄ circa se habuerit amplectit. Figūt tn̄ Poete ambrosiā eē cibū deoꝝ suauissimū: vt nectar ē potō ipoꝝ. Plato āt pōit Ambrosiā p cognitiōe reꝝ celestiū. Nectar ꝑo pgaudio: q̄d iñ pcipi⁹. l Spirauere. S. exalauere. m Defluxit. S. q̄a dixerat. Sinus collecta fluētis. n Et ve. in. S. vera optie de q̄ dubitabat. D. Et ve. Cōpletq̄ voluit. dimisit letū: et istructū: et pr̄is signs se māifestauit: et splēdore: et odore et d̄fluxu vestꝫ. C. iccesu. Deoꝝ & nobiliū est sic sup. Ast ego q diuū icedo regina. o Fugiēte: S. celeriter discedētē. p Voce. D. Qn̄ gradiēdo vel currēdo nō potuit:
q Quid. D. incusatio cōtumeliosa: sed ex affectu & religione pcedēs. Ergo mr̄ nomē tuū cōfiteri noluisti: & q̄si aliena locuta mecū: maternis verbis miserias meas nō leuasti, nec semel hoc fecisti: sed sepe. Constabat em̄ inter ipos multa & varia fuisse colloquia: in qb⁹ ille vultu: hitu: & colloq̄o mr̄is falsus est. Debuit aūt incusatio ad abeūtē nō eē lōgior: q̄ vt celeriter ad fugiētē aures puenire posse. r Totiens. S. aut κατατοσιωπωμενον, intelligim⁹ sepe eū esse delusū: vel secūdū ipm poetā q ait in secūdo. Cū mihi se nō aū oculis tā clara vidēdā. Multi tn̄ dicūt sepe in hoc loco vt in hitu: in interrogatiōe: in rn̄sione: & in auguriis.
s Tu q̄z. S. Sic Iuno: & ceteri dii nobis inimici. C. Tu q̄z. q. d. Sat est q̄ ludar ab hostib⁹. t Cur dextrā. S. Maiorꝫ fuit hec salutatio. cu⁹, cām⁹ dicit Varro Callimachū secut⁹: asserēs oēm eoꝝ honorē dexterarū cōstitisse virtute: ob quā rem hac se venerabant corpis pte. C. Dextrā. Hoc mēbrū antiqui fortitudini: & fidei cōsecrarūt: queadmodū frontē genio: digitos Minerue: Genua misericordie: aures memorie. Ergo in congressione iungunt dextre: q̄si sit pign⁹ fidei: & beniuolētie. v veras audire: & reddere voces. S. Sūt multe reciproce locutiōes: vt hic. Multe vni⁹ ptis vtriq̄ sufficiētes: vt tenemur ridiculum supfluū q̄ est dicere maturis: nā amicitiis vtrūq̄ significat: vt Frōto testatur. Alie sunt quarū vna ps plena est: at cōuerse habent aliquid supfluū: Salust. In tugurio mulieris ancille: nā si dicis ancille mulieris: supfluū est mulieris: q̄a ancilla sexū & cōditionē ponit.
v Incusat. SER. Redarguit. Incusare ꝑprie est superiorem arguere vt in Terentio. pater ad filium. Quid me incusas Clitipho. Accusare est: vel parē: vel inferiorē: vt in eodē loco vxor: quā ob cām accuser nescio. ꝑprietate aūt Terē. oībus preponitur comicis, licet in ceteris sit inferior.


HECTOR
PALLAS
ACHELLES
HECTOR


VLISSES.
TROILVS
DIOMED
RHESVS
ACHILLES
PATISILEA
MENNON
ACHATES.
ENEAS.

At venus obscuro gradientis aere sepsit:
Et multo nebulę circum dea fudit amictu.
Cernere ne quis eos:neu quis cōtingere possit:
Moliriue morā:aut veniendi exquirere causas:
Ipsa paphum sublimis abit:sedesq reuisit
Lęta suas:vbi templum illi:centumq sabeo
Ture calent arę:sertisq recentibus halant.
Corripuere viam interea:qua semita mōstrat.
Iamq ascendebant collem:qui plurimus vrbi
Imminet:aduersasq aspectat desuper arces:
Miratur molem ęneas:magnalia quondam:
Miratur portas:strepitumq:& strata viarum.
Instant ardentes tyrii:pars ducere muros:
Moliriq arcem:& manibus subvoluere saxa:
pars optare locum tecto:& concludere sulco

x At ven⁹.C.Tot⁹ locus vsq ad moliri ve morā.ex Homero est: y Obscuro aere.S.nebula:cuius diffinitio est. DONATVS.Obscuro aere.Non satis fuit verbis instruxisse filium:licet sciret omnia iam composuisse Mercurium:sed quattuor de causis texit.ne viderentur:ne tangerentur:nec interrogationibus variis detinerentur:vel veniendi causas querētes:eos qui ante noctē venire debebāt detinerent. ȝ Circum dea fudit amictu.S. Themesis est: cum secto verbo aliquid interponim⁹:vt septem subiecta trioni:sed in cōposito recte In simplicibus nimis est asperum:antiquitas tamē fecit.vt saxo cere cōminuit brum.

a Aut veniendi exquirere causas.S.Ne sępe narrando crebro paciat dolorē.

b Paphū.S.Cypri est ciuitas.C. Paphū vrbs in cypro. Cicero ad lentuliū Omnes tibi cōmendo Cyprios:sed magis paphios. Paphus cylicis a quo Cylicia denominata est fili⁹ & successor fuit.& in Cypro vrbem condidit paphon a se denominatam: & in eā templum veneri consecratum.

c Sublimis.SER. diuino incessu.

d Sedes suas.CRI.in Cypro enim colitur. Illucq primū ex mari appulisse non nulli affirmant:vnde κυπριδάρειω dicit Theocritus. & Cyprogenia etiam appellatur:Libido autem:et lasciui mores eius gentis illā sibi asciuerunt:nam virgines Cyprię non ante nubebant: q apud portum aduenas excipientes:cōcubitibus dotes lucrarentur:scriptū autem est in ea hystoria:quā prisci laciam appellant venerem artē meretriceam inuenisse:auctoremq mulieribus in Cypro fuisse:vt vulgato corpore quęstum facerēt:ne sola impudica:& virorū appetens videretur.

e Lęta.S.Veneris proprium epitheton. f Templum. C.Antiquissimū omniū quę veneri ędificata sunt tēpla fuit Ascalone:quę vrbs est Syrię.Hinc autem aiūt Cypri profectos eos esse:qui in cypro hoc templū condiderūt.Quod vero in Cytheris insula est:condiderunt Phoenices: qui & ipsi ex eadem Syria sunt:Hęc Hero. Corne.autem.Tacitus scribit templum veneris:quod paphi est cōditorem veneri anum vetus memoria tradit:fama recentior tradidit a Cynara sacratū templū:deāq ipsam cōceptam mari hic apulsam. Sed scientia aruspicū huc accitam:& paulo infra Cynarides sacerdos consulitur. Certissima fides hędorę fibris habetur:sanguinem arę effundere vetitum precibus:& igne puro altaria adolentur.Nec vllis imbribus:q q in aperto madescunt symulacrum deę non effigies humana:sed continu⁹ orbis latiore initio:tenue in ambitu metę modo exurgens:& raro in obscuro:

g Sabęo.SER.Arabico:Tres sunt Arabię.Inferior petrodes:& Eudemon in qua sunt sabei apud quos nascitur th⁹ dicti. απο του σεβεσθαι ; id est venerari ; q dii eorum thure venerentur.

h Thure calent arę:sertisq recentibus halant.SER. ppter quod dixit:haud equidē t.m.d.h.CRISTOF.Ture calent arę:sertisq recentibus halant.Thura non nisi in parte vna arabię nascuntur in monte excelso:hęc regio turifera sabai appellatur:quod misterium significat: nec arboribus ipsique sit facies constat:cum alii folia piri minora: & herbid⁹ coloris habere dicant:alii lentisco similem arborem dicunt rutilo folio:Quidam therebinthum esse:& sic putauit Antigonus allata frutice.Prima vindemia circa ortum canis est:quę maxime pregnans videtur:inciditur cortex:& exit spumam tegere palma excipiente.quod ī arbore hęret:ferro deciditur. Vnde corticosum est: legitur ex autūno:ex ęstiuo partu: hoc candidum est. Altera vindemia est:i vere ex cortice in hyeme inciso .Rursum hoc non priori comparandum.Illud carphiatum:hoc dariacū vocant: q ex eo rotunditate guttę masculum vocatur religioni tributum.Ergo sabeum tus a saba dicitur.

i Sertisq recentibus halant.SER.Sertum in neutro simpliciter ponitur. Si autem sertam dicimus intelligimus coronam:si sertos flores:vt pistinalis locus et pistinale. Recētib⁹: Laus loci qui semper flore vestitur.

k Corripuere viam interea:qua semita monstrat. SER.id est officium eundi nō enim via corripitur.

l Qui plurimus vrbi.S: id.est longus:vt cū se nux plurima syluis.

m Aspectat desuper arces.SER.dat sēsum rei insensatę:

n Miratur.DONA.ponit generaliter q omnes vię & portę feruebant: & strepitus agentium personabant:

o Molem.SER:ad ipsum refertur.

p Magalia quondam.SER.ad poetam.nam hoc non notat Aeneas.Est autem antistichon pro magaria.Magar enim lingua punica villam significat.

q Et strata viarum.C.vias lapidibus strata.

r Instant.DONATVS.itur iam per species .laudantur aūt q non inuiti agebant.

s Ardentes.S.multū festinantes:vel ingeniosi:vnde p cōtrarium dicimus segnem:quasi sine igni. Vnde cautus ingeniosus est. t Pars ducere muros. DONA.ducere ędificare.DONA.pars ducere .primo curabant:quę aduersus hostes fuerant necessaria.

v Moliriq arcem.S.molibus factis extollere:

x Et manibus subuoluere saxa.CRI.Nam in sua magnitudine fieri non poterat.

y Optare.S.eligere:vt tuus o regina quid optes.

ȝ Locum tecto:& concludere sulco.DONA.priuata ędificia curabantur.

a Sulco.SER.Fossa.ciuitas enim non domus circundatē sulco:vt alibi. Ausim vel tenui vitem committere sulco.

b Iura magistratusq legunt.S.fodiunt.D.Iura.disponit leges & honores curiales.C.Iura mgratusq optime:nam primū iura cōdēda sunt:deinde magistratus creandi q iur

Iura magiſtratuſq; legunt: ſanctuq; ſenatū:
Hic portus alii effodiunt: hic alta theatri
Fundamenta locāt, alii immaneſq; colūnas
Rupibus excidūt: ſcęnis decora alta futuris
Quales apes eſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor: cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant: & dulci diſtēdunt nectare cellas:
Aut onera accipiūt veniētū: aut agmine facto
Ignauum fucos pecus a preſepibus arcent
Feruet opus: redolentq; thymo fragrātia mella.
O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt.

pręſint. Ius autem triplex eſt. ſ. ius naturale: ius gentiū: ius
ciuile. Naturale duce natura prouenit. Nam ꝙ vim vi repel
f Series. S. ordo cõnexus. C. Series dicit̃ a serendo: quasi ordo in quo res connexę sint: cũ elatione pronũciandum: quasi dicat: per tot fortes principes. g Per tot ducta viros. SER. a Belo primo Assyriorum rege: vt ab antiquo durãtia cynnama Belo: vsqꝫ ad Belũ patrẽ Didonis: nec caret ratione hoc nomen. Nam omnes in illis partibus solem colunt: qui ipsorum lingua hel dicitur. Vnde est Helios ergo addita digamma: & in fine facta detractione belum dicunt. h Amor patrius. C. ꝙ oĩm efficacissim⁹ est. Nã in se ipm diffundit: cũ in filiũ diffundit: qui viscera pris est. i Rapidum premittit. SER. non premittit: nam ipse sequitur: sed prerapidum mittit: quod ex affectu patris potius q̃ ex Achate velocitate intellige. Dixit prerapidũ: vt Theren. Per pol. nam pol iurantis est: cui prepositio sepparata nunqꝫ coheret. D. premittit. Non quia esset securus. Nec intelligitur prerapidũ mittit: sed premittit: idest ante prandium mittit: vt maturius videret filium: & vt afferentur munera: quę Didoni dare volens: inter epulandũ cõmodissime dabatur. Maior enim erat futura conuiuii voluptas: & presentia Ascanii & oblatione munerum.

k Achatem. C. Alligorice. Nam si curam significat: cura est: que pertingit filium. l Ferat. S. afferat: nunciet.

m Omnis in ascanio: DO. Nã reliquę curę iã semotę erãt. C. Omnis in ascanio. Sublato nomine proprio erit sententia. n Stat. S. Est. Alibi horret. vt Stãt lumina flãma: & stabit acuta silex plenũ esse. Iam puluere cœlum stare vident. Item positũ esse: Stant manibus arę. Item placet: stat conferre manus. o Munera. D. Hęc conuiuiũ gratius factura erant: & poterant ostẽdere quanta vrbis fuerit foelicitas.. C. Munera & dona significat: vt hic: & officia. vnde immunes dicuntur: qui a munere. i. officio publico prestando liberati sunt: hęc eadem significat. δῶρον

d Monile. S. quod & segmētum dicit Iuuenalis. Segmē ta: & longus habitus: licet segmētatas vestes dicamus: vt ipse. Et segmētatis dormisset paruula cunis. e Baccatum. S. ornatum margaritis. Dicitur aūt hoc margaritū: & hęc margarita: & hęc margaris: vt hęc nais: Sūt qui se parant gēmas: & margaritas. Cice. Nullā gēmā: aut margaritā. Et gēmas dicunt diuersi coloris: Margaritas vero albas: vel gēmas integras. Margaritas ꝑtusas. DO. Baccatum. Neq; hęc dissimilia esse debebāt: quę optimus pater & ditissim⁹: maxime filię dederat. C. Bachatū. baccatum cū aspiratione Bacchi sacerdos est. Et ē grę cum nomen. Latine autē bacca sine aspiratione fructus est lauri: Myrthi oleę hędere: & similiarū. Verū a similitudine rotundi corporis baccas appellant: & vniones: qs gręci Margaritas nominant: nascūtē mari Indico fertilissima ē Taproabāę insula: & Perimula ꝓmōtoriū Indię. Precipue laudantur circa Arabiā i Persico sinu maris rubri. Sunt em̄ conchę: q̄vbi genitalis anni stimulauit hora: prudentes sese quadam oscitatione implent: roscido conceptu tradūtur: grauidasq; postea eniti. Partumq; esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit candorem conspici. Si turbidus contra pallet: si coelo minante cōspicitur: nā coeli maior ē sibi societas: q̄ maris. Inde ergo trahunt colorem: aut nubilum: aut serenū: vt fuerit aer. Qua propter orientales margaritę ꝑpter assiduā aeris serenitatē lucidę sunt: sed minores ꝑpter paucitatem roris. Sed septentrionales contra: qm̄ magis habūdat ros: sed coelum turbulentum est maiores sunt: sed colore turdido. f Duplicem. S. Vel latam: vel duplicē gēmis & auro. g Hęc celerans. S. celeriter facere cupiens. D. Hęc celerans. laudat hominis diligentiā.

h At cytherea: S. cytherea ab insula: quę tātum in pluralī declinatur: vt sint alta cythera: D. Cytherea. i. dum hęc gererentur. Necessaria metuentis veneris deliberatio: cuius ęstus augebat cōsideratio loci: temporis: & personę. Erāt ab Achate perficienda iussa. Et periculosum credere nepotem eidem periculo: in quo erat Aeneas: ne tota simul progenies interiret. Nam q̄uis Troiani essēt humane suscepti metuebatur fallax natura tyriorꝫ: & stimulus Iunonis. ne ipsa oportunitatē loci: & occasionē temporis: nacta terra opprimeret: quos mari extinguere non poterat.

i Artes. S. mediū vocabulū est. Nam & bonas artes: & malas dicimus. D. Artes. ergo nouę. i. cōsilia elaborata exquiruntur. Vt Ascanius nō pergeret: & tamē Achates iussa faceret: fallit ergo omnes: & profert Aeneę amorem sibi concilians Didonem: nam neq; Aeneas iratę resistere potuisset exigua substantia: neq; conuulsis nauibus: & in hyeme effugere. C. Artes. Ars & prudentia in vita actiua versantur: quemadmodum intelligentia: scientia: & sapiētia in contemplatiua est. Igitur Ars recta ratio rerum faciendarum & artis remanet opus: vt phydię aras remanet statua Iouis. Prudentia vero est actio: quemadmodum videmus in administratore rei: aut publicę: aut priuatę. Tamen ars aliquando capitur pro scientia: quę est rerum vniuersaliū. Item pro astutia quadam; & trāsit ad prudētiam siue in virtute sit vt in hoc loco: siue in vitio: vt instructus ex arte pelasga. Ergo nouas artes inauditam: & mirā astutiā in consultando. Ars autem quę est pro disciplina secūdū Varronē duplex est: Extrinsecus: & Intrinsecus. Ars extrinsecus scientiā solam demonstrat: vt cū scio quid sit eloquentia: & quid sit finis: & officium eius: & quid oratio: & in quot partes diuidatur: quibus cognitis: non tamen scio loqui ex arte: Intrinsecus est cum artē ipsam cōsequor: ita vt ex hac arte loqui sciā: vt cū doceor: quomodo exordium faciam: quomodo narrationē: diuisionem: ac confirmationē: et reliqua. Intrinsecus igitur ita dat scientiam: vt quibus rationibus id quod scientiā dat asseq possim. Augu. autem in q̄rto de ciuitate dei inquit Ars bene recteq; viuendi. virtus: a veteribus diffinita ē. vnde ab eo quod grece dicitur. αρεϲη nomen artis latinos tradidisse putauerunt.

k Noua consilia. C. Exponit qd sit nouas artes: Cōsiliū autem est (vt placet Aristoteli) eorum: q ad finem sunt inquisitio: cuius tria sunt officia: primū si quę sunt: quę ad finem ducant vię perquirere. Secundum si sint quot sint. Tertium si vna plres ve sint: quoniā modo illis vti valeamus.

Pretere a sceptrum Ilione: quod gesserat olim
Maxima natarū priami: colloq; monile,
Baccatum et duplicē gemis: auroq; coronā,
Hęc celerans iter ad naues tendebat achates,
At cytherea nouas artes: noua pectore versat
Consilia: vt faciem mutatus et ora: cupido
Pro dulci Ascanio veniat: donisq; furentē
Incēdat reginam: atq; ossibus implicet ignem,
Quippe domū timet ābiguā: tyriosq; bilingues
Vrit atrox Iuno: et sub noctem cura recursat,
Ergo his aligerū dictis affatur amorem,

l Faciē et ora. S. Perissologia est. C. Faciem & ora. expressit quam faciem diceret. Nā facies dicitur de cuiusq; rei forma. vt quibus aspera quondam visa maris facies. Os aūt hominis ē: vt os humerosq; deo similes. m Dulci. C. sibi quia nepos. n Furentem incēdat. S. furere faciat. o Ossibus. C. in ipis medullis quę intra ossa sunt.

p Ignem. C. amorem.

q Domū. C. Didonē & oēs domesticos: qrū cōsilio ipsa mutari poterat. r Ambiguā. S. i. quam habitat mutabilis foemina: vt suspectas habuisse domo Carthaginis altę. s Bilingues. S. fallaces: Ad mentem: & non ad linguam retulit. t Sub noctem. S. Sub id est Circa. Et cum tempus significat accusatiuo seruit: vt. Aut vbi sub lucem q̄densa inter nubila sede diuersi rumpunt radii.

v Amorem. SERVIUS. latini deum cupit ad nē appellant: eo quod facit amorem. Sed hic imutatur grecos q eodem nomine vtrunq; vocāt: distinxit epitheto: pingitur puer quia turpitudinis est stulta cupiditas: vt iter quas curā Climene narrabat inanē. i. amorē Itē qa iperfectus ē in amantibus sermo: vt incipit affari mediaq; in voce resistit: Item alatus: quia nihil amātius leuius: vel mutabilius: vt ipsa ostendit Dido. Sagittę dantur: vel quia ipse incerte veloces q; sint. Et hoc ratio in reliquis numinibus pro potestatum qualitate format. CRI. Amorem. idest, cupidinē: Cice. in li. de natura deorꝫ tres ponit cupidines horꝫ primū Mercurio Dianaq; prima natū tulit. Alterum Mercurio: & Venere secunda. Tertiū, qui Anteros nominatur ex Venere: Et profecto triplex est amor. diuinarum rerum: & naturalium. ac postremo lasciuię. Primū concipit Diana: q dea casta: puraq; est ex Mercurio. Nam cum mens nostra omni labe pura ad deum conuertitur ex Mercurio: idest sapientia: atq; doctrina amorem diuinarum rerum cōcipit. Secūd⁹ aūt ex eodē Mercurio: sed ex venere orit: q: ea doctrina nō incorporeis: vt in diuinis: sed corpreis ad misteē Terti⁹ aūt ex secūda venere: q: lasciuia tota corporea ē & nihil

egregiū suspicit: vnde recte petrarcha noster. illū ex otio lasciuiaq; natum asserit. Hic optime a Propertio describitur in ea eleg a cuius est initiū. Quicūq; ille fuit puerū qui pinxit amorē. Nonne putas miras hunc habuisse manus. Hesiodus aūt ī theogōia ait. Chaos ante oia fuit. Terra post chaon pauimentū deorū. Itē tartara: itē amor. Alii dicūt primū cupidinē secundi Mercurii: & primę Dianę filiū fuisse secūdū: vt placet Simonidi ex sola venere. Tertium ex Venere: & Marte. Alii dicūt Venerē fuisse vnā ex cupidinibus reliquis antiquiorē. Refert aūt Ausonius. Cupidinē quandoq; in Myrteta herebi deuolasse: atq; ibi ab heroidibus: quę propter illū multos labores: ac demū mortē passę fuerunt captū fuisse: & ī alta myrto cruci affixum: ipse tñ mox interuentu Veneris: quę illi cathenas a vulcano fabricatas minitabatur nō solū liberauerunt: verū etiā a Venere: vt illi veniā daret impetrauerunt.

x Natę. D. Breuiter omnia consilia sua exprimit: & quomō fieri posset ostēdit: & honestū facile: & necessariū demōstrat. CRI. Natę. Oratio in genere deliberatiuo versatur. Quanto autem artificio conscripta sit: Donatus demonstrat. Captat eñ beniuolētiā: attentionē: & docilitatem: & ostendit quod petit: facile: vtile: honestū: & necessariū.

y Meę vires. D. vendicat sibi necessitudo parentū: quicquid liberi possunt: Et docet inter filios: & parentes tale debere esse volendi: & nolendi studiū: vt in multis. licet corporibus voluntas vna: & necessitudinis vinculum indistinctum integrumq; perduret.

z Mea magna. S. Quia venerea voluptas exerceri sine amore non potest. Vel secūdū Simonidē: qui dicit. Cupidinem ex sola venere natū. Alii tamen ex ipsa & marte. Alii ex Vulcano. Alii Chay: & primę rerū naturę filiū dicūt.

a Patris summi. S. i. Iouis. C Summi ad omnipotentiā refert Sic Cicero: p domo sua. Quo circa capitolinę Iupiter quē populus Roman⁹ propter beneficia optimū: propter vim maximū nominauit.

b Typhoea. S Multi Typhoya legūt: vt Cerealia: & Cerialia. Nō autē dicit qb⁹ Thyphoeus vs⁹ ē. Sed quibus Iupiter in Typhoeū: a spoliis: & virtute. vt Scipio aphrican⁹. Hoc autem agit facile eū posse contemnere Iunonē: qui cōtemnit Iouem. D. Tela ty. Facile ostendit esse quod petit: q enim potuit Iouis fulmen contemnere: facilius poterit fœminę mentem possidere. Ergo ita dixit: ne ille excusaret propter Iunonē: fecit ergo beniuolū filiū: dicendo nate. Item q potior esset Ioue: & q esset pœna sua. CRI. Typhoea. E p ei dyphthongon posuit: sed alibi longam posuit. Stirpis achillęę fastus: iuuenēq; supbū: hic breuem. Ait priscianus Typhoea. i. q̄si dicat maxima: quia maioribus in corpus gigantheū vsum fuisse Iouem credimus. Vel Typhoea: id eit ętnensia: q ibi sit Typhoeus: & in illius antris fulmina fabricat Vulcanus. fuit autem Typhoeus Titanis: & terrę filius. Et in bello Titanū a Ioue fulmine pcussus: sub ęthna vt placet Ouid. vt vero Maroni sub inarime relegatus est. Fuit & alius Typhon vir omniū crudelissimus: & qui fratrem Osyrim de humano genere optime meritū iteremit: eiusq; corp⁹ in viginti & sex partes discerpsit: singulisq; cōiuratis singulas dedit: Mox ab Iside: vt Osyrim maritū vlcisceret interempt⁹ est.

c Ad te confugio. D. quasi diceret: non est alter qui tantum: aut debeat: aut possit.

d Supplex. D. Admonuit pietatis: aut filiū rogauit: vt deum: quid igitur accessit oneris: cū ab ea quę auctoritate parentis iubere poterat.

e Numina. S. possibilitatem: vn⁹ autem deus plura habet numina.

f Frater. SER. conciliatio a qualitate personę. D. Frater vt æ. Fecit beniuolū & attētū. Nunc facit docilem subiuncta narratione totius negotii: dixit frater tuus vt appareat operā non in extraneo ponendam: sed in fratre eē necessariā. Ergo honestū pium. vt frater pro fratre laboret p̄sertim in causa salutis. Adiungit labores vt moueat cōmiserationem: & oñdit iniuste pati: et deformat personam aduersarię: quę psequitur innoxium. C. Frater dicit quasi fere alter.

Nate meę vires: mea magna potentia: solus
Nate patris summi: qui tela typhoea temnis:
Ad te confugio: et supplex tua numina posco
Frater vt æneas pelago tuus omnia circum
Littora: iactetur q; odiis Iunonis iniquę:
Nota tibi: et nostro doluisti sępe dolore.
Hunc phœnissa tenet dido: blandisq; moratur
Vocibus: et vereor quo se iunonia vertant
Hospitia haud tanto cessabit cardine rerum.
Quo circa: capere ante dolis et cingere flāma
Reginam meditor: ne quo se numīe mutet:
Sed magno Aenee mecum teneatur amore.

g Iacteturq;. S. vacat q;.

h Odiis. S. Iusta causa petitiōis ostendit. Odium primā corripit. Odi vero verbum producit: Sic liquor: & liquitur.

i Nota tibi. D. Hoc ad laudem cupidinis ptinet: Maximū omniū crimē esset eius: si fratris periculū nesciret.

k Nostro doluisti sępe dolore. S. Aut eo q̄ et ego: aut doluisti: quia me dolere vidisti. D. Doluisti. Si p̄terea doluit: debet cauere ne rurs⁹ dolēda succedāt.

l Dido tenet. D. ostēdit facilitatem petitionis: nā si iam Aeneę affecta est: non est opus initio amoris: in quo magna est difficultas: sed augmento: desideratur aūt augmentum: quia timetur. Iuno a qua amor talis possit abrūpi: ergo opus erat tali amore qui non posset abrumpi a Iunone.

m Quo. S. i. in quam partem.

n Iunonia. SER. Carthaginensia: vbi colitur Iuno: aut verius: q Aeneę Carthago in hospitiū patuit. Vt est Timeo Danaos: & dona ferentes.

o Hospitia. C. Hospitalitas amicitia est: quę cōtrahitur inter eos: qui non sunt eiusdem patrię: sed alter cum alteri⁹ patriā venit: illius domo: vt sua vtitur. diciturq; illud hospitiū: & illi hospites. Que autē non beniuolentia: sed pecunia nos recipiunt: non hospitia dicuntur: sed diuersoria: aut Cauponę.

p Tanto. SER. aut ne intātum quidē idest breui occasione cessabit: aut non poterit in tāta rer̄ oportunitate cessare: vt sit notū prouerbium, res in cardine est: idest in articulo.

q Cardine. DONA. Hic fidē facit cū fores clauduntur: & tribuit firmitatem. Ergo dixit. Tāto cessabit. c. r. Erat eñ in potestate absoluere amorē: quem voluntate susceperat: sed diuinitus impactus non posset humano arbitrio summoueri: asserit ergo necessariū remedium: quo omnis illa factio succumbat.

r Quo. SER. Vel vacat: vel pronomen est. Supprimit autem recte nomen Iunonis: ne illius frequenti cōmemoratione cupidinē terreat. Vel sit aduerbium quo. i. in aliquā partem.

s Capere ante. DONA. Ostendit melius esse ventura propulsare: q̄ his quę venerunt remedia q̄rere.

t Flamma. CRISTO. amore. quod vinculum oīm tenacissimum indissolubile est.

v Mecū. SER. idest officio venereo: nec pōt intelligi quē admodū ego. Nam aliter a matre: aliter a Didone amatur

Aeneas. DONA. Mecum tanto amore amet: quanto mater amet filium: cuius amor nullius violentia numinis valet abrumpi. x Qua facere. SER. i. quo modo.
y Accipe. SER. audi vt econtra. da: idest dic: vt da tytire nobis: da non indebita posco.
z Mentem. SERVI. dispositionem cōsilium. CRISTO: Mentem: animum & voluntatem. Anima enim teste Augu. Est spiritus intellectualis: rationalis: semper viuens: semper in motu: bone maleq; voluntatis capax: secundum benignitatem creatoris: ac secundū sui operis officium: variis nominibus dicitur: scilicet anima: dum vegetat. Spiritus: dum contemplatur. Sensus: dū sentit. Animus: dū q sapit. Mens: dū intelligit. Ratio dū discernit. Memoria dum recordatur. Voluntas dū vult. Differunt ista: non substātia: sed nominibus. Vna anima est: proprietates diuerse: in spiritu tamen: & anima potest esse differentia: nam omis anima spiritus: non omnis spiritus aia.
a Accitu. SER. euocatione: & est quarte declinationis.
b Vrbē. S. Sydoniam: quam tenēt Sydonii. CRISTO. Sydoniā. Carthaginem quam condiderunt qui de Sydonis partibus venerant. Est em in Phoenitia post Orthosiā: et Eleutherū Tripolis q nomē a re ipsa accepit. Tres em vrbes habet. Tyrum. Sydonē: & Aradum.

Qua facere id possis: nostrā nūc accipe mentē:
Regius accitu cari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat: mea maxima cura:
Dona ferens pelago: & flāmis restātia Troie.
Hunc ego sopitū somno super alta cythera:
Aut super idaliū sacrata sede recondam,
Ne qua scire dolos, medius ve occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo: & notos pueri puer indue vultus,
Vt cum te gremio accipiet letissima Dido
Regales inter mensas laticemq; lieum:
Et dabit amplexus: atq; oscula dultia figet:
Occultū inspires ignem: fallasq; veneno,
Paret amor dictis care genitricis: et alas
Exuit: et gressu gaudens incedit Iuli.
At venus Ascanio placidā per membra quietē
Irrigat: et fotū gremio dea tollit in altos

d Mea maxima c. SERVI. Aeneas cura est. Sed Ascanius maxima: cui regnū Italie, Romanaq; tellus debent: & vbiq; Ascanius maxima cura Veneris introducitur: vt veneris iustissima cura. Item nunc tegere: & dire valeā subducere pugne. DONA. Maxima. cum nolebat mittere Ascanium: ne duorum solicitudinem frāgeret: vel is mitteretur: qui exoriente tumultu sibi p pietatē cauere non posset.
e Hunc ego. DONA. ne diceret cupido. Quid fiet de Ascanio si ibo.
f Sopitum sōno. SER. Vnum quidem est sopor: & somnus: sed modo sopitum irrigatum intelligimus. DONA. Sopitum. Nam illa etas multum profundeq; dormit: ergo erit sat temporis ad capiendos mulieris animos. Designat etiam tempus & locum amoribus aptum.

g Idalium. SES. Cypri nemus est: in quo oppidum breue: vt paulo post Idalie lucos. Item Idaliumq; nemus. C. Idalius mons veneri sacer in Cypro est insula: in sinu Issico: & pamphilio posita: que pelago continua est egyptio.
h Sacrata sede. SES. Vel templi: vel oppidi.
i Ne qua. TES. qua vacat.
k Medius. SES. importunus incongruus.
l Faciem. SES. faciem p vultu posuit: nullus enim potest accipere faciem alterius: sed vultū: qui p mentis qualitate formatur.
m Noctem. DO. Erat spatium breue: sed erat properandum: ne longi temporis opa esset necessaria: quia Ascanius. lōgiori sōno teneri non potuit.
n Non amplius. SES. Artis est non omnia dicere: nec em dicturus est discessum cupidinis: neq; accessum Ascanii. o Pueri puer. S. Arguit a facili. D. Pueri puer. Ostēdit ī cōmutatiōe forme etatis cōmutatiōe nō fore difficilē.
p Regales. SER. Nā in illa intemperantia facilis amoris est aditus. Hic Theren. Sine Cerere & baccho friget venus.
q Laticem. SER. Latex aqua est proprie que ītra venas lateat: sed hic p vino quod latet ītra vuam.
r Lyeū. SER. pro lieū dixit. CRITSO. Lyeum. vnū est ex nominibus bacchi ab eo quod est λύειν idest soluere: quia homīes a curis liberet. De his nominibus scribit Ouidius. Thuraq; dāt: bacchumq; vocant: bromūq; lyeum: Ignigenamq;: satūq; iterū solūq; bimatrē. Additur q his: niseusq;: indomitusq; thionus. Et cū leneo gēnialis consitor vue. Nictelequ; eleus parius & iachus: & euan. Sed de baccho alibi.
s Occultū. S. Diffinitio amoris. est ignis occultus. C Occultū inspires ignē: idest occulte: & dissimulāter immitas.
t Veneno. C. Venenū: qua pestifera resē amor: et cito transcurrēs occupat vēas.
v Paret amor. S. vt sup. p cupidine amorē posuit. D. Paret. non respōderet qd enim persone matris: vel maxime in tali causa respōderet. & tempus facta non fabulas exigebat: ergo se officiosum matri prestabat x Alas exuit. S. laus magna Ascanii p transitum. Sic cupido alis tātum depositis Ascanius fuit.
y Gaudēs. D. Vel vt filium exprimeret ad patiē euntē: vel quia plena voluntate iussa matris implebat.
z At venus. D. natura puerorum tangit: q securius & diu

dormiunt: si etiam accedebant alia oblectamenta. vt secessus flores: & odores: & mollicies: opacitasq; vmbrarum:
a Placidā. S. Epitheton eius est. Vel ad discretionē eius quietis. que in somniis perturbatur.
b Fotum. SES. sublatum a fouēdo. CRI. Fotum ab eo quod est foueo. Dicūtur enim aues: pullos suos fouere cū alarum amplexu incubant.
c Amaracus. S: Hic puer regius vnguētarius fuit: qui casu lapsus dū ferret vnguenta maiorem cōfusione odorē creauit: vnde optima vnguenta amaracina dicuntur. Hic postea in herbam sampsucū conuersus est: quā nunc amaracū dixit. C. Amaracus: Recte exponitur a Seruio: hāc herbam Tusci persam appellant. Sāpsuc⁹ vt ait Diascorides a siculis amaracus dicit: ramosa herba multas virgas sup terrā spargit foliis paruis: & rotundis: non dissimilibus nepite: tota herba odorata est. Simon illā maioronā: & persam vocat amara est. Cynare regis Cipri filium in hanc herbā mutatum fabulantur.
d Iāq; ibat. S. Cum vix venus ista dixisset. Sane nec festinantib⁹ personis: neq; minoribus est respōdēdi facultas. vt hoc loco cupidini: vt Mercurio supra: idem in quarto: vt in septimo furie.
e Duce achate. DO. ergo hunc fallebat: & let⁹ portabat dona. Quia nō frangebatur onere numerum: nec tedio viarū.
f Cum venit: S: aut ꝓ cū veniret: aut cum sit aduerbium temporis pro dum. Nec em̄ potest coniunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sane sciendum: cum & dū malo errore a Romanis esse confusa. D. Cum venit. Executus est iussa mature: quia preuenit conuiuiū: & venit cū iam discumberent in aptissimo tempore.
g Auleis S. Velis pictis: Que ideo aulea dicta sūt: ꝙ primum in aula Attali regis Asie. Qui populū Romanū scripsit heredem inuenta sunt. Ideo etiam in domibus tendebantur aulea: vt imitatio tentoriorum fieret: sub quib⁹ bellantes semper habitare maiores: vnde & in thalamis hoc fieri hodie conspicimus. Varro tamen dicit. vela solere suspendi ad excipiendum puluerē: quia vsus camere ignorabatur. Hora. interea suspēsa grauis aulea ruias. In patinā facere trahētia pulueres atri. Quātū nō aqlo cāpanis excitat agris. Cū vero a noie greco desinēte in η fiat: deriuatio cōuertit in æ: vt αὐλη aulea: ἰδη idea: γυνη genea.
h Superbis. SERVI. nobilibus.
i Aurea: S. Si Dido pulchrā significat & noīatiu⁹. Si spōda est septimus casus. fit synerisis: & est spondeus.
k Spōda. S. Sponda. Stipadia antiqui nō habebant: sed stratis tribus lectis epulabantur. vnde tridinium sternī dicitur. Cice: Sterni tridinia: & in foro sterni iubebat. Errant ergo qui tricliniū dicunt ipsam Basilicā: vel cœnationē. C. Sponda exterior pars lecti est: vt Pluteus interior.
l Mediam. SERVI. Qui maioris loc⁹ est: Salustius. igitur discubuere: Sertorius inferior in medio super eum Titus fabi⁹ Hispaneasis senator. Ex proscriptis in sūmo Anthonius. Et infra scriba sertorii versus: & alter scriba Mœcenas in imo. Medius inter Tarquinum. & Deatium perpenam. DONATVS. Mediam. nā bis locus potior apud veteres fuit. Nam Salustius ita Sertorii conuiuiū describit vt ipsum: quia potior fuit: collocasset in medio

Idalie lucos: vbi mollis Amaracus illum
Floribus & dulci aspirans cōplectit vmbra.
Iamq; ibat dicto parens: & dona cupido
Regia portabat tyriis duce letus Achate.
Cū venit: auleis iam se regina superbis
Aurea: cōposuit sponda: mediamq; locauit.
Iam pater Aeneas: & iam troiana iuuentus
Cōueniunt: stratoq; super discumbit ostro.
Dāt manib⁹ famuli lymphas: cereremq; canistris.

m Iam pater. S. Religiosus: Quia pater omnium deorū: epitheton est: vt ostēdit Virgili⁹ vbiq;. DO. Iam pater Aeneas. Discernitur ipse: & Troiani sedib⁹ purpureis.
n Ostro. SER. Vnde tingitur purpura: & ꝓ purpura posuit. o Dāt famuli. SER. Humilis caracter: qui ἰσχνὸς dicitur. DONA. Dant describit familie ordinem.
p Lymphas. CRISTO. aquas que grece dicūtur a nymphis. Vulgo autē (teste Pōpeio) memorie ꝓditū est: quicūq; speciem quandam e fonte id est imaginem nymphe viderint furere cœperūt q̊s greci Lympholeptos: latini lymphatos appellant. q Cererem. C i. panē: & denoīatio: quoniam capitur auctor pro re: cuius est auctor Teren. Sine cerere & bacho friget venus. Cererem deam frugum fabulantur Coeli: et veste filiam. Alii Iouis dicunt. Ferunt preterea cū frater Saturnus cui fauebat pulsus esset metu Titani in antro latuisse. Presertim autem pudore ductam: quia cresceret sibi vterus: Nam cōcœperat iam acherontem qui & ipse: cum natus esset: eodem pudore affectus delituit: & ad in ferosidefluxit concœpit acherōtē ex captiuitate fratris: i. mœrore: ex q̊ solitudine gaudebat ad idem impellit mœror. Quirem ad hystoriam referūt aiūt illā Sicani antiquissimi sic lie regis filiam fuisse: & ab ea siculos vsum frumenti colendi cœpisse: Diodorus vero Siculus: q̊ ex hac insula oriundus rē diligentius prosequitur Siciliā cereri: et filie eius sacratam incolas a maioribus suis per successiones semp accepisse affirmat. Addūt etiā Poete ī nuptiis platōis & Proserpnie hāc isulā spōse a Ioue donodatā: ipsasq; deas primo hic apparuisse grauissimi scriptores tradidere. Primoq; hic frumentum esse natum propter loci fertilitatem. Vnde etiam nunc in agro leontino: & aliis in locis: q̊d agreste frumentum nuncupant nascitur. Ergo hanc deam volūt non mō serendi fruges precepta dedisse: sed & leges ad iuste viuendum tulisse. Vnde Themosphora dicit. Quapropter: & viuēdi: & bene viuendi auctor fuit. Sunt quoq; qui dicant: Cererem Saturni: & Rhee filiam fuisse: & frugum culturam inuenisse. & quidem ante Proserpinam natam: & a Plutone raptam. Nam in rapina ipsa omnes segetes incēdit: tum propter inimicitias: quas cōtra Iouem suscepit: tum propter filie mœrorem. inuenta autem filia & Ioui reconsiliata est: & Triptolemmū misit: qui fruges serere doceret. Multi deniq; populi de hac dea cōtendunt: Aegyptii em̄ dicūt Cererē: ac Isim eādem deam esse: & in egiptum semen intulisse. Quo tempore Nilo stagnante Regio optime semen exciperet Athenienses in Attica eleusina ostendunt. Vbi primū hoc minus dea dederit. Hec omnia Diodor⁹. Eusebi⁹ aūt pāphil⁹ ita rē partit: vt telluris vim vestam apellet. cuius virginale simulacrum in foco ignis statuit: que virtus quondam ferax est muliebri specie fungitur. Rhea quedam opem dicunt lapidose montaneq; terre vis est. Ceres feracis: & plene Hec bona que Proserpina est. Ioui peperit. At ideo hanc spicis coronamus. & Papauera iuxta ponimus: quoniam fertilitatis simbolum sunt proserpina: vis est proiecti seminis in terram: quā Pluto: idest sol: qui in hyeme remotiorem partem lustrat ad inferas rapit. r Canistris. D. Mos apud veteres fertur fuisse: vt panis non argēteis: sed vimineis vasculis inferret:

Expediunt: tonsisq; ferunt mantilia villis.
Quinquaginta itus famule, quibus ordine longo
Cura penu struere: et flammis adolere penates.
Centum alie: totidemq; pares etate ministri
Qui dapibus onerent mensas: et pocula ponant.
Necnon et tyrii per limina leta frequentes
Conuenere: toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aenee: mirantur iulum
Flagrantisq; dei vultus: simulataq; verba:
pallamq;: et pictu croceo velamen achanto.
Precipue infoelix pesti deuota future
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo
Phoenissa, et puero pariter donisq; mouetur.
Ille vbi complexu aenee colloq; pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit: hec oculis: hec pectore toto
Heret: et interdum gremio fouet: inscia dido
Insidiat quantus misere deus: at memor ille

CRISTO. Canistris a capiendo dicunt: aliqui a greco esse credunt illi enim. κανηστα dicunt.
s Tonsisq;. S. minutis vel villosis. Maiores enim mappas habuere villosas. t Mantilia. S. a manibus ante lotis dicta. Vt torale a tero. Nam Horati. per apocopen dixit: Ne turpe toral. C. Mantilia a manu: et tergeo volunt quod illis manus lete abstergantur. Vnde mantilia pleriq; dicunt.
v Villis. C. Generis masculini: & secunde declinationis: Vellus autem generis neutri: & tertie declinationis.
x Famule. C. Ancille ab oscis origo est huius nominis: apud quos seru⁹ famel dicitur.
y Ordine. S. dispositione, nam Cicero. in oeconomicis. Quid vbi ponendum sit. nec ei debet vniuersa confundi. D. Longo ordine: Vbi fuerant quinquaginta ad quarum curam pertinebat procuratio cellarii: & deorum poenatum cult⁹: illas sine dubio vicissitudo longo ordine agebat.
z Penum. S. differt a cellario Cellarium paucorum dierum est. Vnde & in cellam imparatum frumentum dicunt. Penum vero longi temporis. Penus in masculino: & foeminino inuenitur quarte declinationis in neutro tertie Veluti pec⁹ pecorum. Hora. Portet frumenta: poenusq;. Et Plautus in masculino dixit. Nisi mihi annu⁹ penus dat. Et lucilius in feminino vt Et vxori legata penus. Persius autem ostendit quarte esse declinationis: vt in locuplete penum defessis piguib⁹ imbris. C. Cura poenum. Et longum: & longam legitur. vt sit longo ordine: vel longum penum Penus est omne quo vescuntur homines. vt ait Cicero in libro secundo. de natura deorum. Et Fest⁹ scribit poenaria res esse necessarias ad victum quotidianum: Et Sceuola ait. Penus est quod esculentum poculentum ve est. Gellius vero refert: que longe visionis gratia contrahuntur: & recondu ntur: quia non in promptu sint: seruitus: & penitus habeantur. poenus dicta sunt. Est preterea apud iurisconsultos titulus. de poeni legata: in quo penus appellatione venire demonstrant: que esui potuiq; sunt. Neq; solum quod: vt panis: caro: caseus: vinum. Sed & quo vt sunt condimenta: sal: piper: garum: crocum. Et in quo. vt vasa in quibus esculenta poculentaq; tenentur. Penarium autem: vt etiam cellarium non penum esse dicemus. Sed cellam ipsam: & repositorium: in quo penus seruatur. vt granarium vbi grana conduntur. Cellari⁹ est qui preest penori: qui vt notari potest apud Plautum a promendo: & condendo nomen etiam accipit. Sum pronus condus procurator peni.
a Statuere. SER. componere. vnde structores epularum dicuntur. CRI. Struere. ordine: & in recta figura res diuersas componere: hinc dicimus struere orationem: hinc struem lignorum: hinc destruo: cum composita disiiciuntur: hinc instruere aciem: et mentem per translationem instruere dicim⁹.

b Adolere. S. colere: Sed adolere proprie est augere. In sacris autem adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adoletur quicq;: sed crematur. C. Adolere: qa vredo odor elicitur: hic Hoc. καλλείσευ θακκωσευο λεικησευτι. i. arceti hoc est doleti. c Centum a. D. Eleganter: atq; breuiter diuitias expressit laudauitq;. Voluit enim demonstrare ducentos: et sexum & etatem discernere. Numerus autem non est res magna in rege. Sed parilitas etatis: que ostendit quanta sibi seruorum esset multitudo. Ex qua ducenti pari etate eligi potuerint digni qui curarent supradicta. nec non supra hostium troiani qui magis essent honorandi sederunt. Tirii vero in vestibus pictis.
d Pares. S. non in numero: sed in etatis parilitate est admiratio.
e Dapib⁹. S. he regum sunt Epule priuatorum.
f Ponant: S. secundum antiquum loquitur morem.
g Mirantur. D. per hoc ostendit regina quod quam ditissima viri vxor fuisset: talia numquam habuisse: cum hec ipsa: & sui tirii mirentur. Ali⁹ intellectus est mirantur dona aenee. i. mirantur talia Aeneam: Vel habere vel: donare potuisse. Mirantur ergo substantiam animi.
h Iulum. S. ad conuiuias refert. i Dei. S. ad poetam.
k Simulata. S. Composita in astanii similitudinem
l Infoelix. S. propter casum futurum. D. Infoelix: quia benignum aim exhibebat: quem deberet inimicum exhibere: cum ex eo paret sibi mors.
m Tuendo. S. dum intuetur. Omnis autem gerundii modus: siue ab actiuo: siue a passiuo sit: similiter profertur: vt cantando tu illum. i. dum cantas. Et frigidus in bratis cantando rumpitur anguis: idest dum cantatur. D. Ardescitq; tuendo. Contrarium posuit: nam considerationi intenta fastidium incurrere debuit.
n Vbi. S. postq;: Interdum quando: interdum in quo loco.
o Magnum. S. arduum. difficile est enim imitari filii affectum. p Falsi. D. magna res: vt etiam pater deceptus sit: q Heret. C. affixa manet. Est autem hic repetitio hec o. he p. t. r Fouet. S. Substinet. s Insidiat. S. legitur etiam insideat. t Matris. S. ei⁹ preceptorum. v Acidalie. S. Ven⁹ iniicit. curas. αχος ei cura: Vel ab acidalio fonte: qui est in orcomeno Boetie vrbe. In quo se glacie lauant. que veneri sacra sunt: ipsius enim: & liberi filie sunt: & iure: nam gratie fere per horum numinum munera conciliantur: Sunt autem nude: quia gratie sine fuco esse debent: ideo connexe: quia insolubiles esse oportet. Hora. Segnesq; nodum resoluere gre. Quod vero vna auersa pingitur due autem nos respicientes: est quia profecta a nobis gratia duplex solet reuerti. Vnde illud. Nec te certasse priorem peniteat.
x Abolere. SERVI. Ordo est naturalis: vt primo vellamus harentia: deinde inferamus noua. Sic Teren. Vt merum in quo nunc est adimam: atq; expleam animum gaudio. DO. Obolere. Prius enim debebat remouere amorem pristini viri: & paulatim: quia cum vehementer hereret; non po

terat vno impulsu dimouere. Iccirco aūt Didonē castā: diuitē: pulchrā: deceptā inducit per cupiditatē: vt non solum Didonis verum etiā Aeneę estimationē ostenderet. Ne illū ignobilis fœmina proiecti pudoris sponte amasse: aut prouocata muneribus videat̃. Aut ille malis submersus in numeris de amorib⁹ illicitis cogitasse. C. Abolere: qꝫ vrēdo odor elicit̃. Hic Hom. καλλεισενθακαλω ευω δεικηωεντι idest ardenti: hoc est dolenti: Abolere remouere. Sunt autē exoleo: & aboleo ꝯposita nō cū soleo: sed cū oleo: vt placet Prisciano.

tionem lacunariū: & per antisticon laqueariū. C. laquearibus Lucreti⁹. Nec cytharā reboāt laqueata aurataq; tecta. m funalia. S. a funibus quę intra cerā sunt. Hos ante vsū papyri cęra circundatos habebāt. Vnde funera dicta: quia funes incensi illa precedebāt. DO. Funalia. faces ex funib⁹ procreatę. n Grauem. D. Laudat a pondere: & a materia: Deinde ꝙ maiores Didonis vsi sint: & durante merito transierit ad Didonem.
o Pateram: CRI. patera autem poculum: teste Macro. latinum est planum: & patens a petendo dictū. Carchesiū autem ꝓcerum: & circa mediam partem cōpressum ansatum mediocriter Ansis ad summum ac infimū pertingentibus. Verum Plaut⁹ cum apud phereciadē legisset. Alchemene a Ioue Carchesium dono datū: insuetū nomē: & grecis dūtaxat notū relinquēs: paterā cuius figura longe diuersa est dixit.

y Viuo. S. aut viui hominis: aut vehemēti. z Prȩuertere. S. preoccupare propter Iunonē. a Resides. S. pigros ad amandū: iurauerat. em̄ nulli esse nupturā. Cōtra vero qui instāt industrios dicimus. b Postq; prima quies. S. propter regalem affluentiā. Contra supra: postq; exēpta f. D. Postq; prima quies. Cōuiuii ꝓlixi mos describitur. Nam confectis epulis studiū bibendi prosequunt̃.
c Mensę. S. Sub externa persona morē ponit Romanorū: apud quos duę mensę erāt: altera epularū: altera pomorū.
d Crateras S. Est hic crater grecum nomen: latine hęc cratera dicitur. Persius si tibi crateras.
e Vina coronāt. S. Vina: p poculis per sinecdochē. Coronāt: aut implēt vsq; ad marginē: aut quia antiqui pocula coronabāt: vn̄ est: & magnū cratera corona induit. C. Vina cor. sic Hōe. πινοντεσ κρατηρασ επιστεφεασ τονοιο
f Fit strepitus. C. nō em̄ sine strepitu poutit esse lętū & numerosū cōuiuiū.

Matris acidalię: paulatim abolere sychęum
Incipit: & viuo tentat preuertere amore:
Iam pridē resides animos desuetaq; corda.
Postq; prima quies epulis mensęq; remotę.
Crateras magnos statuūt: & vina coronant:
Fit strepitus tectis: vocēq; per ampla volutāt
Atria: dependent lichni laquearibus aureis
Incensi: & noctē flāmis funalia vincunt.
Hic regina grauē gemmis auroq; poposcit
Impleuitq; mero paterā: quā belus & omnes
A belo soliti: tum facta silentia tectis.
Iupiter hospitib⁹ nā te dare iura loquūtur:
Hūc lętum tyriis q; diē: troiaq; profectis
Esse velis: nostrosq; huius meminisse miores:

o Belus. S. primus Assyriorum rex: quem constat saturnū: quem & solē dicunt: Iunonemq; coluisse: quę nomina postea apud Afros culta sunt: Vnde lingua punica hal dicitur de⁹ apud Assyrios hel: quadā sacrorum ratiōe: & Saturnus & sol.
p Facta silētia. DO. Rē enim diuinam actura silētium induxit. CRISTO. Tum facta. scilicet nam factura silentiū induxit more Romanorum. Apud q̊s ne omen malum sequeret̃. Aiebat sacerdos: fauete linguis: idest tacete. Iuue. Ite igit̃ pueri linguis: animisq; fauentes.

g Tectis. S. Ad tecta legit̃ etiā fit strepitus tecti.
h Volutāt. C. vndatim em̄ effluit vox p camerata loca:
i Atria. S. Romani duabus tantū epulis in atrio vescebantur. Vnde per contrariū Iuue. Quis fercula septem secreto cœnauit auus: & ibi pecunias habebant: vnde ꝗ honoratiores serui erant: liminum custodes adhibebantur. Hinc. Qui Dardanio Anchisę armiger ante fuit fidusq; ad limina custos. Ibi etiā et culina. Vnde atrium quia esset ater ex fumo. CRISTO. Atrium genus edificii est: quod mediā aream continet. In quā collecta ex omni tecto pluuia descēdit. dictum atrium: vel quia id genus ędificii primū atrię: q̄ est vrbs ętrurię inuentum ē. vel ꝙ a terra oriat̃: quasi atteritum. ait Pompeius festus.
k Lichni. SER. Gręco verbo vtitur: ne vile aliquid afferret. a lychno autem lucerna dicta est. vnde lu; corripitur. Hor. Non quo fraudatis immūdus nacta lucernis. Si em̄ a luce non staret versus. CRISTOFERVS. Lichni λυχνο idest omne quod lucet. Lucernam autem non hinc esse puto. sed a luceo. Nam quamuis primā corripiat quam luceo producit: non caret exemplo: nam a dico dicacem: & a duco ducem. et a vito vitium: quę oīa nomina a verbis primā producentibus deriuata corripiunt̃.
l Laquearib⁹. SER. Lacus principale est: Lucilius. Resultant: ędesq; lacusq;: per diminutionem lucanar facit. Hora. Nec mea renitet in ęde lucanar. Inde per aliam diminu

q Iupiter. DONATVS Rogat Iouem: & eius virtutem narrat: vt ostendat pleno voto Troianos excepisse: cum initam societatem testimonio hospitalis Iouis cōfirmet. Cum autem ipsa esset Sidonia: quasi mortis suę pręsagio Tyriorum solū: & Troianorum meminit: & merito diei meminit: quo cōfirmabat societatem per sacra: & conuiuiū. Triste autem fuit tenebras nominare vel noctem. Vel maxime: quia continuationem diei nocti coniunxerat: & nondum itum erat ad requiem. CRISTOFERVS. Iupiter. Iouem autem hospitibus iura dare dixerūt: nō solū propter fabulam lycaonis: sed magis quia ab eo planeta maxima est iustitia: & religio: atq; humāitas oīs. Hinc apud Homer; Menelaus violati a Paride hospiti pœnas Iouem poscit. Et Sta. eadem de re ait: Non gentibus equum fas: Aut cura Iouis: melius legatus addissem Sauromatos auidos.
r Hospitibus. SERVIVS. Exemplo iouis: qui a lycaone susceptus. ipsum: quia hospitem mactarat in lupum cōuertit.
s Profectis. S. noluit profugis dicere.
t Velis. SERVIVS: ex etrusta disciplina: qui dicunt volēs propitiusq; sis.
v Nostrosq; huius meminisse minores. DONATVS: & sic factum. vt etiam nunc duret de actibus Didonis fabula.

x Adsit letitię bacchꝰ dator. S. Alii adsis legūt. Secūdū q̃s Bacchus. aut per antiptosim est: aut antiquꝰ est vocatiuꝰ vt socer arma latinus habeto. Bene autem addidit: dator letitię: quia est & dator furoris. D. Bacchus. vinum sine quo leticia in conuiuiis esse non potest. Nā alibi est. bacchus & ad culpam causas dedit. id non vini viciū est: sed hominis vino vti nescientis. C. Letitię bacchus dator. Nā vinū letitiā inferre: testis est Salomō. Hora. autē. O fortes peiora q̃ passi sępe viri mecū nunc vino pellite curas. Et Homerus. ...

y Bona iuno S. Vel propitia & nō irata troianis. Vel bona. i. celestis. Est em̄ & infernal: aut Iunōi infernę dictus facer. D. Bona Iuno. Nam norat illā inimicam Troianis: Ergo vt sit bōa & beniuola. C Bona benigna. Est em̄ religio in deos: pietas in patriā: parentes: et in sanguine iunctos: bonitas in vulgus.

z Tyrii. D. Ne esset aliq̃ incolarū aduersus peregrinos simulatio. a In mēsa. S. tāgit morē. Romanorū: q̃ paniceas sacratasq̃ mēsas habebant: in quibus libabant. vt Heus etiā mēsas cōsumimus inquit Iulus D. In mensa. in conuiuiis em̄ cū hmōi honorificentia numinibꝰ exhibet: p̄ ara mensa succedit. C In mēsa. nūq̃ a more Romāorū descēdit poeta Ergo q̃uis nō nisi in ara libet: tū legerat in papyriano iure: vice arę p̄stare mēsam dicatā: vt in tēplo iunonis populonię augusta mēsa est. Ergo in mensa libat. Euāder: quoniam sacrata erat Hic aūt quoniam conuiuium erat regiū non sacrum: apud humanam mensam in Triclinio non in templo: quia nō erat religiosa: sed vsurpata libatio: sola libat regina. in qua non obseruationis necessitas est: sed vsurpationis licentia ait. Macrobius.

Adsit letitię bacchus dator: & bona Iuno:
Et vos o coetū tyrii celebrate fauentes:
Dixit: & in mensa laticū libauit honorem:
Primaq̃ libato summo tenus attigit ore.
Tū bitię dedit increpitans: ille impiger hausit.
Spumantē paterā: & pleno se proluit auro.
Post alii proceres. cythara crinitus Iopas.

b Prima. DO. Vel quia ipsa libabat: vel quia potior omnibus fuit: vtpote Regina.

c Summotenus: SERVI. Et verecundiam reginę: & mores Romanorū tangit: nā apud antiq̃s nr̄os: foeminę nō vtebantur vino: nisi sacrorum causa certis diebus. Deniq̃ foemina quę sub Romulo vinū bibit occisa est a marito. Mecętius autem maritus absolutus est: sic Granius lucianus ... DONA. Summotenus. Summis labris: vt religionis: & non vini cupidam demonstraret.

d Bitię. SERVI. per transitum poenorum ducum nomina introduxit: nam Bitias classis punicę fuit prefectus ait lilius. CRISTO. Bitię dedit: recte de Bitia Serui. Verum legitur etiam Didonem fratrem fugientem primum in Cyprum nauigasse. Ibiq̃ bitiam veneris sacerdotem in magna puellarum manu quę ad sacra venerant: Didoni sese dedicasse ipsamq̃ inde in Aphricā nauigasse. Ergo dedit Bitię veneris sacerdoti: qui vt verisimile est cōuiuio intererat

e Increpitans. SERVI. inclamans: vt ęstatem increpitās: aut familiariter arguens segnitiem tarde capiētis pateram: cū esset auidus in bibendo. DO. Increpitans. clara voce exhortans: hunc aūt elegit: quia sciebat vini esse amatorem: vnde sequitur ille impiger hausit.

f Hausit. SERVI. Modo accoepit: vt intelligas bibit. Cū sequat. g Et pleno se p̄luit auro. S. Alias vidit: vt hausit coelū: mētemq̃ recepit. Alibi audiuit: vt vocemq̃ his auribus hausi. Alibi vulnerat. vt latus hausit apertū. & multa alia pro loco significat. DONA. Et pleno se proluit auro. Et pateram inquit vacuam fecit: & cum auide biberet. & tantum infunderet. q̃tum fauces transmittere non posset: perfudit etiam se.

h Post. D. itelligēdū executi sunt post acta cōuiuia: post consecrationem foederū. ludorū aūt fit descriptio: quibus reges per voluptatem ad producendam petitionē vtuntur: Ludi aūt Didonis nihil turpe factu: nihil obscenum dictu habuerunt. Nā cytharę artē inter honestas numerari constat: per hanc Orpheus plurimū potuit: hanc graues & prudentes amant: hanc diligunt musę: quibus tradentibus in vsum hominū venit: hęc in agonibus. i. in sacris certaminibꝰ coronāt. Ars ergo honesta conuiuiū quoq̃ nō dissimile. i Proceres. S. Ergo & Bitias vnus erat de proceribus: hoc aūt nomē noitiuū p̄ceres in vsu non habet. Sic vt nec ditōe q̃uis in compositiōe dicatur cōditio. proceres aūt teste varrone principes ciui tatis dicūtur: quia eminent in ea: sicut in ędificiis mutuli quidā: hoc est capita trabiū: quę p̄ceres nominantur.

k Cythara. C Inuentū Apollinis dicit: alii volunt reptā esse a Mercurio: qui cū p̄ ęgyptū iter ageret: offendit cadauer testudinis: cuiꝰ in testa cū neruos extensos pulsaret: ab eo sonitu admonitus cytharam reperit: eamq̃ dono Apollini dedit. Hebrei Tubal ex stirpe Cayn ante diluuiū eam reperisse volunt: fecit q̃ a principio tricordē imitatus tria anni tempora. Nam ab ęstate acutā: ab hyeme grauē: a vere mediā sumpsit. fuit autem eius forma initio similis pectori humano: quod vt vox ex pectore: sic ex ea sonitus exit. vn̄ nomem sumpsit. Nā lingua Dorica cythara pectus significat. Pau latini deinde plures fuerūt eiꝰ formę: vt psalteria: lyrę: barbite. phenices: pectides: indicę: quę ferūtur a duobus simul

l Crinitus. SER. Vel quia imitabat Apollinis formā. Cuius etiā artis erat imitator. m Iopas. S. Rex aphrorum vnꝰ de p̄cis Didonis: vt est punica hystoria. n Personat aurata docuit q̃. S. Nō q̃ docuit: nec em̄ potuit docere hūc: qui tempore Didonis fuit. Sed quę docuit Herculem Vn̄ dicit̄ coelū ab atlāte susceptū sustinuisse p̄pter coeli sciētiā traditā. Cōstat em̄ Herculē fuisse philosophū. Et est rō cur oīa illa monstra vicisse dicat̄. o Docuit q̃. C musica de hac q̃intilianꝰ. Quis ignoret musicē: tū iā ill' tp̄ibꝰ nō studii solū: verū etiā tm̄ veneratōis habuisse vt iidē musici & vates & sapiētes iudicarent̄: & paulo infra. Timagenes auctor est omniū in lr̄is studiorū antiquissimā musicē extitisse: & testimonio sunt clarissimi poetę: apud q̃s inter regalia cōuiuia laudes herorū ad cytharā canebant: multa nos colligimꝰ de musica in p̄emio interpretationū nr̄arū in Horatiū: Est aūt musica adeo naturalis: vt omnes sexꝰ: atq̃ oīs ętas illa demulcetur. Est adeo potēs: vt penitꝰ hominē immutet. Pythagoras em̄ furorē tauromunitani ebrii iuuenis: ędes in quibus amica cū riuali erat incendere volētis demulsit: Eodem pacto alios qui accensi cantu tybiarum: pudicę mulieris fores effringere parabant Aristoteles in libro p̄pleumatū ait: & qui dolent: & qui lętantur fistulis vti hi vt magis lętentur: illi vt minus doleant. Verū vt grauis musica optime instituit: ita lasciua deprauat. Quapropter Plato non omni musica instituendos pueros. sed simplici & mascula: quali. lacedęmōii & Romani vsi sunt. Atanasius ad vitandum lasciuiam a nostris sacris amouit. Ambrosius ad mutādam pietatem induxit. Augustinus in vtranq̃ partē disputat. & tandē grauem adiungendum putat. lasciuam abiiciendam.

o Atlas. S. Sane Atlas grecum est: sicut & Nilus quem Nilum Ennius Melonem vocat. Atlantē vero Talamonē Recte autem in conuiuio reginę adhuc castę inducitur car

men philosophicū. Inter nymphas vero vulcani: Martisq
dolos & dulcia furta. C. Atlas. Paulo post annū sexcentū
supra tria milia a mundi principio. Eriaso argis Satro As
syriis: & ortopole sicyōis regnantibus viuēte Moyse floru
it. Atlas astrolog⁹ Promethei physici frater hūc maternus
auus maior s Mercurii. it Euse. atq augusti. Diod. aūt sicu
lus scribit fuisse fratres duos gloria excellentes Hesperū &
atlantem: & hos gregē pecudum possedi sse pulchritudine
insignē: colore vero fuluo: & auro simili: qua de causa Po
etę pecudes μηλα vocātes aurea mala illos habuisse di
xerunt Hesperū aūt filiā suā Hesperidē vocatā: fratri in vx
orem dedisse: & ex ea regionē hesperitū nominatā. Ex hac
vero Atlātē septē filias sub
stulisse: quę a patre Atlan
tides: a matre vero Hesperi
des appellatę sunt. Harū
pulchritudine captus busi
ris rex ægypti: misit latro
nes qui illas ex orto quo
dā surripuere. Verū cū inte
rim hercles a busiride quē
iussu Euristei interfecerat.
rediret: latrones quos in q
dā littore deprehēderat in
teremit: puellasq liberatas
ad parentes reduxit. Ob
quod meritum astrologi
am Herculem docuit At
las: ex eo cœlū sustinuisse
humeris credit⁹ est Atlas.
quod rationem sphęrę pri
mus docuerit. eodēq &

Personat aurata: docuit quę maximus atlas.
Hic canit errantē lunā: solisq labores:
Vn̄ hoīm gen⁹: et pecudes vn̄ imber: et ignes:
Arcturū: pluuiasq hyadas: gemiosq triones:
Quid tantū oceano properēt se tingere soles
Hiberni: vel q̄ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum tyrii: troesq sequūtur:

Hercules Sphericā rationem in gretiam importans: maxi
mā gloriā consecutus est: tanq qui Atlantticū mundū su
scepisset. Hec diod: vt dixi. p Errantē. S. q: ελικοειδης
obliquo incedit cursu nō recto vt sol: ne incidat in centrū
terrę: & freqnter patiat̃ eclypsim. C. Errātē lunā. luna em̄
inter oēs planetas ē magis īcerto & vago motu ī cursu p
cessiuo. Nā ppter breuitatē sui cursus: nūc sub sole: nūc an̄:
nūc retro sp vagat̃. Et cū sol circuit p circulos australes in
feriores: & luna peragit circulos boreales superiores tū lu
na est supina velut nauicula sursum habens cornua cum
ipsa sit versus terrā inclinata: quando vero decrescit est ere
cta: preterea est aliqn̄ recto diametro: inter nos & solē in
terposita quo tempore facit eclipsim. p Solisq labores.
S. Planetę septē sunt: ex quib⁹ quinq ferunt̃ cōtra mūdū.
Sed & cū mūdo. qn̄ sunt retrogradi: sol vero & luna sem
p contra mundum. Ideo dixit labores solis intentis con
tra volubilitatem sphęrę. Nā q homerus eum appellat
ηλιον ακαμαντα non dixit non loborantē: sed labores nō
sentientem. r Hominū genus. S. Si fabulose a Prome
theo vel Deucalione & pyrra. Si phisice: varia est opinio.
Alii em̄ de humore. Alii de igne: alii de attomis: alii de q̄t
tuor elementis homines natos dicunt. C. Vnde hominum
genus. de quo latius in. vi..
s Imber. S. De nubibus quę secūdū Lucretiū nascuntur
de terrę anhelitu. A quo sunt nebulę quę altius eleuatę: &
aut sol' calore resolute: aut vi vētoꝝ cōpressę mittunt pluui
as: C. Imber Pluuię. Est aut pluuia secūdū Aristotilē im
pressio aeris quę fit ex plurimo vapore qui frigidus hume
ctusq in aere sit aggregatus: siue enim ex terra: & aqua re
soluti hi vapores caloris celestis vi ad insimā partem mēdii
interstitio attracti regionis illius frigore condensati tandē
q calore ita dissoluti: vt nō tn̄ penit⁹ absumpti sint gutta
tim in imbres resoluuntur. Id preterea non est silentio pre
tereūdū. Nā quāto nubes vn̄ pluuia manat a terra lōgius
ab est: tāto terrā suaui⁹ tenuiusq petit. Si aūt de ppīq cadat
crassior ipetuosiorq ruit. cū āt mltū ī ē de pluuiali matā ī
nube: & nubes ipsa dēsa vehemēti solariū radioꝝ vi ver
beret: fit vt ex illoꝝ cōfractiōe vehemēs augeat̃ calor: atq
illi⁹ vi in vehementē pluuiā soluat̃ nubes. Quapꝑter post
intēsos ęst⁹ vehementes imbres sępe videam⁹. Nōnūq ex

hmōi additamēto caloris vrit̃ nubes. & rubeū cōcipit co
lorē humorq sic adust⁹ a nube stillās speciē ignaris hoīb⁹
sanguinolētę pluuię p̄bet: hic etiā ignes: fulmina & fulgu
ra de quib⁹ alibi dictū est. Appellāt aūt fulmē si pompeio
credim⁹ a fulgore flāme Alii ītelligūt imber & ignes p aq̄
ętherisq elemētis. t Arcturꝝ. S. Stella ē p⁹ caudā maioris
vrse posita ī signo poetę: & dr̄ arctur⁹. i. αρκτουουρα .i.
vrsę cauda. CRI. Arcturꝝ. Est miōr vrsa: a nōnllis cynosura
appellat̃: ab qua sidones nauigāt. Ideo ī cœlo a Ioue trās
lata ē. vt duplex helice honor esset. A gathostenes vero ait
Cynosurā vnā fuisse ex ydeis nymphis: q̄ Iouem nutrit: a
q̄ in creta regio quedā Cynosura ē appellata. Cretenses &
Diod. sicul⁹: & hāc & he
lice fuisse Iouis nutrices fu
isse dicūt: Alii volūt archa
dē fuisse. a qua arcadia sit
dicta Calistos: & Iouis fi
t Diuellimur. DO. Inuiti necessitate adacti impellimur abire:ostendit autem meruisse manu mori:cum prius cū paucis:nūc vero solus pugnaret.
v Iphitus & pelias. CRI. Est genus quodam repetendi:quā regressionē vocāt:quod semel posita iterat:& diuidit ait Quintilianus.



x Protinus. C. deinde.
y Clamore. D. Nõ speci aliter ab aliq: sed clamore pugnantium: quo iudica bat esse opus auxilio ad defendendã regiã. Apud quã acrius pugnabat pro pter gloriã: & predã.
z Ingẽtẽ pugnã. S. Quia in domo regia maior spes prede erat.
a Acta. S. applicata.
b Testudine. C. testudo anial est a tegendo dictũ.

¶ protinus ad sedes priami clamore vocati:
Hic vero ingentem pugnã: ceu cetera nusq̃
Bella forent: nulli tota morerentur in vrbe:
Sic martẽ indomitũ: danaosq̃ ad tecta ruẽtes
Cernimus: obsessumq̃ acta testudine limẽ.
Herent parietibus scale postesq̃ sub ipsos

Tegitur em̃ osseo tegmĩe: cui natura datũ est: teste Plinio: vt pastu cunicule quam bubulam vocãt se cõtra: serpentes infoueat. In idico marĩ ita magne sunt: vt singularum super ficies habitabiles casas te gant. Inter insulas vero ru bri marꝫ his nauigãt cym bis. Capiũtur meridiano tẽpore: cũ in trãquillo dor so extantes enatant ociose que voluptas libere spirã

dī intantū fallit vt vapore sol: exiccato cortice neğant mer gi. Inuenit aūt Mercuri⁹ i ęgypto cadauer testudis: in q̄ cō sumpta carne: nerui exiccati atq̧ ptensi: forte pulsi sonitū reddidere. Q̄uare admonit⁹ in h⁹ form̄ i cytharā cōposuit. Vñ & poętę illā testudinē appellāt Horā. O decus phoe bi & dapibus supremi grata testudo Iouis. Milites etiam moenia hostilia dirutūri ita accedunt: vt ex ligno tegmen tum sibi pparent: q̄ saxa & reliq̄ supne a defensori bus deuoluta euitēt: idq̧ testudinē appellant. Hāc primū Artemonē Clazo meniū adinuenisse tradit Plini⁹. c Parietib⁹ scalę. D. nō solū: quia in pī declinat: sed quia plures erāt. C. Parietibus scalę. Procelleumaticus est pes ex q̄ttuor syllabis breui bus. Si parieti p dactylo ponit: vt pectūt tenuia se ra. d Postesq̧ sub ipos. S. Si circa portā in postib⁹: si circa fenestras sub postes. C. Postesq̧ sub ip. sub. i. ante secūdū Priscianū. e Ad tela. S. cōtra tela. d Tecta cul. S. Participiū ē. aut eā dē rebus dixit e His. S. propter quę pugnabāt. Luca. In pugnā fregere rates. DO. His se. ad ex cusatōem quare pulchra destruerēt. C. His. Cum maxima cōmiseratōe di ctū: vt illā eruere cogerēt: p cui⁹ incolumitate pu gnabāt. Sic Lucan⁹ Atq̧ impugnam frangere na ues. f Auratas. C. Alia commiseratio a materia. Iuuenal. Fundi te quę mea sunt dicebat cuncta catullus pcipitare volēs etiam pulcherrima Vestem purpurā teneris q̄q̧ moecenatibus aptā. g Decora. SER. ab eo quod est decus. h Obsedere. S. mō p psi dio tenebāt i Leuare. S. iuuare. k Vim. S. virtutē. l Victis. S. q̄

Nituntur gradibus: clypeosq̧ ad tela sinistris.
Protecti obiiciunt: prensant fastigia dextris.
Dardanidę contra turres ac tecta domorum
Culmina conuellūt: his se q̄n vltima cernunt
Extrema iam in morte parant defendere telis.
Auratasq̧ trabes: veterum decora alta parentū
Deuoluunt: alii strictis mucronibus imas
Obsedere fores: has seruant agmine denso.
Instaurati animi: regis succurrere tectis:
Auxilioq̧ leuare viros: vimq̧ addere victis.
Limen erat: cęcęq̧ fores: & peruius vsus
Tectorum inter se priami: postesq̧ relicti
A tergo: infoelix qua sę dum regna manebant
Sępius andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros: & auo puerū astyanacta trahebat.
Euado ad sūmi fastigia culminis: vnde
Tela manu miseri iactabant irrita teucri.
Turrim in pcipiti stantem: sūmisq̧ sub astra
Eductam tectis. vnde omnis troia videri.
Et danaum solitę naues: & achaica castra:

est ius eundi ambulādis homis agēdi iumētū vł vehiculū Itaq̧ q habet iter: actū nō habet: sed qui habet actū iter habet. eo q̧ vti potest etiā sine iumento. Via est ius eundi & agendi & ambulādi hominis: nā iter & actū via in se cōtinet. Aquęductus est ius aquę ducēdę p fundū alienū. Prediorū vrbanorū sunt seruitutes: quę ędificiis in hęrent Nā oīa ędificia etiā si in villa edificata sint vrbana predia dicūt: Hę sūt vt vicin⁹ one ra vicini sustieat. vt i parie tē eius liceat vicino tignū immittere: aut stilicidiū vel flumen recipiat quis in ędes suas: vel in areā: in cloacā: & ne altius ęs tollat ędes suas: ne lumi nib⁹ vicini officiant. hęc ergo i iure. Nūc videam⁹ q̄ id sibi velit Virgi. ait em limē erat cęci q̧ fores. id est erant fores postici: Vñ addit. postesq̧ relicti a tergo. Et istorū postici qui erāt singulorū tectorū erat vsus puius. i. erat via p quā eēt vsus ambulan di. i. qua poterant habita tores illorū tectorū vti do nec irēt in ędes Priami: et queadmodū i re rustica dicitur. vsus in predio vr bano: in q̄ licet oleribus pomis floribus. feno: stra mētis lignis adusum q̄ti tidianum vti: et in eo fun do hactenus licet morari vt neq̧ dño fundi mole stus sit: neq̧ his p quos opa fiunt impedimento: nec vlli alii ius q̄d habet locare aut vēdere: aut gra tis donare potest. sic hac via poterāt ad trāsitū vti sine aliorū molestia: nō tñ alii huiuscemōi transitū prebere. q Dum. S. donec. r Androma che. C. Filia Ethionis The barum quę in lycia sunt regis. Hanc vrbem greci eruerunt: Hinc Achilles apud Homerū ait: ὤχοντ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος τὴν δ' ἐπράθομέν τε καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα.

invehebāt vt qua vectus abas. v Limem. SER. pemrposti cum ingressus est: nam fores anteriores obsessę erant: Est autem posticum neu. generis. Hora Atria seruantem pos stico falle clientē. Nā attica et postica ī foemino genere au gurale ē. n Cęcę. S. nō oibus notę. o Vsus. S. verbū iurisconsultiū via: act⁹: vsus. p Relicti. C. q. d. Cōmu nes: ergo relicti: q̄ nemo sibi pprios assumpserat. Ego q̄ dē iudico fuisse plures domos: quę singulę a singulis Pria mi filiis hrēnt iure priuato: esse q̧ eas cōtiguas: atq̧ a ter go fuisse angiportū: quę in nulli⁹ p̄rietatē veniret: sed pbe ret commune trāsitum omnib⁹ ipsarū domorū habitatori bus: pñt q̧ illo oēs vti dū eunt: redeuntq̧ & in regiā pria mi quę omnib⁹ eius filiis: nuribus: atq̧ nepotib⁹ pateret: Verū vt breuiter rem ex iuris disciplina intelligam⁹: pdia ipa: siue rusticana sint: siue vrbana seruitutē hre pñt: scilicet vt non possit: dom⁹ predii vetare vicinū transitum: & ru sticorū pdio ęiura sunt hęc: Iter act⁹ via: aquęduct⁹. Iter ē ius eūdi: ābulādi hois nō iumētū agēdi vł vehiculū. Act⁹

s Astyanacta. CRISTO. interpretat vr bis regem Nam ἄστυ vrbs est et ἄναξ rex hic capta. Troia ex turri precipitatus est: vel vt alii volunt ad saxum illisus: ne quis ex priamo genere supresset: ait aūt Home rus. q̧ a patre hectore vocabatur Scamander t Trahe bat. S. quia puer. vt puū q̧ nepotem ipse trahit v Eua do. S. id est vado: & e vacat. vt emortuus. C. Euado cum difficultate puenio: Euadere enim est: cum par difficultatē: aut labores: aut pericula quo volum⁹ peruenim⁹. hinc di cim⁹ euadere mortem: euadere ad cōsulatū. E. nāq̧ prepo sitio extra significat. qua ostēdit nō posse in huiuscemodi rebus puenire q̄ volumus nisi p egressum periculorū et la borū: ergo nō vacat E prepositio. x Iactabāt. S. quasi spargebāt nihil pfutura. y Precipiti. S. alto: vñ quis preceps dari pōt. z Tectis. C. tabulatis vt s. dixim⁹. a Vnde omis troia videri. C. Nā Homer⁹ Priamū cum senorib⁹ et cū Helena e turri hāc pugnā spectare solitos dicit. b Castra. S. vbi exercitus sit ibi castra dicūtur: vñ

& nos castra monemus? c Circum. C. q. d. in circuitu & est aduerbiū et nō ꝓpositio. d Sūma. S extrema. vt supmū summū dicimus. C. Sūma tabulata. vltimę et superiores contiguatiōes. e Labantes. S. Faciles ad resolutionē. Et est ordo turrim cōuellim⁹ impulimusq̄.
e Iuncturas dabant: CRI. Sententia est ꝙ euerterūt turrim ab illo loco vbi paries erat inualidior: propter crebra foramia q̄ admittebant capita tignoꝝ: et trabium vltimi tabulati. Ibi enī erat iūctura trabiū & parietis. Iuncturas ergo labātes. i. q̄ parietē labantem reddebant.

Aggressi ferro circum: qua summa labantes
Iuncturas tabulata dabāt: conuellimus altis
Sedibus: īpulimus q̄: ea lapsa repēte ruinam
Cū sonitu trahit: & danaū super agmina late
Incidit: ast alij subeunt: nec saxa nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulum an̄ ipm̄ primoq̄ ī limīe pyrrhus
Exultat telis: & luce chorus cus ahena:
Qualis vbi ī lucē coluber mala gramīa pastus
Frigida sub terra tumidū quē bruma tegebat:
Nunc positus nouꝰ exuuijs nitidusq̄ iuuēta
Lubrica conuoluit sublato pectore terga:
Arduus ad solem: & linguis micat ore trisulcis
Vna ingēs periphas: & equoꝝ agitator achill'
Armiger automedo: vna om̄is Scyria pubes:
Succedunt tecto: & flammas ad culmina iactāt

f Cōuellimus. C. Nam pars superior turris ab inferiori facilius cōuulsa est in illis iūcturis: & postq̄ est cōuulsa impulerūt.
g Altis. C q: in vltimo tabulato. h lapsa repente ruinā. CRI. Sonitus cōpositionis istoꝝ verborū: ponit an̄ oculos illam ruinam. i Repente. C. magna enī res ī mltos simul obruere potuit.
k Ast alii subeunt. C. obstinatio ostenditur: & oppugnātiū et repugnantium l Telorum g. S. Telum enī dicitur grece: τελοθεν quicquid longe iaci potest: q̄q̄ legim⁹ de gladio: at non hoc telū in ea q̄d vi dextera versat. Et sequitur: Cōsurgit in ensem. dicitur autē a longitudine. vnde & mustelam dicim⁹. h Vestibulum. S. Dicitur prima ianuę pars: dictum autē vel ꝙ ianuam vestiat: vt videmus cameram duabus sustentatā columnis: vel quoniam Vestę consecratū est: vn̄ nubentes puellę limen nō tangūt: ne numini dicatum locū calcantes sacrilegiū committāt. Luca. Translata q̄ vetat contingere limia plantā. Singula enī domus sacrata sunt diis: vt culmina diis penatibus. Maceries quę ambit domū herceo Ioui: C. Vestibulum. secundū Gallū de significatiōib⁹ verborū quę pertinent ad ius ciuile: nō est in ędibus: neq̄ ędium pars: se locus ante ianuam vacuus: p quem a via ad ędes aditus est. Ipsa enim ianua procul a via fiebat: & area interfecta quę vacaret. Est aūt vestibulum dictū a ve & stabulum. Ve aūt dictio est aliqn̄ intensiua. Nam vetus ab ętatis magnitudine dicit: sed elisum est. Vehemēs aūt ab animi impetu aliqn̄ priuat: vt vecors & vesanus. Ergo qui salutatū ędium veniebāt: ibi expectabat donec admitterent. Quapropter ab ea quasi constabulatione vestibulum nōnulli dici volunt. Alii referunt ad eos: qui in domo manent: & quoniam isti illic nunq̄ consistunt: sed solius transitus causa: ad hunc locū perueniūt: exeundo siue redeundo volunt vestibulū dictum esse a ve particula priuata. i Primoq̄ in limine pyrrhus. DO. Ferocem naturam huius ostendit: & qui plenę victorię fiduciam cerneret. k Pyrrhus. SERVIVS. Pyrrh⁹ dictus a colore comę: qui latine Byrrus dicitur a colore quo tingebatur. l Exultat. CRI. Pręconcepta victoria.
m Luce ahena. C. quę ex Aeneis armis ꝓueniebat ex repercussione luminū: dixit autem ęs & non ferrum: quia prius inuentū est ęs q̄ ferrum: & ex eo arma fiebant: Vnde & Homerus χαλκεοτευχη dixit.
n Qualis vbi. DO. Descripturus hostem: natura ferūt ętate insolentē: successu superbum: & ipse Aeneas hostilē animum in aduersariū gerens: huic animali illum comparādū putauit: sęuiebat vt serpens: qui vomit venena: q nescit aliquādo misereri: qui captat tempora: quibus procedat aut lateat. Hac igit cōpatiōe Pyrrhū deformat: nā vt serpens nō virtute: sed veneno confidit: ita huic non arma sed insidię ad victoriam profuerunt: nec vnq̄ in prel iis visus est: nisi cum alienis dolis ꝓcurata est victoria.
o Gramina pastus. SER. Legimus et sylua pastus arundinea. Nam aliud est pascuntur: vero syluas. Sed sciendum est Q: licet hoc in vsu sit: rarum tamen est apud antiquos: Pastus autem est pro qui pascebatur: quia vtq̄ diximus in hoc latinitas defecit.
p Bruma. SERVI. id est hyems dicta: quasi βραχειονημερα id est breuis dies. Est autē vt hic indicat locus generis fœminini: numeri singularis. CRISTO. Bruma. quasi βραχημερα id ē breuis dies. Et est initium hyemis quę fit: sole primam partem capricorni ingrediente: quo tempore dies habet octo horas: et quadragintavnum minuta. Nox vero habet quindecim horas & minuta decem & nouem. Neq̄ toto anno breuior est dies. Hoc tamen ad situm nostri clymatis referas. Nā et lōgitudinē et breuitatē dierū scim⁹ ꝓ varietate clymatū variari. vt ondim⁹ i Geo.
q Lubrica terg. SER. Lubricum dicitur. & quod labitur dū tenet: vt piscis: serpens: & locus: in quo labimur: vt se se opposuit salio per lubrica surgens.
r Trisulcis. CRI. Vnicam linguam habet serpens: sed tā velociter mouet: vt tres appareant: veluti virga velociter mota non simplex: sed triplex apparet. Cuius rei ratiōem in libris nostris de anima ex opinione antiqrū reddimus.
s Periphas. S. Nec vltima accentū hz: ne fœmininū sit: nec prima: quia vltima longa est. Ergo media habebit accentum. t Agitator. CRIS. Auriga achillis armiger pyrrhi. t Armiger automedo. S. Pirh. Nā Achillis auriga fuit v Scyria pubes. SER. Scyros vna est ex cycladibus: in qua Lycomedes pater Deidamię regnauit. CRI. Scyria. Insula est: de qua Strabo contra magnesios frequentes incumbunt insulę: nobiliores sunt scyathus peparethus: Icus: alonesus: & scyrus cum eisdē nomīs vrbibus. Clarissima vero scyrus: propter lycomedis cum Achille affinitatem: & Achillis filiū Neoptolemū: Ergo scyria pubes quę pyrrhum in bellū troianū secuta erat.
x Dura limina. D. quę facile superari nō possent: pōt tamen videri dixisse dura bipenne. i. ydoneā: quę frangere

poteuerit firmitatē eratorū postium. Allusit aūt de hostio ad fenestram: sed debuit dicere cauernā factam in ostio: per quam non ingrederetur: sed videret interiora. Ergo videbantur intus armati. Intercœpta autem spe: clausa ante domus patuit. Plangebāt fœminę: & summis vlulatibus prodebāt hostibꝰ suā formidinē: q̄ augebat̄ illis spes: Ergo instat vi patria p. Quis em̄ nō ꝓuocaret̄ audiendo talia. Descriptio aūt regię auget mobilitatē & amplitudinem: fœlicitatēq; Priami.

y Vellit. SER. non deiecit. Nā sequit̄ paulo post labat ariete crebro: sed mouet: vt Cynthius aurem vellit et admouit.

z Cauauit. C. id est in cauernā pforauit: quod declarat dicens: fenestrā dedit. a Ingentem lato dedit ore fenestram. S. Epitheto auget tapinosim: vt solet.

b Lato ore. C. Hiatu: Idemq; est os & fenestra in hoc loco.

c Apparēt. CRIS. aspicientibus per fenestram. Est autem repetitio: qua auget̄ Pathos: quod mirifice hac narratione citat poeta penetralia priami: & veterum regumꝰ: quę aspicere hostes summa erat in miseria Troianis.

d Veterū regum. DO. vt ostenderet regnū Priamo a maioribus suis ꝓuenisse. Quantus autem dolor: vt vna nocte conciderit: quod per īfinitos reges: multis etiā sęculis seruatum fuerat.

e Armatosq; vident stātes. S. vt sup̄. Strictis mucronibus imas obsidere fores. CRISTO. Armatos. distributio est. nā & viris prelium: & mulieribus vlulatū tribuit. Ergo et illi ex sua fortitudine: & illę ex lachrymis sibi misericordiā cōcitāt.

f Stantes. CRIST. pugnantes. Nam non deserunt locum in acie qui viriliter pugnant.

g At domus īterior. S: De albano excidio locutus est. h Gemitu. C. Referas ad animos viriles. i Misero. S. Bene additum: quia est etiam terribilis. k Tumultu. S quasi timor multꝰ dicitur. C. Tumultu. ad effœmīatos. Plāgores ꝓo: & vlulatꝰ ad mulierculas. Est aūt Plāgere cū ex dolore pectora ꝑcutiūt. Vlulare ē clamorē mœstū extollere. vt faciūt ml̄eres. q̄uis ꝓprie luporꝝ sit. l Miscetur. SER. perturbatur. m Cauę ędes. S. tecta camerata: ī singulari tēplū tātū significat. In plurali tēplū et domū. C. Aedes. cauę. i. cōcauę. n vlulāt. C. i. ꝑ reboatū q facile fit in locis cōcauis. & cāeratis. vlulatū mulierꝝ ingenant.

o Ferit. S. secūdū phō. qui dicūt vocē corpꝰ esse. C. Ferit sydera. Hyperbole est: quā latini superlationem vocant. Ferio autem p̄terito carens: percussi a percutio mutuatur vt sisto: statui a statuo. fero tuli. Nam antiqui tulo dixerunt: ait Priscianus. p Aurea syde. S. multi ad laquaria lreferunt: quod stultum est. CRI. Aurea. pulchra: vt infra aurea. Circe. Vel aureo fulgore nitentia.

q Tum pauidę. S. Propauētes. Pauidus enim qui semper timet. Pauens qui ex causa. C. Tum pauidę. Ponit quid vsu euenire solet in tanta calamitate.

r Errant. C quasi oīs partes nouissime salutaturę: cū paulo post in captiuitatē abductū iri se videat. s Amplexęq; te. p. S. Ex Apollonio qui inducit Medeam patrem salutasse dū domū relinquit. t Oscula figunt. C. vehementer imprimūt. v Vi patria. SER. Est testimonium generis sui: vt de Hercule Salue vera Iouis proles. CRI. Vi patria. Nulla in parte minor patre. Nam nisi esset et claustra & custodes & sustinuissent.

x Nec ipsi custodes. D. vigiles. de q̄bus dixerat: imas obsidere fores. Possumꝰ etiā custodes ipsas postes intelligere: qm̄ custodes a custodiendo appellant̄: Cū igit̄ oīa deficerent: fit via vi ꝛc.

y Ariete crebra. C. Crebra repcussiōe arietꝭ: arietis aūt nomē spēs dedit. nā impetu murū impingit pugnantiū arietū forma: validę em̄ ac nodosę arboris caput vestit̄ ferro: eaq; suspensa funibꝰ multorū manu in murū pellit̄. Deinde retrorsum ducta maiori impetu destinat̄. Contra hoc remediū est saccus pileis plenus: & in eū locū demissus q̊ aries impellit̄. Laxo em̄ sacrorū sinu ictus arietis mollit̄: Dura enim mollioribus facile cędūt huius inuentionē: vt refert Pliniꝰ epio ad Troianum tribuerūt antiqui.

z Fit via vi. D. Vis inquit ianuā patefacit: vis aditū ad interiora tenenda reclusit. n Nō sic. S. grauiꝰ vastata ē Troia q̄; agri fluuiorum eruptione vastent̄. C. Nō sic aggeribꝰ. Quadrās cōparatio. Nā & trāslatio etiā diluuio ad bellū fit: vt infra: diluuio ex illo tot fastus ꝑ ęq̊ra vecti. Et parabola mouꝫ misericordiā: vt ac veluti plenꝰ lupꝰ insidiatꝰ ouili. Cū fremit ad caulas. b Cumulo. S. augmento.

c Vidi. S. vt queq; ipse miserrima vidi. d Geminos:

Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit: postesq; a cardine vellit
Aeratos: iamq; excisa trabe firma cauauit
Robora: & ingentē lato dedit ore fenestram.
Apparet domꝰ intus: & atria longa patescunt.
Apparent priami: & veterū penetralia regum:
Armatosq; vident stantes in limine primo.
At domus interiorꝰ gemitu: miseroq; tumultu
Miscetur: penitusq; cauę plangoribus ędes
Fœmineis vlulant: ferit aurea sydera clamor.
Tum pauidę tectis: matres ingentibꝰ errant.
Amplexęq; tenēt postes: atq; osculo figunt.
Instat vi patria pyrrhus: nec claustra: nec ipsi
Custodes sufferre valent: labat ariete crebro.
Ianua: & emoti procūbunt cardine postes.
Fit via vi: rūpunt aditus: primosq; trucidāt
Immissi Danai: & late loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeꝰ amnis
Exijt: oppositasq; euicit gurgite moles.
Fertur in arua furēs cumulo: camposq; ꝑ oēs
Cū stabulis armenta trahit: vidi ipse furentē
Cęde neoptolemū geminosq; in limine attri(das.

Vidi hecubã centũq; nurus: priamũq; p aras.
Sanguine fędantẽ: quos ipse sacrauerat ignes.
Quinq̃ginta illi thalami: spes tanta nepotũ.
Barbarico postes auro spoliisq; superbi
procubuere: tenent danai qua deficit ignis.

SER. duos. Nam eodem partu nati ꝓprie gemini sunt.
e Vidi hecubam centũ q;. SER. Aut numerus pro numero est: aut quia barbari nõ singulas: sed plures hẽbant vxores.
DO. Vidi hecubã: & reliqua. Rñdet ad id. Queq; ipse miserrima vidi. Fuit ergo cędis eorum hominũ spectator: quos venerat defensurus. CRI. Vidi hecu. Attestatio rei visę mouet Pathos: vt dictũ est:
f Nurꝰ. S. idest fœmĩas. Luca. Cultꝰ gestare decoros. Vix nuribus rapuere mares. C. Nurꝰ anubẽdo sũptũ ẽ verbũ
g Quos ipse sacrauerat ignes. SER. Latenter ostendit nil prodesse religionem. CR. Quos ipse sacrauerat ignes: Mouetur summa cõmiseratio. Quid enim indignꝰ est q̃ eũ qui ignes ad sacrificium parauerit ita interfeci: vt illos suo sanguine extinguat.

h Quinquaginta illi thalami. SER. illi celebrati ab Home. Et bene de thalamis verũ expressit numerũ. Potest eni vnus thalamus plures habere coniuges. CRI. Thalami grecum verbum est. Homer. κειτοιλευθοχλαμω
i Spes tanta nepotũ: CR. Et locus qui est ab his quę pręter spem sunt: & vehemẽter mouet Pathos: vt: O Lycida viui ꝑuenimus aduena nostri: quod nunq̃ veriti sumus: possessor. a. d. h. m. s. v. m. c.
k Barbarico. S aut multo: aut vere barbarico. Barbarorum eñ est copia. C. Barbarico: multo. vt est apud barbaros. l Spoliisq; superbi. S. Hic enim erat antiquorum mos. Vnde ait in septimo: Captiui pendent currus: curuęq; secures. m Superbi. DO. ornatu artis et materia.



¶ Forsitan & priami fuerint quę fata requiras.
Vrbis vbi captę casum: conuulsaq; vidit
Limīa tectorū: & mediū in penetralib⁹ hostē:
Arma diu senior desueta trementibus ęuo
Circundat: nequicq; humeris: & inutile ferrū
Cingit: ac densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus in mediis: nudoq; sub ętheris axe
Ingens ara fuit: iuxtaq; veterrima laurus
Incūbens arę: atq; vmbra complexa penates:
Hic hecuba: & natę: ne quicq; altaria circū:
(precipites atra ceu tempestate columbę)
Cōdensę et diuū cōplexę simulacra tenebāt.
Ipsum aūt sumptis priamū iuuenilib⁹ armis
Vt vidit: quę mēs tā dira miserrime coniunx
Impulit his cingi telis: aut quo ruis inquit:
Non tali auxilio: nec defensoribus istis
Tēp⁹ eget: nō si ipē meus nūc afforet hector.
Huc tandē concęde: hęc ara tuebitur omnes:
Aut moriere simul: sic ore effata: recepit
Ad sese: & sacra longęuū in sede locauit:
Ecce autem elapsus pyrrhi de cęde polytes:
Vnus natorum priami: per tela per hostes
porticibus longis fugit: & vacua atria lustrat.
Saucius: illū ardens infesto vulnere pyrrhus
Insequit: iamiamq; māu tenet & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit: & ora parentum
Concidit: ac vitam multo cum sanguīe fudit.

n Forsitan et Pria. S. Bono vsus est ordine: vt primo rei publ. Deinde regis: postremo priuati. i. sua narraret fata: De morte aūt Priami varia tradunt. Alii enim dicūt: q a Pyrrho in domo capt⁹: sed inde in sigeū tractus: ad tumulū Achillis cesus ē. Nam in rheteo sepult⁹ est Ayax. Tunc eius caput conto affixū Pyrrhus circumtulit: alii iuxta arā hercei Iouis extinctū tradūt. Hinc Lucan⁹: Herceas monstrator ait: nō respicis aras: Hanc opinionē psequit poeta. sed et illā prelibat: vt suo loco dicet. D. Forsitan et priami. Bono cōpendio vtit: vt vltro suggerat: qd interrogari poterat. Debebat ei eo tpe qd omnib⁹ quietē destinauerat: vti breuitate. Exponit igit quomō sāguine aras foedauerat. o Vrbis vbi captę. D. Cū iā nihil eēt reliquū de vrbe regiaq; sua: nullaq; animo spes restaret: statuit sapiens: & forti animo ex qcunq; morte captiuitatem fugere. p Mediū hostē. S. Hypallage. i. in mediis ędib⁹. Nam si mediis legeris: nō stat versus nisi elisio. s. vt inter se coisse viros: et decernere ferro. Recte aūt non armat priamū: nisi in extremis periculis. q Arma c. D. nō vt peteret victoriam: sed vt in armis positus viriliter accūberet. Ponit autē & hominē & arma inutilia: qniam ipse senex iam diu arma nō sumpserat. Vñ illa rubigine cōtabuerāt & inutilia erant. r Aeuo. S. non timore. s Circūdat. S. nō enim apte coherēt: sz onerī sūt. t Humeris. C. Optime meminit hui⁹ mēbri. Nā superiora vt galea illis sustinent: iferiora: vt lorica & sicaab illis pendēt. v Inutile. S. ipse inutil. Nam ferrū de his est q a coiūctis sumit epitheta: vt venenū. x Moriturus. C. eo cōsilio: vt morte seruitutem fugeret. y Sub axe. S. sub diuo quod impluuiū dicitur. Axis aūt est plaustrū septemtionale: aut pars septemtrionis: aut spūs q mūdus mouet: vt docet Lucā⁹. C. Sub n. a. id est sub diuo. Tunc eñ sub diuo sumus. i. sub Ioue: hoc est sub aere: qñ nulla re tegimur: in domib⁹ autem sunt impluuia: id est loca quedā detecta: p quę & pluuię: & reliqua huiuscemodi descendūt: Ibi igitur erat laur⁹. Axis proprie in cœlo est linea imaginata: q ab vno ad alterū polum per mediū cœlū dirigitur: ad similitudinē axis: qui est in curru: qui per ipm mediū a rota ad rotā ptingit. Diuidit aūt cœlū in coum: axem: cradines conuexa: polos: clymata & hemispheria. z Veterrima. S. Vsurpatū est. Ergo hoc tantū vti licet: si necesse sit. a Penates arę. C. in q erant penates. b Hecuba. C. Priami vxor fuit: & filia Aetionis Thebani regis: vt supra ostendimus. c Ne quicq. S. aut fm epicureos: aut ppter vim bellicam. d Altaria. S. Superum sunt: arę ifero rum: Ara αποτησαρχα grece dicit: id est a precibus. Vnde contra impcatio καταρα dicit. e Columbę. C. optime comparat huic animali: quod timidissimū ē: et velociter cōgregatimq; volat foeminas in vnū ex timore velociter congregatas: quę cū diu p ędes errassent: huc tandem cōuenere. f Iuuenilib⁹. S. Atqui sua erant & vetusta: sed iuuenilibus. i. q iuuenib⁹: et non senibus cōueniunt. Vnde paulo p⁹ ait. His telis: qsi diceret: q nō tibi: sed iuuenib⁹ quadrant. g Dira. S. modo pprie dira enim est deorū ira: ergo q mens dira. i. infusa ex deorū ira. h His telis. D. armis. Auctorē mortis qrit: nō amentiā: sz sapientia: vt morte captiuitatē fugiat. Ergo sapientissim⁹ poeta decorū in hoc rege suauit: dedit & conuenientē naturam merito et reginę & vxori. i Ruis. S. aut festinas: aut incedis seniliter. C. Ruis: sine ratiōe pperas. k Meus. C. Nō sine ingenti dolore hui⁹ memit. l Hęc ara. C. Complexio est. nā quicquid euenerit meli⁹ ē q sic ruere. Arā hanc dicūt fuisse Iouis Hercei: q erat in pluuio domus: p vndiq septum esset parietib⁹ a grca significatione. Nam ἕρκος septum significa: Vnde ara Hercea dicta sit: siue Iouis fuerit: siue qm sub lauro erat potius Apollinis. m Ore. S. abundat. n Recepit. D. Quā imbecillis esset. ex eo appetet q mulier anus eū ab icoepto se vocauit. o Ecce āt elap. D. Voluit mori Priam⁹. Vetuit vxor: at casus attulit sibi qd cupiebat. p Vulnere. S. bonū Schema vuln' pro telo. q Cū sanguine. S. ex opinione eoꝝ: q san

guinē sedem vitę voluīt: Alibí eos q̄ ip̄m sanguinē vitā volunt: vt purpureā vomit ille aīam. r Hic. S. tūc. D. Hic priam⁹ voluit fortūa: vt mors polytę eēt in ɔſpectu ſuo: vt inde ſua mors orietur. s Media. S. manifeſta.
t Nō tñ ab. C. Oſtendit q̄ntū poſſit amor natorꝝ: cū tm̄ poſſit mœror mortis illius: vt ſuę ſalutis oino obliuiſcat̄.
v Nec voci irę q̄. C. declarat modū futurę orationis.
x At tibi p ſce. C. Oratio pathetica initium ſemp habet abrupta. Et vt plurimū multa animo voluit ꝑturbatus: & tandē ad cōcluſionem intra ſe puenire: tum demū in exclamationē prūpit. Sic Terentianus Phędria: cū multa tacitus de amica aio voluiſſet a cōcluſione prūpit. Quid nā igit̄ faciam? Sic Iuno. Me ne incœpto deſiſtere victam. ergo & Priam⁹ abrupte. y Si q̄ eſt. S. Epicureę: Vł deſpat: quia apud arā reſpicit cędem. DO. Dii ſi qua. Pn̄tes ad quorū ſe ſuffragiū cōtulerat: & ſi eſt in cœlo aliq̄ pietas: q̄ nefaria cōmiſſa vindicet. z Curet. S. vlciſcatur.
a Grates. S. mediū eſt vt p̄miū. b Qui nati. D. Non culpat pyrrhum q̄ occiderit: ſed q̄ cędem in cōſpectu paternū reſeruauerit. Nam ſtulte erpꝛhenderet: q̄ iure belli licebat. c Cernere. S. de ſpectaculo: non de morte conq̄rit̄. d Funere. S. cadauere. Funus enī iā eſt ardēs cadauer: q̄d dū portat̄ exeq̄s dicim⁹. Crematū reliquias & buſtū. Conditū iam ſepultum. e In hoſte. SER. aut Archaiſmos ē pro in hoſtem aut in hoſte: cū hoſtem gereret: cū ipſe hoſtis eſſet.
e At non ille ſatū. D. Conat̄ priuare eum omi gloria et nobili genere: q̄ non ſit filius Achillis: q̄d probat: q̄ in ſe non ſeruauerat iura que ſeruauerat Achilles. C. At non ille. Exemplū a contrario: f Iura fidem q̄. S. quia quod Homer⁹ mutat et celat ꝑpter turpitudinem Achillis: dicitur Priamus duce Mercurio ingreſſus Achillis tentorium eum excitatū rogaſſe: quem dormientē poſſꝫ occidere: Iura vero quod a rege rogabatur. g Reddidit. corpus. DO. Quod iniuſte retinuiſſet. Sola enim anima debet̄ hoſti: Corpus autem: quoniā in nullius eſt poteſtate dimittit̄ ſepulturę. Reddidit ergo: quoniam contra humanitatis iura id tenebat. h Hectoreum. CRI. quaſi diceret: q̄uis hoſtis illi fuiſſet potentiſſimus: et mihi excellentior filius q̄ polytes. i Remiſit. SER. quia comitatus vſq̄ ad Troiā eſt. k Sic fatus. DO. Eſt deſiderium manifeſtū morꝭ tis: q̄ poſt contumeliā eſſet armis iuuenē ſenex ꝑuocet.

Hic priam⁹ (quanq̄ in media iā morte tenet̄)
Non tamen abſtinuit: nec voci irę q̄ pepercit.
At tibi pro ſcelere exclamat: pro talibus auſis
Dii (ſi qua eſt cœlo pietas: quę talia curet)
Perſoluant grates dignas: & premia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Feciſti: & patrios fedaſti funere vultus.
At non ille ſatum: quo te mentiris Achilles
Talis in hoſte fuit priamo: ſed iura fidem q̄
Supplicis erubuit: corpus q̄ exangue ſepulcro
Reddidit hectoreū: me q̄ in mea regna remiſit.
Sic fatus ſenior: telum q̄ imbelle ſine ictu
Coniecit: rauco quod protinus ęre repulſum:
Et ſummo clipei nequicq̄ā vmbōne pepēdit.
Cui pyrrhus referens ergo hęc: & nūcius ibis
pelide genitori: illi mea triſtia facta:
Degenerem q̄ neoptolemum narrare memēto.
Nunc morere: hoc dicēs altaria ad ip̄a tremētē
Traxit: & in multō lapſantē ſanguine nati:
Implicuit q̄ comam lęua: dextra q̄ coruſcum
Extulit: ac latri capulo tenus abdidit enſem.

l Tellū q̄ imbelle. D. Confirmat quod dixit inutile ferrū: ſcilicet nō ictu. probat hūeris tremētib⁹ euo. m Nequicq̄: SERVI. non. n Vmbone. CRISTOFE. Hęc pars medio in ſcuto eſt: quę turgeſcit: atq̄ eminet: ſic dicta: q̄ vmbilicus: id eſt medium ſit ſcuti. Stat acceleres vaſto metuenda vmbone ferarum. Excutiēs ſtabula.
o Pependit. DO. Stulte dicunt non poſſe pendere quod repellitur. p Cui Pyrrhus. CR. Duo ſunt genera dicendi a moribus potius q̄ ab arte prouenientia. Maturum vnum & graue: in quo omnia cum conſilio & ſedatę: & nil ex concitatione animi: aut perturbatione efferim⁹: quale: Cicero. Craſſo tribuit. Alterum ardēs et erectū: & infenſum cui ardor & impetus animi potius q̄ conſiliū imperat q̄ſi Anthonium vſum dicunt. At Virgilius. cui⁹ ingeniū diuinū: & ad omnia ita flectitur: vt pro qualitate perſonarum rerum: & temporum ſtilum variet. modo hoc: mō illo: vt naturā hoim exprimat: vt ē Aeneę ergo & latino ex ceteris: quos ſapientes in ducit graue attribuit: vt ibi. O pręſtans animi iuuenis: quantum ipſe feroci virtute exuperās: tāto me impenſius equū eſt cōſulere: ipſe tibi. Titano & Pyrrho: et ſi q alii ſunt qui furore potius q̄ ratione dicātur inſenſum attribuit: vt hic. Sic alibi haud talia dudum dicta dabas morere: & fratrē ne deſere frater. Item En agros: & quā bello troiā ne petiſti heſperiā metire iacens:
q Referēs. SERVIVS. Sacraiſmos ē: Iocus cū amaritudie: vt: En agros ꝛc. Aſtiſmos autem eſt vrbanitas ſine iracuudia vt Atq̄ idem iūgat vulpes & mulgeat hyrcos.
r Altaria. SER. Vnde ſpectabat auxilium.
s Traxit. CRI. Pathos a modo non em̄ duxit. Et miram facit auxeſim. Crudele enim fuit regem per comam trahere: crudelius in nati ſanguine prouoluere: crudeliſſimum necare.
t Coruſcum. SER. Si ornatum gemmis caput regis accipis. Senſus eſt. Sublato capite gladium in vagina recondit: quę lateri ſemp cohęret. Si vero coruſcū gladiū lateri Priami infixū: accipe & per ſilentiū caput poſtea eſſe ſublatum. v Finis. S. Omnia nomina inania ſimplicia a verbo nō venientia in nis. ſyllaba terminata maſculina ſunt. In anima propter canis. Simplicia propter bipennis: a verbo nō venientia ꝑpter finis dictum eſt. Ergo

recte Iuuenal: ad terram tremulo descendūt clune puellę. Horati⁹: nō recte: Quod pulchredunes. x Sorte. S. fatali necessitate. y Troiam incensam. S. propter Ilium. u Videntē. C. locus tractus e Tusculanis Tullii. Et ex Tragedia vetusti poetę. Hec oia vidi inflāmari. Priamo vt vitā euitari: Iouis aram sanguine turpari.

Hec finis priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit: troiam incensam & plapsa videntē
Pergama: tot quondā populis terrisq superbū
Regnatorem asię: iacet ingens littore truncus:
Au ulsūq humeris caput: & sie nomine corp⁹.

Ita narrat mortem Priami: vt modo tangat opinionē illoq qui volunt illum casuz ad hercēā arā: mō illoq: qui aiunt ipm a Pyrrho tractū ad sygeum: vbi erat sepulchrum Achillis: Et ibi in littore amputato capite. interfectum. d littore trun. SER. Pompei⁹ tangit historiam. Q. dixit littore: tangit id qd in Pacuuii tragedia continetur: nec recte sensit Donatus littus eē locum ante aram a littando dictum. Nam litto primam breuem habet. littus vero longam. e Sine nomine. SER. sine agnitiōe.

a Pergama. S. que Troianę arces sunt Sed κατ᾽ ἐξοχὴν omes arces pgama dicunt: vt cum poetam dicim⁹: intelligimus Virgiliū. b Asię. S. quia imperauerat Phrygię et Mydonię. c Iacet in. lit. truc⁹ C



f Seuus.SER. quia eſt bon⁹:vt lętuſq́ꝫ parctus horror ſit. CRI. Sęuus: Inuictu Aneeę animum oſtendit:ſed et pium:qui ſuo periculo nunq́ꝫ mot⁹ omnia extrema pro patrię defenſione adiit.
g Exalantem. S. ſecundum eos qui animā ventum volunt:vt: Atq́ꝫ in ventos vita receſſit. CRI. Exalantem. Secundum Anaximenem : qui dicebat vitam ſpiritu contineri.
h Direpta. S. pro diripienda. pticipiū p pticipio.
i Copia. S. Notadū de exercitu numero dixiſſe ſingulari : quum copias de exercitu numero plurali dicamus. Vt: Saluſtius Memorare poſſē qui h⁹ in locis maximas hoſtiū copias po. Ro. parua manu fuderit. Copia vero aliarum rerum eſt.
k Ad terram miſere. C. CR. Nam qui validiores erāt ſaltu ſe dimiſere: qui vero vulneribus confecti igni ſe aduoluebāt. Omnia autem ſunt ad laudē Aneeę: qui non prius pugnare deſtitit: q̄ꝫ ſe ab oībus relictū animaduertit.
l Cum mihi ſe non SERVIVS. Ordo eſt: Cum michi ſe vidēdam oculis otulit: nō ante tā clara. CRISTOFERVS Cum mihi ſe non ante ꝛc̄ In noſtris allegoriis oſtēdimus: Quęre in hoc loco de habitu diuino: et q̄lis eſt apparet Aneeę. Alibi vero ſub habitu mortali. Eſtq́ꝫ hui⁹ rei ſenſus pfundus: quē ibi repies
m In luce refulſit. SERVIVS. In nymbo: qui cum numinibus ſemper eſt.

Ꝙ At me tū primū ſeuus circumſtetit horror:
Obſtupui: ſubijt chari genitoris imago:
Vt regem equeuum crudeli vulnere vidi
g Vitam exalantē: ſubiit deſerta Creuſa:
Et direpta domus: & parui caſus Iuli
Reſpitio: & quę ſit me circum copia luſtro:
Deſeruere omnes defeſſi: & corpora ſaltu
k Ad terram miſere: aut ignibus ęgra dedere.
Iamq́ꝫ adeo ſup vnus eram: cum limina veſtę
Seruantē: & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio: dant clara incendia lucem
Erranti: paſſimq́ꝫ oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob pergama teucros:
Et Danaum pœnas: & deſerti coniugis iras
Permetuēs: troię: & patrię cōmunis erynnis:
Abdiderat ſe ſe: atq́ꝫ aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo: ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam: & ſceleratas ſumere pœnas:
Scilicet hęc ſparthā incoluis: patriaſq́ꝫ mycenas
Aſpiciet: partoq́ꝫ ibit regina triumpho:
Coniugiumq́ꝫ: domūq́ꝫ. patres: natoſq́ꝫ videbit.
Iliadum turba: & phrygiis comitata miniſtris:
Occiderit ferro priamus: troia arſerit igni:
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus:
Nō ita: nanq́ꝫ: & ſi nullū memorabile nomē
Fœminea in pœna eſt: nec h̄ꝫ victoria laudē:
Extinxiſſe nephas: tn̄ & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas: animūq́ꝫ expleſſe iuuabit.
Vltricis famę: & cineres ſaciaſſe meorum.
Talia iactabam: & furiata mente ferebar:
l Cum mihi ſe: nō an̄ oculis tam clara: videdā
Obtulit: & pura per noctē in luce refulſit
m Alma parens: confeſſa deam: qualiſq́ꝫ videri
n Cęlicolis: & quanta ſolet dextraq́ꝫ prehenſum

m Alma. CRI. Epithēton conuenientiſſimum Veneri cuncta animātia: gignendo omnia genera alit. Sic Lucretius. Aeneadum genitrix hominū diuumq́ꝫ voluptas alma venus.
n Dextera: q́ꝫ prehenſum SERVIVS Ea corporis parte qua helenę ictum minabar: quę in templo veſtę ſtabat ornata: Vt enim in primo diximus: aliquos hinc verſus conſtat eſſe ſublatos: nec imerito: Nam & turpe eſt viro forti contra fœminam iraſci. & contrarium eſt Helenam in domo Priami fuiſſe hilarē quę in ſexto dicit: quia in domo in venta eſt Deiphobi: poſtq́ꝫ e ſumma arce vocauerat argiuos: Hinc autem verſus eſſe ſudlatos. Veneris verba declarant dicentis. Non tibi tyndaridis facies inuiſa. o Roſeo SERVIVS. pulchro: perpetuum epitheton veneris.

Continuit: roseoq; hęc insuper addidit ore.
Nate quis indomitas tãtus furor excitat iras?
Quid furis? aut q̊ nã nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies: vbi fessum etate parentẽ
Liqueris anchisen: superet cõiunx ne Creusa?
Ascaniusq; puer? quos oms vndiq; graię
Circum errant acies: & ni mea cura resistat:
Iam flammę tulerint: inimic⁹ et hauserit ensis.
Non tibi tyndaridis facies inuisa lacęnę.
Culpatus ve paris: verum inclementia diuum
Has euertit opes: sternitq; a culmine troiam.
Aspice: nanq; omnẽ que nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi & humida circũ
Caligat nubem eripiam: tu ne qua parentis
Iussa time: neu preceptis parere recusa.
Hic vbi disiectas moles, auulsaq; saxis,
Saxa vides: mixtoq; vndantẽ puluere fumum
Neptunus muros: magnoq; emota tridenti

o Insuꝑ. SER. Super quod continuerat. p Indomitas. S. Magnas. q Quid furis. S. Furor enim est: virum fortem ruere in mulierem.
r Nostri. SER. Genitiuus pluralis est. Facit autẽ se vnã de familia Aeneę: s Puer. S. filius. Horatius. Dicam et lauden puerosq; ledę. t Hauserit. S. percusserit: vt. lat⁹ haurit apertum aut vorauerit. v Non tibi tindaridis. S. declarant hęc verba versus illos esse sublatos. Tyndarides: Ita de Helẽa dicit: vt de hercule Amphitryonides. Nã de Leda et Ioue nati sũt Helẽa et pollux: De Tyndaro & Clytemnestra Castor q solus mortalis fuit Sed Pollux secũ partitus est immortalitatẽ de Helenę aũt immediate appa ret: Nam frẽs cum argonautis profecti sunt: quorum filii cum Thebanis dimicauerunt. deinde nepotes cum troianis. ergo nõ durasset Helena ꝑ tot secula nisi immortal' fuisset. Non est error prius a Theseo rapta in ęgypto protheo cõmendata est.
x Lacęna. S. a laconia ꝓuintia. Ee est minor deriuatio ꝓricipalitate: q̊d rarum est. y Aspice: S. de Homero tractũ qui inducit Mineruã ꝑstantẽ ista Diomedi. C. Aspice. Simile est in quarto Homeri: vbi pallas ait Diomedi. αχλυν δ'αυτοι απο οφθαλμων ελον η πριν επηεν οφρ ευ γινωσκης ημεν θεον ηδε και ανδρα
z Obducta. S. suꝑ i ducta. a Oẽs nu eri. S: Ordo ẽ Oẽs ti. nubẽ eripiã quę humida circum caligat: & hebetat mortales vis⁹ tuẽti: dr̃ ãt nebula orta de terris obesse nr̃is obtutib⁹ Vnde aquila: qa supra nebulas est: plus videt. Vel quia ignorantes visum venereũ dicuntur videre nũina. vñ nũc merito p⁹ veneris abscessum numĩa vidisse dr̃ Aeneas C. Oẽs nubẽ eripiã. Est sententia Platonici Porphirii: qui ĩquit latet omne venenum: Tamen anima: cum ab officiis corporis paululum libera ẽ. Interdũ aspicit. nõnunq; intendit aciem. nec tamen ꝑuenit: & cũ aspicit: tamen non libero: sed directo lumine videt: sed interiecto velamie: quod nexus naturę caligantis obducit. Hoc in natura esse: Virgili⁹ (teste Macrobio) his versib⁹ asserit hoc velamen cũ in quiete ad veram vsq; aciem animę: vt introspiciat admittet de cornu credit. Cuius natura est: vt tenuatũ visui sit peruium. Cum aũt a vero hębetat ac repellit obtutum: tunc ebur putatur: cuius corpus ob densitatem ne tenuatum quidẽ visum admittit. Hoc Maro per geminas somni portas exprimit:
b Ne. S. ꝓhibentis est & imperatiuuo iungitur:
c Neptunnum. SER. Aiunt Neptunnũ cum Apolline Troię fabricatũ esse muros: verũ constat Laomedontẽ his diis certam voluisse pecuniã ad sacra facienda: q̃ deinde transtulit ad fabricam murorũ. Vnde dii fecisse muros: & offensi esse dicunt. Facit autem eos opera sua euertere. Nam Iuno portarũ dea ẽ. Portã eni lumĩs na scẽtibus prębet: Minerua arces ꝯdidi, tvt: Pallas q̃s condidit arces ipsa colat: Neptunno autem fundamenta sunt consecrata: cui⁹ arbitrio mouentur: Vnde ενοσιχθων. dicitur: id est terram mouens aquę concussione: vt terremotus ꝯtinet opiniones.
DONATVS. Neptunnus. cum deos inimicos Troianis enũerasset: ponit Iouem.

CRISTOFE. Neptunnus a nando dicitur latine: quia vis aquea est: Et quoniam ab aqua nobis potus prouenit apud grecos: ποσιδαων quia potũ det appellatur. Venus est e filiis Saturni. Fingitur enim Saturnus omes filios vorasse: excoeptis his quattuor Ioue Neptunno: Iunone & Plutone: Hi quattuor sunt elementa: Iuppiter. ęther. Iuno. aer. Neptunnus aqua. Pluto terra. Ergo Saturnus: id est tempus: qui cętera omĩa apud nos generata: consumit ipsa elementa: ex q̄bus reliqua componuntur. non ꝯsumit. Sed ipã assidua mutuaq; trãsmutatione: vt nihil tñ inde pereat: alia in aliud immutantur.

Hec physice ſm. vero hiſtoriam Saturni regis filius fuit:et quoniã in diuiſione regni ſibi inſule obuenerunt: deus maris puta tur. Diodorus ait: Neptunnũ primum ea que ad nauigandũ pertinẽt inueniſſe: a Saturno huiuſmõi rebus prefectum. Et primũ equum domuiſſe: & precepta equeſtris artis prebuiſſe: ex eoqꝫ hyppum eſſe nomiatum. Appellatur ꝑterea Ennoſigeus et Ennoſichthon: quoniã terram quatiat mare ϛυνοτισ enim concuſſio eſt: terra aũt χθον & γχιχ dicit. Credĩt enim terremotus: aquis gigni: qua propter Theſſali: vt ait Herodot⁹: dicũt olim flumina: que in Theſſaliã cadunt exitũ non habuiſſe: proptereaqꝫ regionem omnem illam ſtagnũ fuiſſe: ſed deinde Neptunnum illis viam aperuiſſe. Hoc iccirco fingũt q̃niam terremotu montes qui hactenus ſibiinuicẽ coniuncti ex:tum fluminis denegabãt: diuulſi viam aquis ꝑbuerũt. Fundamenta autẽ quatere inducitur a poeta. Quia illi ſacra ſunt: nec id temere: Nam architecti cum ſolidũ in iacendis fundamentis non reperiant: ad quam vſqꝫ illa dimittũt.
d Tridenti. S. omnia in ns. exeuntia: aut ꝑcipia ſunt: aut noia: Sed ꝑcipia ſi ſint: ablm̃: & in e: & in i mittũt pro noſtro arbitrio. Iuuenal. Nec ardenti decoxit aheno. Cõtra: Sempqꝫ ardẽte camino. Si vero noia fuerint in e. tantũmõ exeunt. Si aũt eadẽ ſint & noia & ꝑcipia: vt amãs: quum noia fuerint omimõ i emittũt: quũ ꝑcipia licenter vtimur: q̃ qꝫ tridẽsẽ nomẽ: tridẽte dꝫ dicere. Sꝫ nouitatẽ affectauit: nulla cogente neceſſitate. Sane in noibus q̃ et ꝑpria eſſe pñt. E i appellatiua: vt liberalis. fœlix. Iuuenalis: gentilis: a ꝑprio in e exit ab appellatiuo in i.
e Iuno. C. eſt hec dea portis iccirco ꝑpoſita: q: ipa Lucina eſt: que infantib⁹ exitum in lucem prebet. Quia autem portis per quas eſt ingreſſus ꝑerat: kalende qꝫ menſium illi erãt ſacre: quia ingreſſus ſunt menſium.
f Furens. S. iraſcens.
g Tritonia pallas. S: Duo anthonomaſia ſine noie ꝑprio. C. Pallas: q: nata ẽ e vertice Iouis: arcib⁹ ꝑeſt. q̃ vrbis ſunt vertices: vel quia bellicoſa dea eſt. Vł potius quia ſapiẽtia potiusqꝫ corpis vires tutelam prebet vrbi.
h Nymbo. S. nube diuina. Alii ſimbo legũt: Et eſt pars veſtis extrema: que inſtita dicitur. Horatius. Quarum ſub ſita talos tegit inſtita veſte.
i Ipſe pater. SER. qui omnibus vnus eſſe conſueuit: rex Iuppiter omibus idẽ. Ergo honeſta cauſa fugiendi eſt Aenee. DO. Ipſe pater. quaſi qui nos contra alios: cũ maioris ſit poteſtatis: defendere debuit: ergo hoc deſtituti auxilio cum ſimus: cedendum eſt nobis. CRIST. Ipſe. Emphaſis: quaſi qui omnibus equus eſſe debet: & tunc eſt pater. ſcilicet hominũ et deorum. Vel quia pater: ſcꝫ meus quod oſtendit preter omnia eſſe dolendum.
k Secundas. SER: Nam et in Troianis fuerunt: ſed nõ proſpere. l Eripe. SER. Raptum fac. DO. Eripe nate fugã. quia ſciebat nõ facile poſſe ſuaderi fugã Aeneę: iccirco dixerat: tu ne qua parentis iuſſa time: neu preceptis parere recuſa. Quapropter cedẽdum erat cum quo poteſt omnia: & fauere debebat cõtrarius eſſet. CRI. Eripe fugam. Non enim fugã viro forti perſuaſiſſet: niſi prius omnem defendendi ſpem excluſiſſet. Quis enim audeat cõtra tales deos? Verum ex his verſibus grauiſſima elicitur per allegoriam ſententia.

Fundamẽta quatit: totãqꝫ a ſedibus vrbem
Eruit: hic Iuno ſceas ſeuiſſima portas
prima tenet: ſociumqꝫ furens a nauibus agmẽ
Ferro accincta vocat.
Iam ſummas arces tritonia reſpice pallas
Inſedit nymbo effulgens: & gorgone ſeua.
Ipſe pater Danais animos vireſqꝫ ſecundas
Sufficit: ipſe deos in dardana ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam: finemqꝫ impone labori.
Nuſqꝫ abero: & tutũ patrio te limine ſiſtam.
Dixerat & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris.
Apparent dire facies: inimicaqꝫ troie
Numina magna deum.
Tum vero omẽ mihi viſum conſulere in ignes
Ilium: & ex imo verti neptunia troia
Ac veluti ſummis antiquã in montibus ornũ
Cum ferro acciſam crebriſqꝫ bipennib⁹ inſtãt
Eruere agricole certatim: illa vſqꝫ minatur:
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta ſupremũ
Congemuit: traxitqꝫ iugis auulſa ruinam.

m Nuſqꝫ abero. SER: Neceſſariũ erat illi numinis auxilium: ſi tenent danai quia defigit ignis. DO Nuſqꝫ abero. Nam ſine ſuo auxilio cum eſſet flãmis teliſqꝫ hoſtilibus circũdatus: quomodo fugere potuiſſet.
n Limine. SER. in limine. o Siſtam. C. plus eſt q̃ ſi dicat ponã. Nam ſiſtere eſt ita collocare: vt non facile inde detrudari queat.
p Apparent dire facies SER. Secundum Matheſim poſt abſcenſum Veneris dira dicuntur apparuiſſe numina: cuius preſentes radii interuenientes ante reticos temperans. q Tum vero. SER. Nam antea & ab hectore audierat: & pſe viderat euerti troiam ſed non omnẽ. CR. Tum vero. Nã & ſi ante in ſummo periculo rem eſſe putarem: tamen cũ tunc cõtra nos alia numĩa ſtare viderem iudicaui ita eſſe in igne Troia: vt nulla vi eripi poſſet: ex comparatione autem circumciſe arboris nititur oſtendere: niſi undiqꝫ & a diis & ab hominibus oppugnata fuiſſet illam expugnari non potuiſſet.
r Ferro & bipen. SER. Tantologia eſt. r Eruere SER. pro deiicere. Et eſt acyrologia.
s Minatur. SER. Aut eminet: aut mouetur.
t Ruinam. SER. aliarum arborum.



❡Descendo: ac ducēte deo flāmā int̄ & hostes
Expedior: dant tela locum: flāmęq; recedunt.
Ast ubi iam patrię puentū ad limīa sedis
Antiqsq; domos: genitor quē tollere in altos

y Deo. SER. secundū eos qui dicūt vtriusq; sexus participationis habere numina. Caluus: Pollentemq; deū Venerē. Itē Virgi. Nec dextrę erranti deus abfuit: cum aut Iuno: aut a lecto fuerit. Est etiam in Cypro Barbatę Veneris simulacrum. GRIST. Ducente deo: Recte Seruius. Adde etiā ex Macrobio q simulacrum illud barbatum veste tamē muliebrē habebat. Et sceptrum virile qua eandem marem ac foeminam putarent. Aristophanes quoq; Poeta Aphroditon illam in masculino genere appellat: Et Leuinus ait; Venerē igit̄ almū adorans siue foemina: siue mas est: ita vti alma nocticula. Philochorus eandē putat esse lunam: Illiq; sacrificare viros veste muliebri. Et mulieres veste virili: q & mas estimetur & foemina. Varro autem affirmat sub regibus apud Romanos nullum venerę neq; grecum: neq; latinum nomen fuisse.

x Flammam inter & hostes expedior. DONATVS. Debuit hoc pręstare Venus: & quia mater: & quia dixerat: Nusq; abero.

y Antiquas domos. SER. Caras. aliud pendet ex alio:

Optabam primū montes: primumq; petebā:
Abnegat excisa vitam producere troia,
Exiliumq; pati: vos o quibus integer eui
Sanguis ait: solideq; suo stant robore vires:
Vos agitate fugam.
Me si celicolę voluissent ducere vitam:
Has mihi seruassent sedes: satis vna superq;
Vidimus excidia: & captę superauimus vrbi.
Sic o sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortē inveniam: miserebit hostis.
Exuuiasq; petet: facilis iactura sepulcri est.
Iam pridem inuisus diuis et inutilis annos
Demoror: ex quo me diuū pr̄ atq; hoīm rex
Fulminis afflauit uentis: & contigit igni.
Talia perstabat memorans: fixusq; manebat.
Nos contra effusi lachrymis: cōiunxq; creusa

Nihil enim interest carum dicas: an caritatis causam: Domos autem ambitiose dixit.

z Primum. SER. id est precipuum:

a Exiliumq;. CRIS. quod apud mortales ita durum videtur: vt mors illi videatur p̄ferenda: presertim seni: qui omīa meliora desperat. b Vos o. SER. Obliqua oratio est: Nam aperte quidem hoc agit: vt relinquatur: latenter vero aliud per quod nimia Aeneę ostēditur pietas: q̄ nec iustis causis mouetur: vt patrem relinq̄nt.

c Integer eui sanguis SER. plenam ętatem significat ex sanguine: qui non est integer: nisi in iuuenibus. Naȝ dicūt Physici minui sanguinē p ętatem. Vnde in senibus tremor est. CR. Integer sanguis alit. Quoniā inanimatū corporibus calor semp agit i humore: ipm q; veluti suū pabulū absumit: percat aial necesse est nisi assiduo alimēto restaurent corpora. Hoc igitur q̄d sumimus alimentum: quarto intra nos decoquitur. Primo ī stomacho. Secūdo ī epate. Tertia autē decoctio fit cordis: epatisq; opera: ac postremo perficitur. quarto invenis. Appellant q; in huiusmōi totū decoctū tum chilum: tū chimū: quod per venas discurrēs in id membrū conuertit: cui adheret & restaurat: quod inde ex calore perierat. Et quāuis vniuersa hęc res ex quattuor constat humoribus sanguie: pituita: bili: & atrabili: tamē quia sanguis in illa maior nobiliorq; pars extitit: sanguis appellatur. Hic quia pollentior calidiorq; in iuuenili ętate est reddit iuuenum corpora robustiora. Nam vires sunt ex neruis: q nisi calore iuuent debiliores redduntur. Est igit in ea ętate integer: nec dū p ętatē imminut⁹: In senib⁹ vero contra.

d Solidę: CRISTO: nulla ex pte diminuto.

e Suo roborę. S. i. proprie sine alterius auxilio quo eget Anchises. f Cęlicolę. S ad q̊s nr̄a ptinet vita: vt haud credo iuisus cęlestib⁹ aras: Vital carpis: et nos iuuenē exanimū: et nil iā cęlestib⁹ vllis Debētē. Et igne⁹ ē ollis vigor & cęlestib⁹ origo. Anima em̄ coeli pars est vmbra inferorum. Ideo ergo nō posuit generale deorū nomen: & addidit coelestibus: ne crederent inferni dii. qui datores vitę nō sunt. D. Me si cęlicolę. Aperta coniectura me inuisum superis. C. Me si cęlicolę: quasi nō videant velle eos viuere: quib⁹ adunāt ea qbus cōmode viuere possint. Est āt oro que nō caret indignatione: & ex obliq̊ imputat mortē suā diis: q̊d nō ex rōne: sed ex pturbatōe facit. g Satis superq;. S. ad augmentū supq; addit. Est autem Temesis. Sane sciendū est esse aliqua que augmentū non recipiunt: ne minus significent: vt satis perfectus. Nam querit: vtrū perfectius possit facere: ne incipiat pfectus minus significare. DO. Satis vna. Scęlus est patriā vidisse: & dolor immensus: q adhuc post eius interitū viuim⁹: et adhuc de viuendo cogitam⁹ h Vna excidia. S. Sub laomedonte vnū excidiū viderat: sȝ emphaticos dixit excidia. C. Vna excidia. Ex licentia poetica vtitur plurali ī ea significatiōe quā singularem esse vult: cum & vnū dicat: & in singlari inueniat excidium: sed redditur nescio: quomō maior ipsa oratio.

i Sic o sic positū affati dis. corp⁹ ꝛc. S. Sēsus talis est. p̄state vos mihi funebre soatiū: id est affamini me vt dici mortuis solet: Vale: vale: vale: Vnde. Et magna supmū voce ciemus. mortē aūt ego manu hostis inueniā. Nam hic ordo ē. Ego inueniā māu hostis mortē ille miserebit & petet exuuias:

k Corpus. D. Non dixit viuū hominē: sed corpus scilicet eius. qui non viuendi: sed moriendi cupidus esset.

l Ipse manu mortē. D: Rn̄det omnib⁹ que pn̄t obiici. m Miserebit S. dixit affectu eius: qui cupiebat interimi: vt eū hostis q̄i miserat⁹ occideret: Sic in octauo mr̄ Euryali: Aut tu sūme pr̄ diuū miserere tuo q̄ inuisū hoc detrude caput sb̄ tartara tello. n Exuuiasq; pe. S. quasi obiectio: sȝ expoliatū linq̄t cadauer: & responsio. o Facil iact. sepul. S. Aut fm epicureos: qui dicūt nil sup esse p⁹ mortē: aut facil sepulturę natura ē: quā pt ruina p̄stare. p Annos demoror. S. q̄si festinātes diu viuendo detineo.

q Fulmīs affl. vē. et. c. i. S. Tria sunt fulminū genera. Est q̊d afflat: q̊d incēdit: q̊d scīdit. De hoc āt siluit: fulmīat⁹ ē anchises qa se cū venere cōcubuisse iactabat. C. Ventis fulmis. Nā si ict⁹ fuisset fulmine perisset ptin⁹. Verū vēto fuit pcussus. De q̄ re et de oī genere fulmīe alio loco scripsim⁹. r Fix⁹. D. Immobil sentētia. s Nos cōtra: S. Prepositiōes l aduerbia ī a exeūtia nō pducūt vltimā lr̄am: excepto puta et ita. Quia apud Enniū et Pacuuim breuia sūt. Hic ē q etiā nūero₂ noīa īdecliabilia a pducūt vt trigita magnos voluēdis mēsib⁹ orbes. Alia vero q̄ declinant: breuia sunt secūdū rōnem noīm in a exeūtiū. D: Nos ꝯtra. q; fuga eēt sola petēda: & sine ipa fuga nō erat. orabam⁹: ne vniuersā domū dū negat se fugiturū pderet: Ergo oīa ex illi⁹ volūtate pēdebāt. C. Nos cōtra: Nihil ex his p̄termissnm: a qb⁹ ad fugā capiendā psuaderi potuit: Nā nō debuit ęneas ī eā despatōeȝ deduci: vt reiecto fugę pposito īdūbitatā mortē rueret: nisi pri⁹ oīa tentasset: qb⁹ prēm quē relinq̄re nephas putabat ī sniam suā traducere (posset.

t Omnisq domus. S. modo familia: vel domicilium interdum reuera domus. v Mortem opto. SER. Contra fatorum vim: & matris auxilium. x Mene. SER. probate pietatis filium. Nam pronomia habet vi sua nonnunquam & emphasim: vt cantando tu illum. D. Mene Inuidiosa dictio: sed que plena esset pietatis: & ex affatu religioso perfecta. Habet autem grauissimum pondus in pronominibus me & te: me scilicet filium tuum: cuius pietatem officia: & religionemque optime comprobasti. Te. qui sis pater meus: et probe nostri quid patres liberis ac patribus liberi debeant. Te qui senectute & morbo grauis sit: & quem ita relinquere sit scelus hoc tempore: & hoc loco: vbi hostes sint & flamma. potuisti ergo loqui quod me faceret parricidam. CRIS. Mene efferre. Obiurgatio in parentem asperrima est. sed tamen ita circumspecta: vt non sit impia. Efferre pedem. Plus est quam si dicat discedere. Nam possumus e domo pedem proferre. & tamen non alio migrare. Habet autem vim maximam me et te. Me scilicet filium parenti deditissimum: Et te scilicet talem tantumque patrem: & cui omnia debeo: ergo nephas est quod dixisti. Vos agitate fugam. Conuincit igitur parentem: sed non tamen omni excusatione priuare illum debuit. Ita que non dixit tantum nephas extulisti: quod potuit fuisse premeditati hominis: sed dixit: excidit: quod non a ratione: sed a casu est. Nam dicimus: excidere verbo: cum impremeditata ex ore profluunt. Vt sit sententia non hoc dixisses: si rem diligentius considerasses. y Posse. SER. Plus est quam velle. z Excidit. S. Beneexcusat patrem dicendo excidit: & non potest: quia non precedit nomen: a Si nihil. DONA. Artificiosa oratio: Nam causa interitus oim & exemplo ostendit affuturum: qui filium nepotemque in suo conspectu interimat: cum iam ea crudelitate vsus in polyte sit: qui nunquam patrem intereperturus sit nisi prius ceso filio. Hoc erat alma parens: ostendit materna beneficia couertit in perniciem. CRIS. Si nihil ex tanta. cum non possit: illum proprio suo periculo conatur mouebat periculo totius familie: Nam senum est magis suorum po

Ascaniusque omnisque domus: neuertere secum.
Cuncta pater: fatoque vrgenti incumbere vellet.
Abnegat: inceptoque & sedibus heret in iisdem.
Rursus in arma feror: mortemque miserrimus opto.
Nam quod consilium: aut que iam fortuna dabatur?
Mene efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti? tantumque nephas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui:
Et sedet hoc animo: perituraeque addere troie
Teque tuosque iuuat: patet isti ianua leto.
Iamque aderit multo priami de sanguine pyrrhus:
Natum ante ora patris: patrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat alma parens: quod me per tela per ignes
Eripis: vt mediis hostem in penetralibus: vtque
Ascaniumque patremque meum: iuxtaque creusam:
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam.
Arma viri ferte arma: vocat lux vltima victos
Reddite me danais: sinite instaurata reuisam
Prelia: nunque omnes hodie moriemur inulti:
Hinc ferro accingor rursus: clypeoque sinistram
Insertabam aptans: meque extra tecta ferebam.

steritati quam sibiipsis consulere. b Natum ante ora pa. SER. his rebus terret eum qui non potest mortem timere. c Obtruncat. SER. obtruncare consueuit. d Cernam. DO. Ad omnia pertinet: et propterea non semel accipiendum est. e Arma viri ferte ar. S. Notant hoc critici quia sepius armari aliquis dicit: cum exarmatos nusquam ostendat: qui nesciunt non omia a poeta. vt supra diximus dici debere: Nam & diem describit nocte non premissa. Superflue enim dicuntur ea que necesse est fieri. Quis ei domum ingressus non arma depoat. D. Arma &c. Coabatur flectere patrem in suam sententiam: cum filii periculum cerneret. e Vocat lux &c. Do. vt intelligat non sumi arma ad salutem: sed ad mortem. Nec inde aliud sperari quam aliquis vltionem. f Reddite me Danais. SER. Quibus me subtrahit mater. g Instaurata. CRS. pro restaurata: vel que greci iam deficientibus nobis restaurunt: vel instaurata: i. instaurabilia: que ego meo aduentu restaurabo. h Moriemur. C. Ostendit se proficisci ad certam mortem: vt incuteret terrorem patri: sed tamen ostendit fortitudinem animi cum non morietur inultus. i Hinc ferro &c. D. Quoniam ne his qui dictus mortuus erat. C. Hinc ferro. non enim deposuerat arma quibus corpus tegebat: vt est lorica. et similia: sed quam facile esset & deponere et resumere. k Insertabam. CR. Vehementer inferebam: nam plura lora sunt in scuto: in quibus manus brachiumque inseritur. l Ferebam. CRRISTO. ferre volebam Sed ipsa coniunx se mihi in limine opponens: pedes amplectens detinebat: & herebat mihi: id est non discedebat me: Et quoniam non potuisset vincere: viribus voluit flectere misericordia: ostendendo filium: cuius salutem prodere videbatur. Captat autem misericordiam ab etate: Nam ducitur Pathos ab infantia: vt infantumque anime flentes in limine primo. A pueritia: vt Infoelix puer: atque impar congressus achilli. A iuuentute: vt Impositique rogo iuuenes ante ora parentum. A senecta: vt: Danai miserere senecte. Et hic: Cui pater. Item a sexu foeminco.

m Patri. D. non dixit mihi: sed patri: vt si maritũ non flecteret saltem patrium affectum moueret. n Tendebat. S. offerebat. o Si periturus. S. Argumentũ dilemma i. il est complexio q̃ aduersariũ ab vtraq; pte cõcludit: p Cui paruus. S. Et interrogat et epitheto cõmẽdat ętatẽ. q Quondã tua dicta. S. quõdã aut aliqñ: & quasi nunc nõ sit q̃ relinquit: vel qndã. i. semp. Sic in Georg. Vt quondã in stipulis magnus sine virib⁹ ignis: Et ẽ sensus: quã semp cõiugẽ nõ nominasti. habet em̃ quęuis noĩari nõ nisi nobilis. C. Quõdã dicta q̃si dicat priuabor hoc honore: ne dicar ampli⁹ tua cõiunx r Vociferãs. D. Non solũ verbis: verum etiã gẽitu oñdẽs. C. Vociferare ẽ elata voce nõ mõ indignitiõem: sed etiã dolorẽ: vt hic oñdere: aliqñ etiã vehemẽter clamare.

s Cum subitum. D. Talis est locus iste qualis ẽ. Talia iactanti stridẽs aqlone procella. Item. Hęc dũ Dardanio Aeneę mirãda vident zc. Item Talia fundebat lachrymãs lõgoq; sciebat incassum fletus. Nam incerta & insperata innectit: non expectans verbosum finẽ.

Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Herebat: paruumq; patri tendebat iulum.
Si periturus abis: & nos rape in omnia tecũ.
Sin aliquã expert⁹ sumptis spem ponis in armis:
Hãc primũ tutare domũ: cui pu⁹ iulus:
Cui pater & cõiunx quõdã tua dicta relinqr:
Talia vociferãs gemitu tectũ omne replebat.
Tum subitũ dictuq; oritur mirabile mõstrũ.
Nanq; man⁹ inter mœstorũ q; ora parentũ
Ecce leuis summo de vertice visus iuli
Fundere lumen apex: tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas: & circũ tẽpa pasci.
Nos pauidi trepidare metu crinẽq; flagrantẽ
Excutere: & sanctos restringere fontib⁹ ignes.
At pater anchises oculos ad sydera letus
Extulit: & coelo palmas cum voce tetendit
Iuppiter omnipotens pcibus si flecteris vllis:
Aspice nos: hoc tantũ & si pietate meremur.

t Mirabile. D. Nam fiebant multa contra naturam: vt flamma quę tangebat ea non vreret.
t Monstrum. SERVI. τουεσον est a mõstrãdo dictũ: & refertur ad pręsens eius significatio: Prodigium autem est: quod in longum tempus prodigit significationem.

v Inter. S: mutauit accẽtũ cum sit postposita. Significat aũt aliqñ per: Fuit inter manus parentum: id est inter complexus. nõ enim portatum dicemus eo tempore: qui post septem annos: & venatus est: & pugnauit. x Fundere lumen apex zc. SER. Proprie dicitur in summo fluminis pileo virga lanata: id est cuius extrẽitati modica lana ẽ: q̃ primũ cõstat apud Albã Ascaniũ constituisse: modo p sũmitate pilei intelligim⁹. Tangit autẽ latenter historiam: hocq; de igne ad Seruiũ Tullum pertinet. Nam cũ otriculanam vrbem cœpisset: Tarquinius prisc⁹ ex serua domi natus est Serui⁹ tullus: cui dormienti flamma caput corripuit: quam cum vellet restringere Tanaquil regis: vxor augurium perita, phibuit. flãma p̃o puerũ cũ somno deseruit: vñ intellexit eũ clarum fore. Lucem: Perite dixit & non vt in septimo: Tum fumida lumine fulno: nam & illic splendor cum fumo est: qui sp causa lachymarũ est. In Ascanio autẽ solus ostendit splendor.
y Flamma. CRI. Ex historia Seruii Tullii sexti regis Romanorum eduxit: de qua Plinius in historia naturali sic ait: Tarquino prisco regnante tradũt repente in foco apparuisse genitale: ex cinere masculini sexus: eamq; quę ibi insederat: Tanaquillis reginę ancillam Ocrestam captiuam consurrexisse grauidam: vnde Seruius Tullus natus est: cui deinde in regia accubanti caput ardere visum est: creditusq; laris familiaris filius. ob id Compitalia ludos laribus primus instituit.

z Pasci. SER: crescere. Vt sacrũ tibi pascere crinen. Ponit autem historice infinita pro indicatiuis. CSIS. Pasci. Voluit naturã ignis exprimere: Solet enim flamma vbi nutrimentũ deficit in aliam partem more pascentium pecudum desilire. Vel dixit ex opinione egyptiorum & Persarũ: qui ignem aĩal existimant: quod quacunq; re pasca tur: atq; saturũ vna cum depasta re interire. Quapropter cum Cambises Persarũ rex cadauer amasię regis e mõumẽtis eductum vri iussisset: & per sas offendit: qui ignem deum cum putent inquinare cadaueribus lege vetentur: & ęgyptios qui cadauera ita nephas ab animali attingi putẽt: vt ea cõdiant ne a vermib⁹ corrodantur.

a Sanctos. SER: non quos tunc sciebant sctõs sed postea pbarunt: CR: Sanctus secundum Trebatium: aliquãdo sacrũ & religiosum est: aliquãdo castum & purum: ergo hic sanctos quia cęlitus sunt. sacros dicemus sic ibi. Tu quoq; o sanctissima vates pręsia venturi: Nã & vates & deo plena et sacerdos. In secũda significatiõe ẽ ibi: Sancta ad vos anima atq; istius inscia culpę. Item tu q; o sanctissima conunix felix morte tua: id est incorrupta & casta.
b Pater anchises. DO. apud quem celestiũ rerum scientia erat. CR. Anchises vates habitus est. Hinc Ennius doctusq; Anchisesq; ven⁹ quẽ pulchra dearum fari donauit diuinũ pectus habere. Et Neuius in libro tertio belli punici. Sic postq; auem aspexit in templo Anchisa sacra im mẽsa pẽatiũ ordie ponũtur imolabat aureã victimã. pulchram. c Oculos ad. S. Cõtra opinionẽ Theocriti: qui cęcatum eum fuisse commemorat
d Si flecteris. S. Aut secundum Stoicos qui fati asserũt necessitatem: aut secundũ Epicureos: qui dicunt deos nõ curare humana. CRIST. Si flecteris. addubitat: an flectatur: quoniam parentũ ciuium p̃cibus non sit hacten⁹ flexus. Vel expone vt Seruius.
e Aspice. SERVIVS. Nam intuentes dii iuuant. Vnde est atq; oculos rutilorum reiicit aruis. & contra, Diua solo fixos oculos auersa tenebat.

Da deinde auxiliū pater: atq̄ hęc omīa firma.
Vix ea fatus erat senior; subitoq̄ fragore
Intonuit leuū: & de cœlo lapsa per vmbras:
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labente culmina tecti
Cernimus idęa clarā se condere sylua.
Signantemq̄ vias: tum longo limite sulcus
Dat lucem: & late circū loca sulphure fumāt.

f Omīa firma. S. nā nō sufficit Romano more vnum vidisse augurium nisi firmet ex simili. Nā ex dissimilib⁹ posterioribus dissoluuntur priora: vnde est: Quantū chaonias aquila veniente colūbas: nam ea illis plus pt. C. Firma: petebant enim augures: cū nō esset satis vnū vidisse: vt alio augurio confirmarent: aspiciebant enī orientē: & q̄ videbant a septētriōe: quę pars mundi supior est, psoera e: fausta putabāt. At illa pseua est ait Dionysius g Vix ea fatus erat. DONATVS Ostendit ex hoc magnū Anchisę meritum. h Intonuit leuū. SER. Leuū prosperum est: quia cęleste. Sinistrū aūt q̄ntū ad auguria a sinendo est: qd vos agere aliqd sinat. C. Leuū ergo psperum quia septētriōale Si flecteris addubitat anflectat. qm̄ pectiū ciuiū pcib⁹ nō sit hacten⁹ flexus. vl' expone. vt Serui⁹ Intonuit leuum. Etrusci cœlum insedecim partes diuiserūt. ex quib⁹ octo ab exortu: sinistras totidē econtrario dexteras nuncupauere. Hinc oīa flumina lęua apud latinos habentur pspera: quoniā leua mūdi pars est ortus: vt Plinius oñdit. Et Cice. in libro de diuinatiōe secundo. Optimum auspitium habebat apud Romāos sinistrū: Gręcis autē & barbaris dextra videbant auspicatiora: vt Ayax apud Hōerū ait. Prospera Iuppit his dextris fulgoribus dedit. i Stella. C. non stella sed vapor ignitus. k Facem. S. lumen quod vtiq̄ ex facib⁹ nascitur. l Multa cum luce. S. secundū theologicam rōem q̄ asserit flammarū tract⁹ nymbū esse descēdentis nūinis. Alibi secūdū Physicā: vt vento impendēte videb flāmarū lōgas a tergo albescere tractus.

m Cum luce. SER Ostendit claros scyntillę relictę: significant in variis locis remansuros.

n Idęa. S. Per quod significat Troianos apud Aeneam congregatos peritur⁹ idam. CRISTFRVS. Ida mons in Phrygia est sic appellata a teucro qui de Creta venit: quoniam in ea insula mons Ida est.

o Longo limite. SES Errorem per sulcum longū maris ęquor arandum pręsignificat. C. Longo limite. Limes vię sunt: quę ex transuerso per agros ferunt: nā limis transuersus est. Hinc Terentius. Limis oculis dixit: q ex obliq aspiceret: Hinc limites agrorū termini dicunt: hinc est limen: q ex transuerso in rama ponatur.

p Sulphure fu. SER. diuini ignis odor est: ex fumo mors Anchisę ostendit. CRI. Sulphuris ignem diuinum putabant: Hinc greci sulphur θειον vocant.



Hic vero victus genitor se tollit in auras.
Affaturq; deos:& sanctum sydus adorat.
Iamiã nulla mora ẽ:sequor:& q̃ ducitis adsum.
Dij patrij seruate domum:seruate nepotem.
Vestrũ hoc auguriũ:vestroq; in numĩe troia ẽ.
Cedo equidẽ:nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille:& iam per mœnia clarior ignis
Auditur:propiusq; estus incendia voluũt.
Ergo age care pater ceruici imponere nostre.
Ipse sub ibo humeris:nec me labor iste grauabit:
Quo res cunq; cadẽt:vnũ & cõe periclũ.
Vna salus ambobus erit:mihi paruus Iulus
Sit comes:& longe seruet vestigia coniunx.
Vos famuli que dicam animis aduertite vr̃is.
Est vrbe egressis tumulus:templũq; vetustũ
Deserte cereris:iuxtaq; antiqua cupressus:
Religione patrum mltos seruata per annos
Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape sacra mãu:patriosq; penates.

q Victus. S. a suo ꝓposito discedens. r Se tollit. S. Augurũ verbũ:qui viso augurio surgebant ex templo. s Sequor et q̃ ducitis ad sum. D. primũ ẽ ducere: secũdũ sequi: sed ordinato sensu corrigit̃:vt sit: Qua me ducitis sequor. t Seruate nepotẽ. CRI. Nam veluti vates ad hunc ꝑuenturũ imperiũ prenouerat. v Vestrum hoc augurium. D. Quia vestrũ est auguriũ: vestrum est tueri, quod agimus. x Vestroq; i numĩe. S. in vobis habeo Troiam. y Cedo quidẽ. S. q. d. & si mortuus sim. D. Cedo. s. potioribus. z Comes. S. tm̃ ad solatiũ itineris. Nã moriturus erat. C Comes differt a socio. Socius em̃ dicit̃ a socco: qui calceus est vtriq; pedi aptus: Socii autẽ in aliqua re dicunt̃ q̃ ita pares sunt: vt in eo in q̃ sũt socii: alter altero maior miorue nõ sit. Comes aũt in eo in q̃ est comes minor est: etiam si dignitate: aut fortuna in ceteris maior sit. quapropter Cicero in orõne ad Cesarem ꝓ restituto Marcello: Marcellũ ip̃m socium sibi: et comitẽ appellat socium: quia mlta pariter in repub. egerãt. Comitẽ: q: consul cũ dignitate p̃iret: multa ab illo adiumẽta assecutus est: itaq; cum Anchises ducatũ hui⁹ exercitus relinquat Aenee. Proptereaq; ille ĩ hoc maior sit: non dat se socium sed comitem. a Etiam. SER. s. dũ negat: dum ostenduntur auspicia. b Propiusq;. C. a prope ꝓpior & ꝓpi⁹ est: ita vt in secũda syllaba non sit. r qñ ãt ẽ. nõ comparatm̃ sed positiuũ proprius a. um. habet u. et in secunda. c Aestus. C. proprie est exundatio aq̃: cũ feruet in Aheno: propterea capitur pro calore: hinc estas: quia calida sit. Sic etiam cum vento impulsa in mari exultat aqua: dicitur ille fluctus estus: q̃uis feruor absit. Et q̃niam ita in aere fluctuãt: voluũturq; flamme vt in mari aque: ꝓpterea dixit estus: id est ille flãmarũ fluctuatiões voluũt ꝑ aerẽ incendia: id est ignes ab ipsis incensis edifitijs. d Ergo age. S. Age aduerbium hortantis ẽ: adeo vt sepe plurali iũgat̃: vt Age facite hoc. D. Ergo age. Nã cũ impetrassem paternũ assensum ꝙ difficillimũ fuit: arripui subitam occasionem: & omibus difficultatibus q̃s obiicere potuisset Anchises: occurrit.: Nam se illũ senẽ: & impeditũ laturũ pollicet̃: et omia cõia ipsi⁹ futura oñdit: q̃a nusq̃ illũ deseret: Et ne q̃rat: q̃d de filio: et de vxore faciat. Iuuabo (inquit) filiũ auxilio dextre: & vxor vestigia mea sectabitur. Q̃d ꝟo ait: Solus Iulus sit comes: & lõge seruet ve. con. Fuit cõsiliũ: vt tutior fieret fuga. Nã si p̃res fuissent cõgregati: nõ facile latuisset. e Ceruici. S. Ceruix in singulari nũero collũ: in p̃lali superbiã significat. CRI. Ceruix. Posterior pars colli: vt anterior gula incipit ab occipitio: estq; ex septẽ ossibus orbiculatim vertebratis: vt caput: quacunq; velit facile se vertat: Vñ qui inflexibili animo sunt: dure ceruicis dicunt̃. dicta est ceruix: q̃ ꝑ eã cerebrũ ad medullã spine dirigit̃ quasi cerebri via. Ceruicẽ vt ait: Quĩtilian⁹: prim⁹ Hortẽsi⁹ ĩ singulari dixit: ĩ vtroq; tñ nũero & ꝑ mẽbro & ꝑ superbia ponit̃. Cicero in vatiniũ. Inflato collo tumidis ceruicibus intulisti. Et Cato: Si caput aut ceruices dolent: locio caldo lauatio. Et Cornelius: Septem vertebre in cerebro sunt. f Et lõge seruet vesti. S. valde. vt tybernia que lõge hostia. Nã lõge nõ põt q: seq̃t̃. Pone subit cõiũx Et bene ire singulos facit. scit em̃ m̃ltitudinẽ facile posse comprehendi. f Seruet. SER Autẽ custodiat: vt. Et tantas seruabat filia sedes: vel seruantem ripas. g Vrbe. S. Ablatiuũ dat: Sic Horatius: Egressum magna me excepit aritia Roma. Salust: Accusatiuum dat. Rure egressa suos fines. gati. h Tumulus. SER. Nũc terra tumens: alias sepulcrum. Recte autem turbatis dat p̃la precepta. Scit enim esse timoris comitẽ obliuionem. i Deserte cereris. S. Optime ponit̃ hui⁹ dee tẽplũ ante vrbem: Nam ẽ dea rusticorum: Librate aũt cereris templum & vetustũ dixit. Nã illuc vt putabãt hostes nõ erat virg aditus. et Aeneas sciebat esse prophanatũ: nec prg de spe duci hostes poterant. Deserte. an a sacerdote: qui ĩ sexto iducitur: extinctus vt cererisq; sacrũ polibetẽ. An ꝓpt̃ decẽnalẽ obsidionẽ: An a filia deserte: vt. Nec reperita se qui curet ꝓserpina matrẽ k Religione. S. timore. Sic Teren. Nam mihi nihil esse religio est dicere. i. timor: & est reciprocum. Vnde Virgili. cõtra: Multosq; metu seruata per annos. connexa enim sunt timor et religio. Statius. Primus in orbe deos fecit timor. l Tu genitor cape. SER. Non dat: sed hortat̃. Nam ipse ait: sibi nephas esse tangere: cũ sit cede pollutus. Scit e igrecos ex pollutione Palladii piaculum cõmisisse. C. Tu genitor. Cũ essẽt sacrificaturi. suꝑ his vno flũine abluebat̃: Persi⁹. Hec sancte vt poscas tyberino gurgite mergas. Mane c. bis, terq;: & noc. f. l. p. Obseruat vbiq; Virgi. vt hic. Itẽ post caiete sepulturã ad eam partem appellit: per quã fluuius Tyberinus ameno verticibus rapidis: &. m. f. harena in mare prorumpit Euandrumq; per Tybrim petit: vt Herculis sacris ablutus interesse possit. Et Iuno nõ tm̃ in Italiã venisse dolet: q̃ ꝙ optato potiũt̃ tybridis aluo: q̃ flumine purificatus posset etiam illam placare: quod numine volebat. Cum autem sacrificabant inferis aspergi fac erat. Ergo Dido. Dic corpus properet f. sp. l. Item Sparserat & latices. s. f. a. Item idem. Ter soc. p. c. vn. spargens rore leui. Item occupat Aeneas aditum corpusq; recenti spargit aqua.

Me bello ex tanto digressum et cede recẽti
Attrectare nephas: donec me flumine viuo
Abluero.
Hec fatus latos humeros: subiectaq; colla:
Veste super fuluiq; insternor pelle leonis.
Succedoq; oneri. dextre se paruus iulus
Implicuit: sequiturq; patrẽ nõ passibus equis.
pone subit cõiunx: ferimur per opaca locorũ:
Et me quem dudũ nõ vlla iniecta mouebant
Tela: neq; aduerso glomerati ex agmine grai.
Nunc omnes terrent aure: sonus excitat omis.
Suspensũ et pariter comitiq; onerique timentẽ.
Iamq; propinquabã portis: omnẽq; videbar
Euasisse viam: subito cum creber ad aures
Visus adesse pedũ sonitus: genitorq; p vmbrã,
prospiciẽs: nate exclamat: fuge nate propiqnt.
Ardentes clypeos: atq; æra micantia cerno.
Hic mihi nescio qd trepido male numẽ amicũ
Confusam eripuit mentẽ: nanque auia cursu
Dum sequor: & nota excedo regione viarum:
Heu misero coniunx fato ne erepta creusa
Substitit. errauit ne uia: seu lassa resedit
Incertum: nec post oculis est reddita nostris
Nec prius amissam respexi: animũq; reflexi:
Quã tumulũ antique cereris: sedẽq; sacratã
Venimus: hic demũ collectis omnibus vna
Defuit: et comites natumq; virumq; fefellit.

m Viuo. S. Semper fluẽti. i. naturali: vt. viuoq; sedilia saxo. Est autẽ augurale verbũ. n Latos. S. Aut more heroum se laudat. Aut sternendo latos facit. o Pelle. C. in brutis pellis dicitur: in homie cutis. vnde Iuue. Et durã p cute pellẽ. Et Hora. Incu re curãda pl⁹ e. o. i. patriosq; penates. ex illorum opinioe: qui penates deos putabant patrios. Hinc paulo supra diq; patrii seruate domũ p Succedo oneri. S. figura est. q Implicuit. S. Puerilem expressit timorem. C. Nam pueri timẽtes non solũ manibus apprehendunt. sed toti adhęrent. D. Implicuit. Exprimit causã & factũ: nã puer patris fugientis equare passus nõ poterat. Exprimit etiam laborem suum: q in tãta celeritate patrem ferret filiũ trahẽret. r Ferimur. C. ex hoc loco celerior ĩgressus ostenditur. s Opaca: S. nã dixerat Arborib⁹q; obtecta recessit. Est aũt: hęc elocutio vt Strata via rũ. CR. Opaca. vł ppter vmbras arborũ: q̃ essẽt ĩ viridariis: vł ppter vmbrã nocturnã: facit autem rẽ verisimilem: nam quomodo hostes: qb⁹ plena vrbs erat fefellisset: nisi iter faceret per loca nuda ędificiis ex quo cessabant ignes: & omnia erant opaca. Nec hostes versebãtur: vbi nõ essent ędificia. quia ibi nulla esset spes predę: dũ sui ipsius solũ curã haberet. t Et me. S. naturalia pl⁹ timet vir fortis: & nõ bellica arma. vñ sequit. Comitiq; onerique timentem. v Excitat. S. cõsternat subito.

x Suspensum. C. anxiũ de salute aliorũ.
y Comitiq; onerique tinẽtẽ. C. pathos a causa.
ʒ Iamq; pro. C. ad excusationẽ suã hęc pertinẽt. nam non oportuit eũ ita esse anxiũ de vxore: cũ ad tutiora loca peruenisset: diligentissime autem apud mulierem mortem vxoris excusat: ne ĩ illi⁹ odiũ ex hoc incurreret a Crebre/ad aures. SER. hysterologia est.
b Genitor. CRI. quia & minus occupatus: & in editiori loco erat. c Nate. SER. Singula pronuncianda sunt: quia perturbatis non datur iugis oratio.
d Propinquant. SER. non dicit qui propter sequentem decoribantibus œconomina.
e Ardẽtes clypeos. C. ex hoc fallebat Anchises: vt hostes crederet ĩseq. & ñ eẽ corybãtes figmẽtũ poetę ẽ mrem deorũ Cybellã miseratã exiliũ Creusę misisse corybantes ministros suos: q mulierem ad se traherent suã ministrã futurã. Sunt autem non nulli inter q̃s Lactantius est: qui dicant Corybãtes eosdẽ eẽ: & curetes. Et latine. lares familiares esse: dicũt etiã azanes apd archades a mõte azania. Serui⁹ scribit. Corybantes demones eẽ matris deũ mistros: Curetas aũt affirmat primos cultores cretę fuisse. Eusebi⁹ de pparatiõe euangelica: ponit hec noĩa: corybãtũ Baubõ: dyasaub: tripthalemũ Eumolpũ: & eubolcũ. Dio autẽ Sicul⁹ refert: Amazanas dixisse in Samotratia: corybantes a cybelle habitatores cõstitutos esse: et eos esse ei⁹ filios: ex quo autẽ patre sint in arcanis tradi alii dicunt curetas terra genitos Creatã post ydęos dactilos habitasse: dictosq; a cure. i. tonsura eosq; Iouẽ nutrisse: & a saltatione corybãtes nominatos r. Alii ab heroe: vł a monte curo curetas appellatos dicũt: aut a lõga veste: & oli ętholię habibitatores fuisse: nec desũt q scribant corybãtes mynerue: & solis filios fuisse: alii Saturni. Alii Iouis: & alopes: Alii ex Cabera Promethei filia ortos dicũt: & caberos dictos. Alii postremo eosdẽ putãt fuisse dactilos idęos: & centum a principio extitisse: vt Diod: & Stabo scribit. f Cerno. S. qui altius intuentur ęneę dãt. g Male amicũ. S. nã nõ cũ mea vtilitate fauerunt vxori illam in ministrã deorũ matris ad ducẽtes. D. Male amicũ. Amicũ nõ pt dici: quia nõ fuauit vniuersos. Nec rursus inimicũ: q: pstitit inimicũ. h Mentẽ. S. memoriã: vt paulopost: nec prius amissa respexit. C: Mẽtem. c. e. i. consuetudo eripuit i Auia. C. sine via. Auiaria aũt loca refertaauib⁹. k Fato ne erepta. S. ordo est fato erepta creusa substitit ne: erreauit neviã: nõ eĩ dubitat fato ne esset sublata: cũ audierit nõ hęc sine noie diuũ euentunt.
k Reddita. S. Nã postea vmbrã vidit nõ ipsã. l Nec prius respexit amissam. C. i. respiciẽdo aĩaduerto esse amissam: eratq; dignus venia: si nõ pri⁹ hęc cogitauit: q ad locũ tutũ veniret: quia in tanta properatiõe: & in tãtis periculis: etiã sui ipsius obliuisci posse videbat. m Vna de

fuit. C hoc arguit de industria a dea iussam rapi fuisse. Comites. quos cum tot essent difficile erat fallere. n Natū. S. qui maxime illam per ętatem debebat desiderare. CRI. natum: Nam filioli semper in matrem respicere solent.
o Virum. CRISTO. qui vnice diligebat: ergo vis quędā

Quem nō incusaui amēs: hominūq̄ deorūq̄:
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe:

superior contra quā irę hominis non possunt: eripuit.
p Amens. CRISTO. ex desiderio amisse coniugis excusat deorum incusationem: quoniam amens.
q Deorumq̄. SERVI. hypermeter versus. r Vidi crudelius. S. Bene se his versibus commendat futurus maritus.



s Valle recondo. SER. Ostenditur iā nimia multitudo.
t Ipse vrbem. DONA. ostēdit affectū primi matrimonii.
v Stat. SER. placet.

Ascaniū anchisēmq̄ patrē teucrosq̄ penates
Commendo sociis: et curua valle recondo.
Ipse vrbē repeto: et cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omnes: omnēq̄ reuerti
per troiam: & rursus caput obiectare periclis:
principio muros obscuraq̄ limina portę:
Qua gressum extulerā: repeto: et vestigia retro

x Obscura. SER. aut pro obscurā noctem: aut posticū intellige.
y Retro obseruata. S. scilicet relego mea vestigia.

z Lumine lustro. S. i. oculos circunfero. a Ipsa. S. que terrere nō debent: precipue inter hostes: sed vt dixi naturalibus tm̄ cedit. b Si forte. S. iteratio auget dubitationē. c Irruerant. S. quos venus cohibuerat. d Ilicet. S. cō festim: & ilico: sed metri necessitate variatur. C. Ilicet. Tractum autem inde est: nā sacerdos cū iā peractis sacris populum dimitteret: ad illū cōuersus dicebat. Ilicet. i. abire licet: statim popul⁹ abibat. e Fastigia. S. mō de summitate: alibi de imo: vt. Forsitan et scrobib⁹: qua sint fastigia queras. f Vēto. S. qui auget flāmas. g Priami. S. patris ei⁹. h Arcē. S. ne vel illuc confugisset. i Vacuis. S. Magnis. Nā illic erant oīa. k Asylo. S. templo: vn̄ nullus posset extrahi, dictū asylū q̄si asyrū: hoc nō erat i omnibus templis: in quibus cōsecrationis lege id esse concessum ē. Primo aūt apud Athenienses statutū ē ab Her. filiis: quos insequantur hi qui erant a patre oppressi: sicut docet i vii. Sta. Fama ē defessos atie post busta paterni nun isherculeos sedē fund. ie nepotes. Hoc Romulus imitat⁹ est. Vn̄ ē Quē Romulus acer, asylus retulit: & nō statuit. C. Asylo. Placet que dixit Seru⁹. Diod. siculus tm̄ scribit. Theseū seditione athenis pulsum apud hospitē mortuū esse athenienses: inde penitētia ducti: eius ossa retulerunt, & semideorū honores ei decreuerunt: tēplūq; Asylū cōstituerunt: atq; illud Theseū denominauerūt. Strabo Ephesi quoq; tēplum Asylum fuisse scribit: cui⁹ libertatis termini sepe sunt mutati. Alexander ad stadiū extendit Mithridati dimissa ab angulo cerami sagitta visū est paululū ipsum stadiū trāscedere. Antonius huic, p̄xime accessit: & cū eo termino vrbis partem cōprehendit. Postea Cesar. Augu. cū id dānosum existimaret: et multis malefaciē di causam esse putaret: id irritum fecit: nunc tm̄ intelligit de Asylo: quod Ilus troianus rex edificauerat. Dicit̄ aūt asylū quasi asyrū συρω em̄ grece significat traho. & a priuatiua ē: quia qui ad hunc locū cōfugerat: eū inde abstrahi nefas erat. l Phoenix. S. Achillis magistes. CRIS. huic cōsilia potius: q̄ vires semp tribuit Homer⁹ secut⁹: qui tāto plus cōsilio q̄ corporis robori tribuit. vt eū: & nō achillē. πτολιπορθον id est euersorē vrbis noiet. m Huc. S. p illuc. n Gaza. S. census liugua p̄sica. & caret p. n⁹ o Captiua ve. S. i. captiuorū. p Longo ordine. S. i. lōga multitudie. sic i. vii. vn̄ oēs longo or. poss̄. quū ordinē linquit q Voces iactare. S. nā in tenebris visus nō valebat: sed cōtrarie erāt latere cupienti. r Tectis. S. p tecta: antiptosis ē. s Infoelix. S. mihi & nō sibi. t Siulacrū: S. p̄simīa crū apotheosin oñdit: simlacra em̄ deo⁊ sūt. Vmbre iferorū: sic vlysses apud Homerū vmbrā herculis cernit. C. Simulacrū. Constat homo ex animo: & corpore: & vmbra. Anim⁹ supernus coelū repetit: in terrā cadit corpus: vmbra aūt: q̄ vt ait Lucreci⁹: est supra spoliatus luminis aer corpus insequitur. Quid ergo inferos petet: sed deprehēderunt philosophi esse simulacrū: quod ad nostri corporis effigiē factū inferos petat: id aūt species est corporea: que tāgi nō potest: sicut vetus hanc rē: & Homerus requirit viso Herculis simulacro apud iferos. v Maior. S. quia vmbra maior est corpore. C. maior: quia diuina potius q̄ humana esset. x Steterunt. C. correptiōe penultime sillabe per systolem: q̄ longa esse debuit celeritatem horroris expressit. y Hesit: C. retēta est. Sed de hoc verbo alibi.

Quid tm̄. S. Cōsolatio est: sequit̄ & diuinatio: q̄ animis a corpore liberatis datur. a Insano. S. magno: vt. Insani feriant sine littora fluctus. b Nō hec sine numine diuū. S: fati necessitatē: Nā vt ait Sta. Fata sunt: q̄ dii fantur: vel que indubitanter eueniunt. C. Nō hec sine numine diuū. Nihil validius ad consolationē obiicere potuit q̄ necessitatem: que cū omnē adimet spem, nos q̄ primū obdurare suadet. Est enim ipsa spes ingens tormētū mortalibus. Itaq; iure querit̄ a doctis mali ne an boni plus afferat hominibus spes: c Nec te hic comitem asportare creusā. S. carer scāsiōe. vnde multi demunt hinc: multi as. Si autem vis fide seruata scādere fit conuersio: vt eueniūt: nec te hic comitem: & scāditur per synalyphā aliter eclypsim: nec synalyphā. nec hyatum recipit. d Lōga tibi exilia. CRI. Iure illi diuinationem tribuit, que omnem mortalitatem exuta, immortalis sit effecta.

Obseruata sequor: per noctē et lumine lustro
Horror vbiq; animos simul ipsa silētia terrēt:
Inde domū si forte pedem si forte tulisset:
Me refero, irruerāt danai: & tectū oē tenebant:
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur: exuperant flāme: furit estus ad auras.
procedo ad priami sedes: arcemq; reuiso,
Et iam porticibus vacuis iunonis asylo
Custodes lecti phoenix & dyrus vlisses
predam adseruabāt, huc vndiq; troia gaza:
Incensis erepta adytis: mensęq; deorum:
Crateresq; auro solidi, captiua q̄ vestis,
Congeritur, pueri & pauide lōgo ordie matres
Stant circū: & tacitis implēt mugitibus aures,
Ausus quinetiam voces iactare per vmbrā
Impleui clamore vias: mœstusq; creusam
Nequicquā ingeminās iterūq; iterūq; vocaui,
Querenti & tectis vrbis sine fine furenti,
Infœlix simulacrū: atq; ipsius vmbra creuse
Visa mihi ante oculos: & nota maior imago
Obstupui: steterūtq; come & vox faucib⁹ hesit.
Quid tantum insano iuuat indulgere labori
O dulcis coniunx: non hec sine numine diuū
Eueniunt: nec te hinc comitē asportare creusam
Fas: haud ille sinit superi regnator olympi,
Longa tibi exilia: & vastū maris equor arādū,

Tum sic affari et curas his demere dictis:

Ad terrã hesperiã venies: vbi lydius arua
Inter opima uirũ leni fluit agmine tybris.
Illic res lętę: regnumq;: et regia coniunx
Parta tibi: lachrymas dilectę pelle creusę.
Nõ ego myrmidonũ sedes: dolopũue supbas
Aspitiam: aut graiis seruitũ matribus ibo
Dardanis: & diuę veneris nurus:
Sed me magna deũ genitrix his detinet oris.
Iamq; vale et nati serua cõmunis amorem.
Hec vbi dicta dedit: lachrymantẽ et multa volẽtẽ

e Arandum. S. Hoc dixit quia legimus: subtrahiturq; so lum. f Hesperiam. S. quia hic hyspania hesperia dicit Epitheto sequẽti italiã oñdit. g Lydi⁹. S. Tusc⁹. Nã Lydius et Tyrrhenus duo fratres fuerunt: q cũ ambos prouintia non ferret sortibus cõmiserunt. vt alter cum parte populi ad nouas sedes quęrendas exiret: euenit ergo Tyrrheno: q de suo nomine Thuscos tyrrhenos vocauit: lydia autem dicta est in qua frater remansit: vnde nunc lydius dixit. Tusci autẽ dicti sunt propter frequentiã sacrificiorum ab eo quod est. θυειν Ibi em̃ a tage est aurispicina reperta: Hinc Lucanus. Sed conditor artis finxerit ista tages. C. Lydi⁹ Tyrrhenos intelligit: quia a lydiis sũt horum ita meminit. Herodo Cũ qñq; Lydi famę opprimerent curauit eorũ rex Manus. vt altera die cibũ caperent: altera ludis q bus sunt obiectarentur intenti sine cibo degerent: sz cũ iã ad decimũ octauũ annũ i hac calamitate versarentur: constaretq; tãtã turbã a regione ali nõ posse bifariã diuisit populos rex. & illã partẽ: cui sorte: vt exiret euenit cũ Thyrrheno eius filio ad nouas sedes occupandas emisit. Venerũt ergo i italiam: & pulsis vmbris: vbi nũc sũt regnauere. Et se a nomine ducis Tyrrhenos appellauere. Lydia autẽ ipsas glebas habet. vnde aurũ dicitur. fuerũt priami. Lydi qui numismata aurea & argentea cuderũt: primiq; ludos talorũ: & pila in ea quam duxi difficultate inuenerunt virgines lydorũ vulgo prẽstantes dotes lucrantur. Hęc Herodo: Dyonisius vero halycarnaseus plures de Tyrrhenis refert opiniones. & ab aliis eos indigẽas putatos scribit: ab aliis aduenas: & qui indigenas putant aiũt Tyrrhenos dictos fuisse a Tyrrhis. Id em̃ eorum lingua ędes constructas: atq; densas: sic em̃ habitant significare volunt: q aduenas uolunt a Tyrrheno duce denominatos asserunt: hic ex ea lydia fuit: quę mœnia vocitata. Quitus a Ioue. nam hic deus rex ex tellure genuit. Mesuẽ primũ lydię regem: q ex Calliore Oceani filia Cotym suscœpit: ex Coty Asia: & Atis sũt. Atis autẽ Lydũ genuit. & Tyrrhenũ. Tyrrheno vero duce a lydis in italiam ventum: & imperiũ partum: & illi a ducis noĩe Tyrrheni dicti sunt. Alii dixerunt Herculis filiũ fuisse hunc Tyrrhenũ ex Omphale lyda: qui pulsis pelasgis ex parte septentrionali italię circa tybrim sedes posuerũt: Alii Telaphi filiũ fuisse Tyrrhenũ scribũt: pfectũq; in italiã post Troiam captã. Xanth⁹ autem lydius veteris hystorię scriptor: neq; huius in Italiã profectionis: neq; tyrrhenię: tanq; lydorum Colonię meminit: cũ humiliora multa cõmemorat. Sed dicit Atifilios fuisse lydũ: & Corebiũ: et ab altero lydos: & ab altero corebos populos esse nominatos. Hęc omnia apud Dyonisiũ sunt: qui thyrrhenos minime putat fuisse lydorũ colonos: cũ neq; eodẽ sermone: neq; iisdem diis: aut sacris vterẽt: Nec rursus iisdem studiis: aut legibus: sed cedit vocatos a grecis Tyrrhenos: siue ex habitatõe in thyrsibus: siue ab eorũ duce. Strabo autem assentitur his qui dicunt. Atii Herculis: & Omphales filio ifilios fuisse lydũ: et Tyrrhenũ: & ipsũ Tyrrhenum propter eã causam quã scribit Herodotus cũ parte populi in italiã venisse h Leni agmine. C. sic Ennius qui per amoenã vrbem leni fluit agmine tybris. i Partha. C. nã cum a fatis destinata sint parta iam dici possunt. k Lachrymas. S. quia captiua nõ sum: nõ au

tem quia habeas vxorem paratã. l Dilectę. C. q. d. q̃s uis me diligas: tñ pellendę sunt lachryme. m Serui tũ: S. vt seruiã: modus gerũdiuus est. n Dardanis. S. laus a maioribus. D. Dardanis laus cõmunis a genere. o Nurus. S. laus a cognatiõe. D. Veneris nurus. Laus ppria ipsius: Sum ergo liberata ab hominũ infirmorũ seruitute: & ei deę collocata: ex qua se ortos oẽs dii gloriant: & habitatio in locis originalibus. Magna ergo cõsolatio: qui vxorem neq; captiuã: neq; occisam inuenit: sed detentam voluntatẽ eius deę qua nulla est potior. p Magna: CRISTO. Nam μεγαλη a grecis dicitur. appellatur aũt ops Rhea berecinthia Cybele bonadea. Matrẽ Saturni eã fabulantur greci: hanc ginesiam vocant Phrygesillam mydę regis parentem asserunt: Romani Dryadem puellam fauni vxorem: nõnulli grecorum illã ex matribus liberi esse volũt: quã nec fari licet: vnde mulieres eius sacra colẽtes tabernacula virgineis intexunt ramis. Sacris nefas est viris adesse. Itaq; cũ istãt sacra ipe vir: siue ptor: siue cõsul sit: cunctiq; mores vna cõmigrant vxor magnifice domũ instruit: magna sacrorũ pars ibi noctu conficit ait Plutarchus in vita Cęsaris. Augu. aũt in libro secundo de ciuitate dei ait: Oblectabãur cœlestivirgini berecinthi. ante cuius lecticam die solenni lauatione eius talia p publicũ cantabãtur a nequissimis scenicis: qualia nec matrem ipsorũ scenicorum diceret audire: spectante & audiente vtriusq; sexus multitudine. De hac etiã ita refert. Diod. apud athlantios coelum quem ουρανον greci appellant olim regnasse hominesq; hactenus solivagos errantes invnum coegisse: & moribus: ac legibus informasse. frugumq;: & aliarũ vtiliũ rerum inuentorem fuisse: & q̃m syderum diligẽtissimus scrutator eẽt multa futura hominibus prędixisse: & annũ ad solis & mẽsem lunę reuolutionẽ instituisse: Quapropter cum e vita migrasset illum et diuinis honoribus prosecuti sunt: et perpetuũ regem putarunt: cœluq; de suo nomine appellarũt. Hic ex titea vxore quindecim filios creauit: quos a matre titanos appellant: habuit & filias quarum exellentes fuerunt Basylea. i. regina: & Rhea. Sed Basilea maior natu: quoniã fratres affectu materno educauit magna mater est nominata: & Cybele & Diudimene vocatur. Traditur tamen huius deę: & alia in phrygiam origo: dicitur em̃ vetustũ et lydię: & phrygię. Meonẽ ex Diudime vxore filiã suscœpisse: quam nutrire nolens exponendam in syluis curauit: quę diuinitus a pardis: & huiusce modi feris nutrita: a muliere pastoris inuẽta: domũq; ad ducta Cybele appellata est: mox iam adulta forma: modestia: ac prudentia excelluit. Nam ex pluribus calamis fistulam prima inuenit: & cymbala: & tympana ad ludos: & choreas: & contra pecudum: ac puerorum morbos salutaria remedia. Hęc fratris saturni vxor Iuuẽ Iunonem Neptũnum & Platonem genuit: dicta est deorũ mater: et datus currus et leões ad illum vincti: & corona turrita in capite. q His. S. in quibus colitur. r Iãq; vale. S. recedentis significatio est. Vnde de mortuis dicitur: vt salue maxime palla. Aeternũq; vale. s Nati cõmunis. D. Nã & illo potitur leuare vxoris amissionẽ: & etiã admonet propter nouercę suspitionẽ: vt magis indulgeat filio: ac propterea hoc nouissimũ collocauit: vt magis pectori infixũ relinqueret:

nõ tamẽ apertius hoc dixit:ne si aliter sentire videretur:re cessuri animũ lederet. t Serua. S. ꝓpter futurã nouercã: v Hecubi dicta. D. Ingratũ faciꝫ fuisset:nisi demõstrasset:& plura se fuisse dicturũ:& ad illius dicta responsurũ: ac diutius eam retenturũ nisi ipsa decessisset.

x Ter conatus. D. demonstrat proprie volentẽ amplecti:quod corporale non fuerat. Conatus ibi enim ponitur conatus:vbi effectus non sequitur. C. Ter conatus:locus ex Homero est. In Ide montibus vrbem Scepsim fuisse dicunt. in qua Aeneas regiam habuit:huc ex Troia fugiens venit cũ familia:& ad eũ breui conuenit ingens turba:at greci misso caduceatore iusserũt:vt cum omnibus prouincia cederet.

eos facile fallatũ ire. Si nõ possetꝫ illiꝫ sapiẽtia:& fortitudine exilii miserias facile posse mitigari. e Exilio. S. ad exiliũ: Nã. Dõatꝫ cõtra metrũ fecit dicẽs exilio. Nã ilion hꝫ primã lõgã. e Miserabile vulgꝫ. S. magnũ ẽ qd addidit vulgus. f Vndiqꝫ. C. ex omni ordine ciuitatis:& ex omni loco propter quod ostenditur magnã fuisse Aeneę auctoritatẽ:cũ oẽs in eo omnẽ spem reposuissent. g Parati. C. Nõ ergo venerãt cõsulaturi:sed illius cõsiliũ. veluti potioris accepturi: nec se solũ. sed opes suas comitebant:quod nõ fecissent:nisi probũ forte:ac sapientẽ ciuẽ cognouissent. Ideo dicit:collectã exilio:ostẽdẽs omnẽ spẽ defendendę vrbis deposuisse.

Dicere:deseruit:tenuesqꝫ recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Ter frustra cõprensa manus:effugit imago
Par leuibus ventis:volucriqꝫ simillima sono.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso.
Atqꝫ hic ingentem comitũ affluxisse nouorũ
Inuenio admirans numerũ.matresqꝫ:virosqꝫ
Collectam exilio pubẽ: miserabile vulgus:
Vndiqꝫ conuenere animis opibusqꝫ parati
In quascunqꝫ velim pelago deducere terras.
Iamqꝫ iugis summę surgebat lucifer idę.
Ducebatqꝫ diem:danaiqꝫ obsessa tenebant
Limina portarũ:nec spes opis vlla dabatur.
Cessi:et sublato mõtem genitore petiui.

y Effugit imago. S. teneri eñ nõ põt imago. Nam qd in sexto dixit. Da dexterã misero. auxiliũ significat. z Somno. S. Sic & Cice. Similimũ deo iudico:nam somni debuit dicere. a Demũ. S. nouissime. C. Sic demũ. s. Sic scilicet in multo mœrore: in multa anxietate:vel & patri exiliũ suaderet:& ꝑsuasum vna cum filio: & vxore: & reliqs comitibꝫ intutũ ꝑ tot ꝑicula educere:vt animaduersa coniugis amissiõe tamdiu:tam diligenter:cũ tanto periculo eã vbiqꝫ inquireret: Demũ. Ostẽdit cũ multa fecisset ꝑ eã noctẽ potuisse eã videri longã. Vel demũ q. d. post multos labores: tandẽ omĩs res in cassum rediit. b Cõsumpta. C. iccirco cõsumpta. quia nihil in ea perfecisset.

i Idę. S. Nam sic Troianis videt:sic alibi. Tibi deserit hesperꝫ oetã. Inde eñ vel oriri:vł occidere sydera dicimus:vnde vel videri:aut incipiũt: aut desinũt. D. Lucifer idę Noua descriptiõe vsus est diẽ nascẽtis: nã añ ipsum exoritur lucifer:hũc sequitur lux que diẽ plenũ confirmat. ergo nõ tanqꝫ nuntius venientis diei est: sed fidus certusqꝫ ꝑductor. C. Lucifer. Stella veneris lucidissima ẽ oĩm planetarꝫ: vt diximꝫ cũ de venere verba fecimus.

k Ducebatqꝫ diẽ S. qa lucis est preuius.

l Danaiqꝫ obsessa ꝛc. D. Hoc signũ erat illos potiꝫ tos esse victoria:& lux cõtraria saluti suę:& suorũ erat:ergo spoliatus omni spe. m Cessi. deest igitur DONATVS. Cessi veluti necessitate coactus per laocoõtis exitium:per diligentiam michi:que

c Ingentẽ numerũ. D. ꝑter eos:quos dimiserat inuenit aduenisse multos alios:hoc aũt dictũ ẽ:ne solus patriã deseruisse videatur. d Comitẽ afflu. C. nã ad eũ tanqꝫ ad fortissimũ sapiẽtissimũqꝫ ducẽ:et patrię amatorẽ cõfugerãt: vel ut tẽperãtes:si aliquod remediũ patrię afferri posset:ab

deos potius qꝫ grecos inimicos ostendit per incendium ex filii mei vertice per hortationẽ patris:& religiosas voces vxoris. Cessi. potioribus:neqꝫ debui nisi:qui totiens repugnantibus diis frustra certaui. n Montem. S. Idã. vt apparet in nono.

Finis secundi libri

Argumentum Virgilii in tertium Eneidos librum.

¶ post casum troię fabricata clade superstes
Vela dat Aeneas:vrbemqꝫ in littore thraces.
Mox aliam pulsus cretęis condidit oris.
Cedit et hinc. Helenũqꝫ videt:ꝑceptaqꝫ sumit
Aetneũ cyclopa fuit:sepelitqꝫ parentem.

Vel sic

Tertius et complet narrantis ordine gesta.

Que tertio eneidos libro cõtineantur.

¶ post euersa phrygũ regna fuga cœpta moueri
Vtqꝫ sit in thrace primo deuectus:ibiqꝫ

Mœnia condiderit: polydori cede piata:
Regis et hospitiũ: vt phœbi respõsa canebant:
Cœptũ iter in creten: rursus noua fata reperta.
Naufrag⁹ vt fuerit strophadas cõpulsus ad vn/
Inde fugam atq; iterũ enarrat precepta celenos
Liquerit vtq; helenũ pceptis ordine fatis (das
Supplicẽ achimeide polyphemo vrgẽti recepit:
Amissuq; patrẽ drepani: atq; hic deĩde qeuit.



Postquam res asiae SER. secundum interrogationē Didonis post insidias grecorum: & casus suorum. proprios errores narrat: quos pertulit an-teq; ad Affricam perueniret fuga sua hęc est relinquens Iliū idam tēdit: inde Antandrū: vrbē iuxta quā conditis nauigiis Thratiā tenuit: vbi Aenū condidit: hinc in Delū prodigiis ter ritus venit: a Delo autem errore patris circa auguria venit in Cretam: atq; inde peste fatigat⁹ ex respōso penatū venit ad Stropha-das. Inde peruectus ma-ritima gretię in epirū profe & Heleni hospitio susci-pit ab Epiro venit in Ca-labriam: illincq; aduentu Diomedis territus nauiga uit ad Scylā et carabdym quę Aetnę vicinę sūt: atq; circuita magna Sicilię par te: Drepanū venit: vbi secū dū poetā perdidit patrē. Inde venit ad Didonem. Postq;: Hac dictiōe sequē tia dictis cōnectuntur: vt postq; altos tetigit fluct⁹. Sic em dictis sequentia co pulantur. D. Narraturus errores suos optime incoepit recedendi de Troia necessita te: non tñ omittit excusationē suā: qua vult esse firmatū: nō tam grecis: sed diis aduersantibus ob nullā culpam pe riisse imperiū troię. Postq; res asię. Ponit quattuor diuersa preterita: quibus affligebatur: & totidem futura: vt spes acerba futurorum augeret mala preterita. Preterita sunt interitū iliensis imperii. Euersio familię Priami: quod ma xime dolet propter vxorē: quę filia priami fuit. CRISTO. Postq; res asię. Optimo artificio cōstitutū est: hoc principi um: Nam cum in longo sermone defessos esse oporteret auditores: ita incipit: vt omnia magna proponat. Nam & regnum Asię: & gentem priami: & superbū Ilium: veluti quędam magna pronunciat. Vnde captetur atentio. ex eo autē q ostendit de presentia misera esse. & spem futurorū multo miseriorem sibi sumā ex cōmiseratione beniuolen-tiam conciliat: Nā in terra aliena: & inimicę Iunoni ad di cta cōstitut⁹: & omniū rerū egenus se omi misericordia di gnū exhibere debebat. b Res. S. Imperia: vt res Aga-menonias. c Asię. S. q. d. tertię ptis orbis: Nā phrygia in Asia est: & ilia in phrygia minore. d Priamiq;. S. non est iteratio: Nā potuit alterū esse sine altero: vt: Vel to-ta phrygia euerteretur: vel solum Ilium. e Immeritam. Nā Laomedōtis. Paridisq; culpa tota gens perire nō de-buit. f superis. SER. Laus Ilii q nō nisi dii subuertere potuerunt. Quotiens autem non apparet ratio sic visum interponitur. Hora. sic visum Veneri: cum amorem osten-deret non esse pulchritudinis. Et actio in deos habeat aliquā venerationem: aliter sacrilegium esset. DONA. Visum superis. cū hoc dicit ostendit: nō meritis Troianorū: sed de orum intolerabili prauitate euenisse. vt regnum funditus interiret. C. Visum superis. magis placet Serui⁹ in hoc lo co q Donatus. g Superbum Iliū. S. nobile. Virgi. in neutro ponit. Hora. in foeminino: vt: Non semel Ilius vexa ta. Est autē ciuitas: Troia vero prouintia: in q̄ ē Ilion: sed ponitur pro vrbe. vt Et campos vbi Troia fuit: D. Super-bū nobile: vt Nō leuis res videretur cuius interitum dole-bat. h Omnis. D. Esset em solatiū si aliquid semiustū & semidirutū relinqueret. i Humo fumat. S. ab humo. Et significat solū quoq; patrię arsisse. Quomō aūt dixit fūat & cecidit. Quia aut Poetice tēp⁹ p tēpore posuit Ve

Pu. Virgilij Maronis Aeneidos Liber Terti⁹.



Postquā res asiae priamiq; euertere gentem
Immeritā: visum superis: cecid
itq; superbum
Ilium: et omnis humo fumat
neptunia troia.
Diuersa exilia, et desertas quęrere terras

mem: nisse horret: luctuq; refugit: aut certe naturā rerū ex pressit: Nā ruia i breui fit. Fum⁹ vero lōgo pmāet tēpore Nā quod ait Prob⁹ circūflectēdā sillabā: vt sit fumat. p fu mauit nō pcedit: quia pone tm̄ verbū i vltima habet accē tum: vt significet retro. D. fumat Ostēdit oīa fuisse cōsūp ta nā oīb⁹ incēdio assumptis solū fumū respirat terra. Er go repete sic: postq; res Asię: postq; visū supis: postq; ceci dit supbū Iliū. Postq; oīs hūo fumat nep. tro. Atq; habet q̄ttuor pterita: futura aūt sūt alia q̄ttuor: & q auel larer a patrio solo. q quęre rēt desertas terras: & q esset icerti q̄ irēt: & vbi possēt sistere. Nā hoc ipm icertū poena est cū laborū siis nus q apparet. C. Fūat recte expōit a Seruio. Priscian⁹ tamen fumat agimur: & mollimur. Presentia tem pora pro preteritis posita dicit fumat Pathos a mō.

h Et recidiua. S. post casum restituta. i Sed nunc Italiā. D. facit rē verisimilē. Nā null⁹ ab otio ad negotiū: nisi inuit⁹ accedit. k Gryneus. S. iuxta clazomenas vrbem Asie nemus est gryneū: vbi Apollo colit: Inde igitur sumit epithetō: licet in delo sumpserit oraculum. C. Grineus. De hoc ita refert Strabo. in freto quod est inter Asiam: ac Lesbum insule sunt: vel viginti. vel vt placet Tymostheni qdraginta. que cōposito vocabulo Ecatonensi gemiat o.n. vocant ab eo qd ē ecatos. i. Apollo: & Nesos insula. Nam per totam hāc orā Apollo colitur vsqȝ in tenedū: vocaturqȝ Smyntheus: aut Cylleus: aut gryne⁹ alio nomine. Alii dicunt clazomenem: qua vrbs Ionię est: olim Gryneam vocatam vicinam colophoni: & in his locis fuisse oraculum Apollinis grynei: idqȝ idem esse & clarium. l Lycię sor. S. Nec hinc accepit responsum. Sed hic dicit lycię: hoc ē apollineę. m Hic amor. SER. eo dicit desiderio p voluntatē deorum circa Italiam teneor: quo si possem circa troiam. Et ad illud respicit Troia per vndosum peteref classibus equor. DON. Hic amor. hęc patria ē: si te cœpit amor noue patrię: nō egre feras: qp ego quoqȝ noue patrię amore capiar. n Si te. CR. Si cū phoenissa sis: tamen detineris amore Carthaginis alieni soli: nō sit inuidia nos querere Italiam. o Et nos phas. S. Dicit: mihi phas est. & non me. Sed lege etiam nos fas est extera querere regna. DO. Et nos queādmodū et te. p Me patris. C. Argumenta sunt que grçci appellāt atechna: id est inartificiosa: qa qꝰuis artificiose tractentur: tñ nō sunt ab arte. S. d natura cause secū illa affert: & nō oratoris industria: & rem verisimilē achronographia facit. q Nox operit. S. a verisimili id temp⁹ posuit. r Quotiēs astra. S. Per vnāquāqȝ noctem. D. Astra ignea. Facit verisimile ex illo tempore:

x Interps. S. Hermes expressit ab ipso. i. magno: vt sup. Ipse deū tibi m. c. d. o. C. Interps: Nam hermes grece interptē significat: y Vtrūqȝ. S. meū & tuū: aut Iouis & Mercurii: aut meū et Ascanii. z Celeres. C. Respicit ad naturam planetę. a Māifesto in lū. S. aut claro. aut in nymbo: qd lumen maius est. vt Lucanus. Postqȝ se lumine vero. D. Manifesto: cōfirmatio rei: ne credat eē deceptū: et interponit iusiurandū vtrunqȝ. s. Iouis q misit: & Mercurii q missus est. b His aurib⁹. S. Pleonasmos est. c Hausi. SER. accepi. d Desine. DO. quia cognouisti iustas discessus causas. CR. Desine. Nam & mihi molesta es sine vtilitate. Ostēdit ergo se cōmotū: & necitatē excusat. Nā frustra conaris persuadere eū qui ñ sponte agit. e Iam dudū. S. ab initio orōnis. D. Iā dudum. Ex q incœpit loqui: q sibi nō placeret: q cōsideratōe incesa fuerat. f Auersa. S. irata vt diua solo fixos o. a. tenebat. g Huc illuc. CRIST. Hec omia signa sūt animi ex ira ęstuātis. Nā ex crebro motu ani fit oculorū mot⁹. h Totūqȝ p errat: D. irascētis signū: vt cū totū nolit vsum totū tñ ocul errātib⁹ ce. nat. i Lumib⁹ ta. S. Ipsa tacita: vt: Tacitāqȝ obsedit limen amatę. Sequit āt inuectio: q sp statu caret. k Nec tibi. S Nō solū in æneā est vitupatio. sȝ etiā ī se obiurgatio. Nā dixerat: Credo gen⁹ esse deorū vñ nūc ñ credit eē Dardanum. D. Nec tibi. d. p. Vidit illū ñ flecti pcib⁹ vertit se ad conuicia: vt saltē aio suo morē gerat. Est aūt aio maxia cōmutatō: Nā cū amaret dixit credo eqdē gen⁹: eē deorū. C. Nec tibi d. p. Pricipiū abruptū. qd cōuenit aio ex ira pręcipitanti. & amantis est: cū ardet amore nimium laudare: & rem amatam diuinam: putare. Vnde dixit: Credo equidem genus esse deorū. Et rursus: cum irascit. r palinodiā canere: & cōtraria his q dixerat dicere: vt hic: Nec tibi diua parens. Preserum est ho

foemine cõueniens: q̃ aut amat: aut odit nihil q̧ hȝ mediũ.

l Perfide: S. more amantiũ obiurgat. C. Perfide. hoc primũ maximũq̧ iurgiũ est ab amante: nec est q̃ magis doleat q̃ sibi fidē non obseruari: & prodi: etiam cũ non prodatur conqueritur. m Duris cautibus caucasus. DO. quia asper es: et ab humanitate alienus. C. Duris vituperatio a natura. Est aũt locus ex Homero. n Caucasus. S. mõs scythię inhospitalis. C. Caucasus, ait Strabo. Altissime veri Caucasi partes albaniā: et iberiā: et colchos et heniolchos versus sunt australes. Sed de his prolixius scribit Boccatius florentinus. o Hircanę. S. arabicę. Ab hircania arabię sylua. Relictis aũt mediis cõparatoĩbus augmenta fecit. Nā post deos non homines, sed saxa intulit. C. Hircanę tygres. Vituperatio ab educatione. Hircani: vt placet Solino ostia oxi fluminis habent, gens syluis aspa: immanibusq̧ foeta feris foeta tygridibus: quibus insignis maculis notę: & pnicitas inest. fuluo nitet. hoc fuluũ nigrantib9 segmētis: iterũdatā varietatē decētē facit: nihil tā lõgũ: quo non breui penetrent nihil adeo antecedit: q̃d non illico assequātur. Pāntherę quoq̧ sunt in hircania minutis orbiculis suppictę: itavt oculatis ex fuluo circulis: vel cęrula: vl' alba distinguat tergi supellex. ferunt odorē earũ ad contemplationē armēta mire affici: atq̧ vbi eas p̄sentiscant: properato conuenire: nec terreri nisi sola oris toruitate. Ergo pantherę absc̃oditis capitib9: reliq̃ spectãda prebēt: v t greges stupidos inobtutũ populent. Hircani carnes aconito illitas illis passim obiiciũt. at Pāntherę aduersus hoc vir9 excremēta hũana deuorāt: lenta illis viuacitas est: adeo vt eiectis iteraneis mortē diu differant. In his locis & pardi sunt. Pli. vero ait Hircani: & inde ferũt tygrim animal foelocitatis tremēdę: & maxime cognitę: dũ capitur totus eius foetus: qui semper numerosus est. ab insidiante rapitur equo quā maxime pnici: atq̧ in recentem subinde transfertur: at vbi vacuũ cubile inuenit: foeta (maribus eñ nõ est cura sobolis (fert preceps odore vestigans. Raptor vero appropinquante fremitu abiicit vnũ ex catulis. Tollit illa morsu: & deposito etiam otior remeat: iterũq̧ cõsequitur: iacit ille aliũ: inde aliũ donec nauem regresso: irrita feritas sęuit in littore.

p Vbera tyg. D. Propter quod hominũ mansuetudinē nescis: ostendit autem per alimoniā lactis mores pueris infundi: quod & Cicer. placet: qui in educatione oratoris iubet precipuas adhiberi mulieres: cũ per obsequia vberum natura ex alia in aliā mutetur q Nam quid dis. S. Quasi diceret: non est sperandũ posse illũ mitigari precibus: & iccirco non esse exasperandũ iurgiis. r Num fletu in. no. nũ. lu. fle. D. Oñdit non esse in Aenea: quę in bono viro esse solent. Tria autem hęc sunt: per quę homo miserationē motus esse videtur: gemitus: lachrymę: oculorũ flexio. C. Num fle. Repetitio: & dissolutio colores sunt indignationi: & vehementię orationis accomodati.

s Miseratus. SER. miseror accusatiuũ regit: misereor vero genitiuũ. vt miserere animi non digna ferentis.

Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus: hircanęq̧ admorũt vbera tygres.
Nā q̃d dissimulo: aut q̃ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? nũ lumina flexit?
Nũ lachrymas victus dedit? aut miserat9 amā(tē est?
Quę qb9 añ ferā? iamiā nec maxia iuno:
Nec saturnius hęc oculis pater aspicit ęquis.
Nusq̧ tuta fides: eiectũ littore egentem
Excoepi: et regni demens in parte locaui.
Amissam classem: sotiosq̧ a morte reduxi.
Heu furiis incensa feror: nũc augur apollo:
Nunc lityę sortes: nũc et ioue missus ab ipso
Interpres diuũ: fert horrida iussa p̄ auras:
Scilicet his supis labor est: ea cura quietos:

t Quę quibus anteferā. S. Amphibologia est: id est quid prius: quid posterius dicam. C. Quę quibus ante feram. Dubitatio est color rhetoricus: qui pathos mouet. Est eñ dolentis: vel irascentis dubitare quid agas: vt hic. Item illud: En quid agam rursus ne procos irrisa priores. Experiar. Alii legunt quę: id est quas res: quibus. s. diis ante ferā narrem: & in cõspectu proferam. v Iamiam nec maxima iuno. C. Maxia commotio animi cum religiosa olim mulier in deos inuehitur: x Maxima. S. aut cõuiuiũ in Iunonē q̃ eā dicat non esse maximā: vt in Ioue quē dicit Saturnũ q̃si nocētē. Aut iungit: vt nec Iuno: nec Iuppiter aspicit. y Iuno. D. Quę vl' quia deorũ sit regina: vl' a se colatur prima vlcisci debebat: vel quia inimica esset troianis.

z Nusq̧ tuta fides. SER. Nec apud rem: nec apud hominē. Teren. Quid credas: aut cui cred. Aut declamauit per contrarium Nam omis fides tuta est. CRIS. Nusq̧ tuta fides. Neminē iuenies apd̃ quē fidem tuā tuto colloces: & amantis est vt doleat quod nõ est: sic Teren. facit. Sic Acci9 in antigonia Iamiam nec diũ regũ t. nec pfecto deũ sũmus ex omnib9 curat: Et nimis amatorie queritur nusq̧ esse quod in vno nõ inuenit. Sic Terent. Nulla in re esse cuiq̧ hominũ fidē. Queritur autē de Iunone: q̃m ab ea vehemēter culta hãc iniuriam propulsare debeat: & dea matrimonii mrĩmonii destrorẽ vlcisci. a Eiectũ. S. naufragũ. C. Eiectũ. Neq̧ beneficiorũ exprobratio apud modestā: nisi ex ingenii pturbatione. b Littore egentē: vt hospitio phibemur harenę. c Et regni de. S. sic queritur iarbas. Et dominũ Aeneā in regna recoepit. d Amissam clas. S. subaudi renouaui. D. Amissam clas. quasi cõtra me feci: Nã sine illa nauigare non posset. e Reduxi. D. de classe dicamus solũ reduxi classem: de sotiis vero reduxi sotios a morte.

f Heu furiis. S. quia multa erat in deos oblocuta. Nã credere deos non curare mortalia: & ab ipsis non sperare auxiliũ furoris est. Pręmittit ergo excusatio: si quid pia numina possunt: g Nunc lyię. S. irrisio honesta satis cum his verbis fit: quibus laus pręcessit: vt & nobis idem alchimedon duo pocula fecit. Nec dũ illis labra admoui: sed condita seruo. D. Nunc. q. d. nũc cũ vult abire: sed cur non antea cũ opera mea egeret. C. nũc ly. Ea quę aliter cõfutari non potest: per irrisionē tanq̧ quę falso abiecta sint refert. h Scilicet. C. Ironia est: vt non sit credendũ deos qui in ęterna tranquillitate degũt: in hac re (quę si rerũ naturā inspicias) illis minima est) tñ laborare. Neq̧ loquitur epicureę: cũ paulopost dicat si quid pia numina possunt. Sic Teren. Id populus curat scilicet. i Quietos sollicitat: S. Cice in libris de natura deorũ triplicem ponit opinionē: non esse deos. cui9 rei auctor apud Athenas exstit9 est. Esse & nihil curare: vt epicurei. Esse & curare: vt stoici. Ergo hic epicureę paulopost Stoicę. Si quid pia numina possunt.

k Refello. SER. Redarguo.

l I sequere italiã. S. Artificiosa prohibitio: quę fit ꝑ concessionē: et tñ intelligatur persuasio. miscētur quędam quę nocent: vt ventis & per vndas. Teren. Profundat: perdat: pereat nihil ad me attinet. C. I sequere. Italiã ven. Artificiosa concessio: quę habet aliquã correctionē. Nam si per vndas non debet sequi Statius. Moue pharetras arcusq intēde sonores. Insignēq animã lęto dimittit. Nam si insignis non meret mori. Est aũt hęc ironia (teste Quintiliano) quę cũ fit cũ similes permittentibus vbi impantibus sumus: & cũ ea quę volumus aduersariis esse concedimus. Id acrius fit cũ in nobis sunt: in illis non sunt. Vt: Meq timoris argue tu drances. qñ tot cędis aceruos teucrorũ tua dextra dedit. Aut cũ ea q a nobis absunt in aduersarios esse redarguimus vt me duce Dardãi⁹ spartam expugnauit adulter m Mediis. S. Manifesti. Vel illa saxa dixit: q inter Affricã Sardiniã Siciliãq media sunt. n Hausurũ: S. Luiturũ: daturũ.

ret. Nam furente ex amore foemina nihil sęuius: vnde sęuus amor docuit natorũ sanguīe matrem cõmaculare man⁹. a Cunctantem & multa parantē dicere. C. Nõ multa quibus posset causã defendere: qm̃ illã irrita esset omittebat: multa rursus quibus illa placaret dicere preparabat. b Suscipiunt. famulę. C. Ostendit q vehemens sit animi perturbatio amor: cũ corpus ex ea in tantã cadat imbecillitatē. c Quanq lenire. C. Nã semp ita illũ Poeta deo obsequentem inducit: vt tñ gratum quoq ostendat in Didonē. d Tum vero: S. regis presentia. C. Tũ vero. q. d. qd presentia ducis omnia diligentius: & ardentius curant. e Remos. S. qui essent futuri: vt. Quos ego sum totiēs iam dedignata maritos. f Fuge: S. celeri profectione: vt ille volans simul arua fuga simul ęquora verrit. g Migrãtes cernas. S Honesta locutio: vt rē tertię personę ad secũdam referas. C. Migrãtes cernas. Ad maiorē Didonis dolorem. Nam migrare est eo animo abire e loco: vt nõ sis reuersurus.

Solicitat: neq te teneo: neq dicta refello:
I sequere italiã ventis: pete regna per undas.
Spero equidē mediis (si quid pia numia pñt)
Supplicia hausurũ scopulis: et nomine dido
Sępe vocaturũ. sequar atris ignibus absens:
Et cũ frigida mors anima seduxerit artus:
Oib⁹ vmbra locis adero: dabis ĩprobe pœnas:
Audiã & hęc manes venit mihi fama sub imos.
His mediũ dictis sermonē abrumpit: & auras
Aegra fugit: seq ex oculis auertit: & aufert:
Linquēs multa metu cunctãtē: et multa parãtē
Dicere suscipiunt famulę: collapsaq membra
Marmoreo referunt thalamo: stratisq reponũt
At pius ęneas quanq lenire dolentem
Solando cupit: et dictis auertere curas:
Multa gemēs: magnoq animũ labefact⁹ amore
Iussa tamen diuũ exequit: classemq reuisit.
Tum vero teucri incũbũt: et littore cellas
Deducunt toto naues: natat vncta carina:
Frondentesq ferũt remos: et robora syluis
Infabricata fugę studio.
Migrantes cernas: totaq ex vrbe ruentes.
At veluti ingentē formicę farris aceruũ
Cũ populãt: hoies memores: tectoq reponũt:

o Dido. S. Et vocatiu⁹ esse potest: & accusatiu⁹: p Atris ignibus. S. inuocatas tibi inmittã furias quę faces habēt. Alii dicunt atris ignibus. s. sotiorũ. vt paulopost. Ite ferte citi flãmas. Melius est vt secũdũ Vrbanũ dicamus atris. i. rogalibus: qui visi tempestatem significant. vt Aeneę in quinto euenit. ergo est: Occidam me: & rogalib⁹ te ꝑsequar flãmis. Atris mali ominis Horatius. Nigrorũq memor dũ licet igniũ.

q Absens. S. quasi mortua. r Anima art⁹. S. animã artub⁹. s Vmbra. SERVIVS. biotanathorũ animas dicũt phisici non recipi in sedes suas nisi vagantes legitimũ tēpus expleuerint: quod poetę ad sepulturã trãsferũt. Ergo extincta ante diem vagãs te prosequar. Si autem fuero recepta in originem pœnas tuas audiã: ergo sensus totus est. si visis rogalibus flãmis euaseris tempestatē: vmbra mea te prosequet: si hanc euaseris: vel recepta audiã famã tuorũ suppliciorũ. t Mediũ. S. s. propter id quod sequit. v Auras ęgra fugit. C. Nam qui in mœrore incidunt ex atra bili quę in eo redundat: tenebras adamant: & lucē fugiũt. x Auertit. C. quia dat sibi terga. y Aufert. C. remouet se e conspectu. z Metu. C. Nam cũ furentem videret metuebat: ne aut sibi Aeneę: aut sibi ipsi Didoni noceret.

h Ruentes tota vr: C qd. sine vlla dissimulatiõe: populariter ex omnibus vrbis partibus eodē tempore simul abeuntes. Ergo cognoscebat: quo aio discederent, & quia aperta: & popularis discessio quędam insultatio videbat: maiorem cõcipiebat dolorem. i Formicę. S. ad studiũ fit cõparatio & cautela exprimitur per formicas. Hora. Paruula nam exemplũ est magni formica laboris. Iuue. Formica tandē quidã expauere magistra. formica dicta est quod ferat micas. C. Formicę origani: & sulphuris ĩiecto caueruas suas relinquũt ait Aristote. Optima cõparatio. Nã laboriosum: & idustria plenũ est animal: & veluti in populari reipub. degũt: semina arrosa condũt: ne in fruges exeant: madefacta imbre ꝑferũt: & exsiccãt. operantur et noctu plena luna: & qm̃ ex diuersis coeunt altera alterius ignora: certi dies ad cognitionē mutuã nundinis dantur tunc inuicem: veluti quędam elocutio: & percunctatio. Solę viuctiũ: veluti homines inter se sepeliũtur. In Sicilia nõ sũt pēnatę. vt ait Pli. in regiõe septentionaliũ indorũ e cauernis aurũ egerũt. ipsis color fœd⁹ magnitudinē egyptii lupi: Erutũ tpe hiberno Indi furãtur ęstati cõditis ipsis in cuniculis: propter calorē. Quę tñ odorē excitę: q̃uis in velocibus camelis

fugiētes cōsequunť: & Ia/cerant. Pli. hęc & Hero. k Farris. S. nom ē solū q̄d. r. gemiat i genitio Mo nodicon ergo est sicut sol. Itē cor cordis solū in dis mittit genitiuū. Itē s gemi nāt as assis: & hęc carent exemplis. l Populāt. S. antique dixit: Nā hoc verbū apud veteres acti/uū fuit nūc est deponēs. m Hyemis me. S. Hora. Quę simul inuersum contristat aquarius annū, nō vsq̄ prepit.

It nigrū campis agmen: p̄dāq̄ per herbas,
Conuectant calle augusto: ps grādia trudūt
Obnixe frumenta humeris: pars agmina cogūt
Castigātq̄ moras: opere omnis semita feruet.

n It nigrū cāpis agmē. S. hemistichium Ennii de elephantis. Quo ante a Acti⁹ est vsus de Indis. o Calle. S. Callē semita tenuior callo pedū pecu/dū predurata. p Trudūt. S. q̄ portare nō p̄nt. q Moras. S. tardas. morantes r Semita. S. est semis via vñ semita dicta est. Via est actus dimidius qua potest ire vehiculū: Nā act⁹ duos capit, ppter eūtiū et veniētiū vehiculorum occursū.

s Quis tibi tunc di. C. Ex hac interrogatiōe: & apostrophe mouet pathos

¶ Quis tibi tunc dido cernenti talia sensus?

auditoribus. Adducit eñ pene añ oculos dolorem ei⁹ miseris. t Cernēti.

C.Et eo magis dolenti:Nã multo magis mouẽt:quę videmus q̃ quę audimus:vt iã dictũ est. v Feruere late.S. Infinitus hic ẽ a tertia cõiugatõe.i.feruo is.Na secũdę coniugatiõis verba pdita e q̊d habẽt añ o in tertiã migrãt:vt ferueo feruo.fulgeo fulgo:Hinc est feruere leucatẽ auroq; effulgere fluctus.Sic Hora.Vade:vale:caue:ne titubes mãdataq; franges.Nã caue ve lõga est:nec vocalis sequit̃:vt in Bucolicis.Vale vale inquit iola.Sed dicimus a tertia cõiugatione esse ĩperatiui.vt cauo is.Hinc cauere etiã Catullus dixit.

hoc nõ euenisset: g Anna vides.C.Oratio est,quę propterato opus esse iudicet:& propterea breuis.Sed quę etiã annę ostẽdat esse properãdũ:cũ iã ita cõuenerint Troiani.vt paulo post sint abituri.Cũ & omnes cõuenerint ad portũ:& venti sint prosperi. h Properari.S.impersonale est. i Littore circũ.S.i.circũ littora.sed pposítio postposita mutauit accẽtũ & perdidit vires. k Vocat car.au.C.i.aurę vocãt carbasũ.i.vela:Nã carbasus lini species est:Carbasina aũt vela primus in theatrũ trãstulit lentul⁹ spinter apollinaribus ludis.

x Arce.S.Nã in arcibus tutelę cã habitarũt reges.Deniq; valerius.publicola cũ ĩ Esquiliis loco alto haberet ędes:inuidię causa illas diruit:& in plano ędificauit.Itẽ August⁹ p⁹ Actiacũ bellũ pallatium ex suo pcepto ędificatum cũ esset dom⁹ priuata rei publi.donauit. y Totũq; videres.C.Exaggerat dolorẽ.Nã in his singulis videndis:singulos vt ita loquar dolores sentiebat. ʒ Improbe am.S.Exclamatio cõtra amorẽ:& hoc ait Horati.Hoc amƺ hoc spñat pmis.car.au.q̃ q̃ de ordie artificiali:& naturali ibi dictũ sit.Tale.& illud Auri sac fames.Nã illic amoris est increpatio:q̃ secũdũ philosophos omniũ gñalis est rerũ:Hinc Eryphile apud inferos ĩter amãtes numeratur.q̃ monile concupierat.CRIS.Improbe.nulli probande:sseruat autem τοπρεπον poeta:vt exclamatiõe hac detestet̃ amorem:vel insatiabilis:vt nihil improbus anser.Strimoniq; grues.& amaris in tiba fibris.Insaciabilem aũt alibi ostendit:vt nec lachrymis crudelis amor nec gramie ripę:nec cytiso saturant̃ apes. a Ire in lachrymas.S.amoris improbitas:quę lachrymis cogit rogare dudũ supbã. b Precãdo.S.vt cãtãdo do breuiatur naturaliter.hoc mõ Terẽtianus:vt vitę dubius varios renouando dolores.plerũq; tñ a Virgi.pducitur:vt cantando tu illũ.Itẽ Cantando rumpit̃ anguis. c Cogit̃.C.Nã indignatio aliẽabat eã a p̃cib⁹ et animi magnitudo:at amor cõtra cogebat.

Quot ve dabas gemitus:cũ littora feruere late
prospiceres arce ex summa:totumq; videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus ęquor?
Improbe amor:qd nõ mortalia pectora cogis:
Ire iterũ in lachrymas:iterum tẽtare precando
Cogitur:et supplex animos sũmittere amori:
Ne quid inexpertũ frustra moritura relinquat.
Anna vides toto properarę littore circu:
Vndiq; cõuenere:vocat iam carbasus auras:
puppibus et lęti nautę imposuerę coronas:
Hunc ego si potui tantũ sperare dolorem:
Et perferre soror potero.miserę:hoc tñ vnũ
Exequere anna mihi:solã nam perfidus ille
Te colere:archanos etiã tibi credere sensus.
Sola viri molles aditus:et tempora noras.
I soror:atq; hostem supplex affare superbũ.
Nõ ego cũ danais troianã excindere gentem
Aulide iuraui:classemue ad pergama misi:
Nec patris anchisę cineres:manesue reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quo ruit?extremũ hoc miserę det mun⁹ amãti:
Expectet facilemq; fugam ventosq; ferẽtes.
Non iã coniugiũ antiquũ(quod prodidit)oro.
Nec pulchro vt latio careat:regnũq; relinquat:

Lęti.S.minĩe timẽtes: m Potui.S.pro potuissem:& sic est dictũ vtoia pcepi:atq; aio mecũ añ peregi.ac si diceret:nihil mihi nouũ cõtinget.CR.Si potui.Sed quia nõ potui timere nõ potero pferre:Nã q̃ prẽmeditati fuerimus ea min⁹ offendunt. n Sperare.SER.i.timere:& est acyrologia.dicit aũt si scirem abiturũ Aeneã nõ tñ diligerẽ:si non dilexissem minus dolerẽ. o Exeqre mihi.S.p me exequere. p Colere.S.p colebat. q Molles.S.faciles:vt & quę mollissima fandi tẽpora. r Hostẽ su:S.postq̃ denegauerat Carthagini se mansurũ.C.Hostẽ.Nimis indignãter dictũ:nã nec satis anio suo fecit.sed addidit superbũ. s Nõ ego cũ da.C.Pathos ab eo qd ẽ pter spem.Quintilia.aũt ait:illa quoq; vocat̃ auersio:q̃ a pposita questione abduc.t audiẽtẽ:quale est illud:nõ ego cum danais troianã excidere gẽtẽ. t Auliđe iuraui.S.Aul portus in q̃ cõiurarũt gręci nõ añ reuersuros q̃ troia caperet̃.Aulide aũt:vel in aulide:vel p aulide.C.Aulide iura.Aulis in sensu eboice port⁹ est quinquaginta nauiũ capax:ora sane lapidosa.huc cõiurati in troianos gręci conuenerũt. v Cineres re.S.quod ex oraculo dr̃ fecisse Diomedes.et secũ ei⁹ ossa portasse:q̃ postea reddidit cũ mẽta ad ꝗsa pferret.Hic ste.iterũ salutẽ receptine quicq̃ cineres.hoc ait Varro.Cato aũt ꝓ in italiã venit Anchises.C.Cineres hos Varro dixit Diomedẽ ex Sycilia abstulisse & ob hoc multa passũ restituisse cũ palladio Aeneę.

d Submittere animos.C.ĩdignationẽ.q̃ prouenit ex magnitudie animi:vt pone animos & pulsos abi.Et in ista significatione pluralis adhibet̃:& nõ singularis. e Amori.S.q.d.& nõ Aeneę.vł ęneã amorẽ vocauit. f Ne qd inexpertum.S.nõ sperabat ĩpetrare:sed ne quid sibi imputaret̃ si nõ rogasset:et(frustra)ex psona poetę dictũ ẽ.Sic Salusti.Falso quęritur de natura sui genus humanũ:vt supra Hoc amet:hoc spnat pro c.au.C.Inexpertũ:nõ quia quicq̃ speret:sed ne remordeat̃ inde cõscientia:vt si ita fecissem:

x Reuelli.S.nõ reuulsi:vulsus aũt & reuulsus vsurpatum est tñ in participiis cõtra naturã. y Quo ruit.S.sine respectu salutis.Nã q̊d peto sibi etiã pdest. ʒ Ferentes.S.bñ flantes,ppitios. a Prodidit.S.Decepit et recte:Nã ad diruptiõne cõiugii ĩmutata volũtas sufficit. b Pulchro.S.q̊d illi pulchrũ videt̃ sic dictũ et illud.O tñ libeat mecũ tibi sordida rura.i.q̃ sic tibi vident̃. c Tps.C.quod etiã st ultis mederi vt ait C ce.solet. d Inane.S.

sine officio coeūdi. Nā sine bñficio nō ꝑcedit cū: spatiū petit: et requiē. e Mea. S. aduersa: vt hac troiana ten⁹ fuerit. f. se. Ex eo statu in quo est: fortunā dixit. f Doceat dolere. S. illud est: quia non habet in aduersis patientiā: nisi qui dolere cōsueuit. Petit ergo sibi ꝓstari tempus: per q̊d discat aduersa perferre. f Veniā. S. beneficiū. vt orātes veniam. g Miserere sororis. S. genitiuū tm̄ regit.

Gallorū alpes alti montes vocantur. o Hinc et illinc. S. vt Aeneas ab Anna et Didone. p Stridor. S. Ad Aeneę dolorem ptinet: vnde et magnos ꝑsentit pectore curas. q Alte. S. iugiter diu. r Consternūt. S. implent: vt strata iacēt passim s. q. sub arbo. po. s Frondes. S. vt lachrymę Aeneę. t Hęret. S. vt ille in cōsilio perseuerat. v Tantū. S. dicūt physici parē eē radicū: et arborꝝ altitudinē. x Inanes. C. q̄a nō ꝑficiūt y Tū. S. post despatōē z Exterrita. S. ꝑcipitata: turbata.

h Quā mi. cū de. S. i. q̊d bñficiū: cū mihi cumulatum dederis sola morte relinquā: et hic intellectus melior ē: q̄ mihi cū dederis cumulatā: quā lectionē Tucca: et varrus ꝓbāt. Nā male qdā legūt. Quā mihi cum dederit. i. Aeneas: cumulata m. r. & intelligūt accœptū ab eo beneficiū morte cumulabo: & sic reliquā: vt amantes dicere solent: vt aerei specula demōtis in vndas Deferar extremū hoc mun⁹ moriētis habeto. Nā si illū oderit: ei⁹ morte lętabitur. sed non procedit. Nemo eī dicit veniā cumulata: sed cumulatam.

i Cumulatā. C. oibus partibus absolutā: & a q̄ nihil desit. Trāslatio a cumulo: cū eī ex oibus vndiq̄ congestis factus est cumulus: nihil abest.

k Fertq̄ refertq̄. S. non ab Aenea q nihil dicit: sed a Didone: fert: & refert. i. iterū portat. C. Fert & refert. Nā noie Didonis orabat Aeneā: & ab Aenea referebat Didoni nō posse illū desistere ab icœpto.

l Tractabilis. C. quāuis tractabilis non mouetur: nō ergo ingenii duritię: sic eī eū excusat: sed dei. i. Iouis volūtate nō mouetur ac veluti cōparatio: in q̄ constantiā Aeneę ęquipat durissimę quercui. Nam vt illa nullis ventis a suis sedibus mouet̄. sic & Aeneas nullis animi perturbatiōibus: nō amore: nō misericordia: quibus vehementer in Didonē afficiebatur: nō cupiditate illius regni: non metu: ne irata mulier aliquid in eum moliretur ab recte suscœpto ꝓposito pellebatur.

l Deus. S. Iuppiter. s. vñ & supra Dido ait Saturnius. m Annosā. C. vetustate eī magis magisq̄ durescit mlťa secula durat. Nā refert Pli. suo tempore fuisse quercū iuxta Iliū vrbē in rumulo. Ilii. tūc satā cū cœpit Iliū vocari. Et ī pōto duas iuxta Heracleā ab Hercule satas. n Alpini. S. lingua

Tempus inane peto: requiem spaciūq̄ furori.
Dum mea me victam doceat fortuna dolere:
Extremam hanc oro veniam: miserere sororis.
Quā mihi cū dederis cumulatā morte relinq̄:
Talibus orabat: talesq̄ miserrima fletus
Fertq̄: refertq̄ soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus/aūt: voces vllas tractabilis audit.
Fata obstāt: placidasq̄ viri deus obstruit aures:
Ac veluti annosam valido cū robore quercum
Alpini boreę: nūc hinc: nūc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor et alte
Consternunt terras cōcusso stipite frondes:
Ipsa heret scopulis: & quantū vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Haud sec⁹ assiduis: hinc atq̄ hīc vocib⁹ heros
Tunditur: & magno persentit pectore curas.
Mēs īmota manet, lachrymę voluūtur inanes.
Tum vero infœlix fatis exterrita dido
Mortem orat: tędet cœli conuexa tueri.
Quo magis incœptū peragat: lucemq̄ relinq̄t
Vidit thuricremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros:
Fusaq̄ in obscenū se vertere vina cruorem:
Hoc visum nulli: non ipsi effata sorori:
Preterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui: miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum:
Hinc exaudiri voces: & verba vocantis
Visa viri; nox cū terras obscura teneret.

a Orat. S. desiderat vel quia cōsecrata nō poterat mori: nisi acōsecratiōe soluerer. b Tędet cœ. cō: tu. C. ex egritudine enim ita exūdabat atra bili: vt illā tenebras amare cogeret & oderat lucem.

c Thuricremis. S. Cremantibus thura. C. Thuricremis ab Ennio añ deum vitulus thuricremas mactat ad aures. d Nigrescere. C. q̊d mortē portēdit. e Cruorē. C. q̄m vulnere se ipsa perditura erat. f Visū S. q̊d viderat. g Nō ipsi. C. Cui oīa credere solita erat. Hoc aūt vł q̄a pudebat se ita eē inuisā diis: vel quia nolebat ab ea quā iā aio cōcœperat morti ꝓhiberi: et in ea diligētius obseruari. h Antiqui. S. prioris: aut cari. i Miro ho. S. exhibēdo ea que circa viuos exhiberi solent. Nubentes eī puellę simul venissent ad limen mariti postes anteq̄ ingrederentur ornabāt laneis vittis. vñ ait. k Velleribus niueis: & oleo vngebāt. vñ vxores quasi vnxores: dicebātur l Festa. S. Diuina: veluti numē colerent. Tāgit autē latēter hystoriā quā supra dixi. Nā si amasset æneā nō coleret extinctum maritū. m Nox cū ter. S. verisilitudo. n Sola bubo. S. abutitur genere. Nā masculinū est. Luca. Et lęte iurantur aues bubone sinistro. Itē Ouidi⁹. infandus bubo. Sed Virgi. mutauit referēs ad auē sed bene mutamus gen⁹ referentes ad generalitatē vt si dicam⁹. Bona turd⁹ referendo ad auē: vt si dicam⁹ pria est a. referendo ad lrām cū a sit neutri generis. C. Bubo funebris ē: & maxīe abominat⁹ publicis ꝑcipue auspiciis. deserta icolit: nec tm̄ desolata. s; dira etiā et in accessa noctis mōstꝝ: nec cātu aliq̄ vocali: sed gemitu. ita

Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sepe queri: et longas in fletum ducere voces:
Multaq; preterea vatum predicta priorum
Terribili monitu horrificant: agit ipse furentē
In somnis ferus æneas: semperq; relinqui
Sola sibi: semper longā incomitata videtur
Ire viam: et tyrios deserta querere terra:
Eumenidū veluti demēs videt agmīa pētheus
Et solē geminū: et duplicis se ostendere thebas
Aut agamemnoni⁹ scenis agitatus orestes:
Armatā facibus matrē: et serpentibus atris
Cum fugit: vltricesq; sedent in limine dire.
Ergo vbi concepit furias euicta dolore:
Decreuitq; mori: tempus secū ipsa: modūq;
Exigit. et mœstam dictis aggressa sororem
Consiliū vultu tegit: ac spem fronte serenat.
Inueni germana viam: gratare sorori:
Que mihi reddat eū. vel eo me soluat amantē
Oceani finem iuxta solemq; cadentem.
Vltim⁹ æthiopum locus est: vbi maxim⁹ atlas
Axem humero corpus: stellis ardētibus aptū.

In vrbibus haud oīno in luce visus: dirū ostentū est priuatorū domibus insidentē plurimū scio non fuisse ferale. Nūq; vo a quolibet. sed transuersus aufertur. Capitolii cellam intrauit. S. Papellio istro: et L. Pedano consulibus propter quod nonis Marcii vrbs lustrata est eo anno ait Plinius. Gufus est. Aristo. in lib. de animalibus ait. Nocturnas aues que vnguibus aduncis sunt esse noctuā et vlulā: et bubonē: qui spetie similis noctue non minor est aqla et alucone quē Pli. ab auribus quas plumeas habet: otum dicit appellari et maior est gallinaceo: et Asione qui minor q̄ noctua est. Oēs aūt carniuore aues sunt. Scribit preterea Pli. Si cor bubonis sinistre māme dormientis mulieris iponatur: efficere vt illa oia secreta promat: et eos qui illud in pugnā ferunt fortiores effici.

o Ferali carmine. S. Nā non est mali ominis semper bubo sed dū canit. Cātus em̄ gemitū imitatur et fletum: tacens ostendit fœlicitatem. Omnes em̄ aues oscines bone: ꝑpetes male sunt et contra. p Priorū. S. Priorū & piorum legitur: sed illud spectat. Heu vatum ignore mē. q In somnis. S. pro isomniis. i. vigiliis: et declinatur hec insomnia nie. r Sempq;. S. Omnes noctes nauigare videbatur Aeneas. quasi eam semper deseret. s Incomitata. S. q fera le. i. mortiferū omen est: & ꝑcipue regi. C. Incomitata: hoc insomnium regibus mortem prenunciare dicunt. Priuatis aūt si se frumētū metere somniāt ¶ Sēpq; relinqui. Omnib⁹ noctib⁹ sese ab Aenea relinqui somniabat. t Eumenidū. C. Furias tres ponunt poete Alecto Tisiphonē: & Megerā. easq; dicūt filias Acherōtis. & noctis: quia ex nocte id est ignoratione rerū oritur perturbatio mētis: q̄ non absq; cecitate iudicii perseuerat: & perseueratione fit maior: donec erūpat in furorē. Ergo Acherō. i. priuatio gaudii: & nox. i. rerū ignorantia gignit furias. Hesiodus tn̄ in Theogonia scribit terrā sanguinē: qui ex amputatis cœli virilib⁹ fluxerat excoepisse. & post congruū tempus erinas. i. furias: & gigantes & nymphas: quas melias dicūt peperisse. Dicunt ergo Erines a contentione ερυσ enim contentio est: apud superos dicūtur dire: quia furor superiorū crudelitatem exercet i iferiores. Apud inferos canes: quia iferiors solo latratu. i. iurgiis vlciscuntur superiorum iniurias. apud littorales harpie vocanē: qm̄ magno furore in ꝑdas vertunē. Sed vt ad textū redeā: non verisimile videbat: vt se ex amore interemisset Dido: nisi grauissime exagitata furore. ergo cōparatione ponit: & ait. Cōcepit furias euicta dolore. v Agmina. S. vel impetus: vel agmina serpentū. x Pētheus. S. scdm pacuuii Tragediā fuit etiā ipe. C. Pētheus. hic Echionis: & agaues filius fuit: & qm̄ bacchū deū esse negabat: matremq;: & materteras illi sacra facere prohibebat: ab ipso in furorē cōuersus est. Sunt qui ad hystoriā fabulā referāt: & dicūt illū Abstem. ū fuisse: & quia mulieres illas a temulētia coherceret: ab illis ebriis fuisse laniatū. Apud Pacuuiū furens inducitur: qui videt duos soles: & duas thebas. y Agitat⁹. S. Quia multe de eo scripte sunt tragedie, quasi frequēter actus: et quia furiis percitus est. z Orestes. S. inducitur Pyladis admonitu propter vitādas furias ingressus Apollinis templū: & cū inde vellet exire inuadebatur a furiis. Hinc ergo est. sedēt in limine dire. C. Orestus: quasi montan⁹ ορος enim mons qa fuerit montanis. i. efferatis morib⁹: vt ait Pla. i Crati. sic Agamenon a valde manēdo: quia constanter perseuerauerit. fuit orestes Agamenonis fili⁹. & Clitimnestrā matrē: qm̄ illa vna cū ægysto Agamenonē interemerat interfecit: & egystū simul: et cū in furias incidisset comite Pylade astrophali filio in Tauricā regionē ad Dianā accessit: et liberatus furiis. Inde cū sorore rediit: et fraude Macarei sacerdotis Pyrrhū in templo Apollinis interemit. Et eodem pacto Hermionem sibi olim puero desponsatā recupauit: Serui⁹ ait huius ossa Aritiam quo diane simulacrū attulerat Romā trāslata et sepulta ante tēplū Saturni. Solinus autē scribit a spartanis inuenta in tegea vrbe olympiade quinqgintanouē tāta magnitudie. vt ipleret longitudinē septē cubitorū. a Armata ma. S. causam furoris oñdit. b Sederit. S. a Pacunio: Exigit. C. cōstituit. d Spem. serenat fronte. C. Hyppalage ē. i. serenat frontē ipe. e Gratare. S. Gratulare. Suscipe gaudiū pro sorore: dicim⁹ em̄ grator tibi honorem. f Eū. S. Aeneā quē ve notū noluit dicere: quasi eius fastidio nomen abhorreat: g Oceani finē. S. Nemo nouit Oceani finē: sed ꝑ principio ponit aliunde sumpto initio. C. Oceani finem ad rem verisimilem faciendā narratio. h Solēq; cadentē. C. Ostendit in qua Oceani parte. cū Oceanus in omnibus terre finibus inueniat. i Ethiopū. S. Duo sunt Ethiopie: vna circa ortū solis. Altera circa occasum in Mauritania: quā nunc dicit. dicta est ethiopia a colore populorū: quos solis vicinitas torret. C. Ethiopia. Duplex ē ethiopia. Alia sub egypto hec aborea habet egiptū. Et marmaridē lybiā. ab ortu Arabicū sinū: ab occasu lybiā desertā. Et par ē Cyrena cergionis: a meridie aliā ethiopiā: q̄ iterior dicit: hec āt habebat ab ortu barbaricū sinū: ab occasu hesperiū: a meridie terrā incognitā: ab septētriōe ethiopiā sub egypto: et lybiam interiorem ait Ptholomeus. k Atlas. S. nullū nomē grecū in his termis



Hinc mihi massylę gentis monstrata sacerdos
Hesperidum templi custos: epulasqꝫ draconi
Quę dabat: & sacros seruabat in arbore ramos

natur. l Torquet. S. Sustinet. m Stellis. aptū· S. i. coniūctū: ab eo q̊d est. απο του απτεσθαι non autē insignitū stellis axis ei nō habet stellas q est medius inter septentriones: vñ eos non occidere axis vicinitas facit: nō qa in axe sunt. C. Aptū. Sic Ennius qui cœlū versat stellis fulgentibus aptū. n Massilę. C. Hęc vrbs post Mauritaniā est, regio ista a molochath flumie initiū sumit. Facit rē verisimilem ex eo ꝙ mulieres maiorem fidē peregrinis prestent. o Monstrata. S. prędicta: quę est oriunda Massyla a qua non longe absunt horti hesperidū. sacerdos nūc venit de locis: quę sunt circa Atlantem: Nam aliter non procedit. Massyla enim mediterraneę est ciuitas Beronicę Lybię: vñ haud longe horti hesperidū sunt: Atlas vero maximus in mauritania ē mō. p Hesperidum. S. Hesperides Atlātis filię nymphę hortum secūdum fabulas habuerunt: in quo erant aurea mala Veneri cōsecrata: q̄ Hercules missus ab Euristeo Argiuorum rege occiso peruigili dracone substulit. Reuera fuerūt nobiles puellę: quarum greges abegit Hercules: occiso eorum custode: vnde fingitur mala substulisse. id est oues. Nam grece., μηλα & mala: & oues significant: vnde μηλονομος ouium pastor. CRIS. Hesperides. Exquesito atlantico mari vsqꝫ ad occasum Gorgadū insularū meminit Iuba. Sed de his dicetur in sexto, Hesperidū autem insulę: vt ait Sebesus vls

tra Gorgades dierũ quadraginta nauigatione in vltimos sinus recesserunt ait Solinus. In harum hortis aurea mala alii fuisse dicũt: eaq; a terribili serpente obseruari solita. Alii dicũt pulcherrimis ouiũ greges hesperidas puellas habuisse: aureas aũt pecudes: ob pulcbritudinẽ poetice dictas: vt venus propter decus aurea appellatur. Nonnulli affirmãt ꝙ colorem aureũ illę pecudes habuerit. Draconẽ aũt vocatur pastorem: qui corporis robore excellentiss.mus latrões abigebat: atq; interimebat ait Diod. qui etiã addit hesperidũ genus huiusmodi: fuisse fratres gloria excellẽtes: Hesperũ: & atlantẽ: eosq; habuisse insignes ouium greges colore fuluo: & auro simili. Hacq; de causa poetę pecudes τα μηλα vocãtes quod nomẽ etiã mala significat aurea mala habuisse dixerunt. Hesperũ autẽ filiã Hesperam fratri matrimonio copulasse: vnde natę sunt puellę septem. Et a patre Atlãtides. Et a matre Hesperides nominatę. has etiam a Busiride adamatas: et ab eo missos q rapent. Verũ Herculẽ illos in littore offendẽtem interemisse. Et puellas parẽtibus restituisse. Scripsit eorũ noĩa ita ponũtur Arato. αλκυονη μεροπη τε κελαινω ηλεκτρη και τε στεροπη και ταυγετη και ποτνια μαια Hę in coelo Pleiades sũt: sz de Peiadi⁹ alibi. Noĩa etiã ab Oui. in fast s ponũtur. ita Pliades incipient humeros releuare paternos Quę septẽ dici: sex tamẽ esse solent. Seu quod in amplexus sex hic venere deorũ Nã sterope marti cõcubuisse ferũt Neptunno alcyone & te formosa cyleno Maiã: & electrã taygetã q; Ioui. Septima mortali meropẽ tiby sysiphe nupsit. Penitet: & facto sola pudore latet.

q Soporiferũ. S. quõ soporiferũ: vt vigilaret. Sed dicimus variã vim prebe revictũ variis animalib⁹: Nã salices hominibus amarę sunt: dulces capellis: vñ salices carpetis amaras. s. omnibus. Itẽ Cicutę secũdũ Lucretiũ hominibus sunt venenosę: cũ pingues reddãt capellas. Sic forsan papauer: qd dat hominibus somnũ: adimit serpentibus: vel construe quod seruabat in arbore ramos plenũ sit. Deinde sequantur. Hęc se ꝑmittit carminibus curas soluere spargetis humida mella soporiferumq; papauer. i. miscens. vt Cice. Spergere venena didicerunt: nec incõgrue ad amaritudinem amoris mel adhibet: & ad obliuionẽ papauer: r Carminibus. C. incantationibus. S. Sistere. aquã fluuiis: si hęc poterit: multomagis poterit ænẽã ab amore reuocare. t Mugire vi. S. videbit quis: vt migrãtes cernas. C. Mugire vi. solet eñ contingere in necromantia: vt terra mugeat. inde manes emergunt. v Testor. ca. de. S. quia cũ multa sacra Romani susciperent: magica semp dãnarũt. x Magicas. C. apulei⁹ accusat⁹ ꝙ magicã exerceret pulcherrimã habuit orationẽ de hac arte: & tñ dãnatus est. y Accingier. S. additur er metri causa. & i quę in vltima longa erat breuiatur. 3 Secreta. S. sine arbitris: & ẽ bona elocutio: rẽ ori loci vel tempus ad personã transferre: vt nocturnus venit: secretus fecit. a Pyrã. S. sub specie sacrificii ꝑparabat mortis exequias.

b Arma. S. gladiũ abusiue. Arma proprie sunt quę armos tegunt. c Impius. S. qui gladium furenti reliquit. ex Home. ẽ q dic gladiũ Aiaci datũ ab hectore: et hectori baltheũ ab Aiace q̃ eis exitio fuerit: nã alter beltheo tract⁹ ẽ: alter gladio incubuit. CRIS. Verisiẽ facit narrationẽ: Nã oĩa monumẽta remouenda ex ocul sũt eius rei cuius obliuisse cupimus. d Exuuias. S. Vestẽ Aeneę quẽ hostẽ dixerat. C. Exuuiis: qm̃ Aeneã ꝑ hoste iã habet. e Quo perii. S. propter extinctũ pudorem. C. Quo perii: nam tũ demũ deuicta est extremo amore. amantes autẽ perire dicũtur. Nec iniuria. seipsum eñ perdit homo in ipsa perturbatiõe amoris. & si in suo mortu⁹ in amati corpore viuit. vt ꝑbe ostendit Pla. in s. mposio. & quidẽ poeta. την χοκην του ερω τος εν αλλω τριοσο μαστιζην vel quo perii: quia tũc actũ est de pudicitia sua: sine qua iure mulier periisse dici põt. Hicoptie petrar. hal noster Et chise lascia del suo hon o: e priuare ne dõna e piu ne viua. f Abolere. C. Nã ph losophoꝝ ꝑceptũ est vt cũ ab amore discedere cupim⁹ oĩa rei amatę monumenta a nobis remoueamus. g Iubet monstratq;. C. pcipit neq; solũ precipit. sed monstrat. i. rões quoq; ostẽdit cur ita faciendũ s. t.

h Pallor oc. ora. C. vim maximã ostendit perturbationis: nam & si a principio dissimlare potuit: in finę nõ potuit. Vel ostẽdit ꝙ q̃uis mortẽ sibi decreuisset tñ ipsa natura q̃ sui ipsius cõseruatiões quęrit & interitum exhorrescit: pallere coacta est. i Non tñ anna pretexere. C. excusat annã. ex incredibilib⁹ ẽ nã ꝙ aliquis se perdere velit: presertim cum in morte Sichei: quem tãtũ amabat se occidere non tentauerit. ꝙ ꝑtexere: abscondere ꝑuertere. k Tantos furores. S. quãtos cogitabat Dido. l At regina pyra. S. notatus est versus: viciosa est eñ elocutio: quę habet exit⁹ similes: licet sit casuũ dissimilitudo. m Penetrali in sede su. C. impluuiũ describit: dicũtur eñ impluuia: loca quę intra domũ sub diuo sunt: quę in villis coortes dicũtur: qm̃ intro pluat aqua circũstantiũ tectoꝝ. n Tedis atq; ilice. C. De teda atq; ilice dictũ est in Geor. o Intenditq; locum sertis. S. i. ligat. vt stupea vincula collo intendunt. Et est hyppalage. intendit serta per locum. p Funetea. S. cupresso. nam & superiora ligna ad funus pertinent: vt procumbunt picee sonat icta securibus ilex. q Effigiem. SER. exprimit affectum amantis: quo etiã in morte amici imaginii vult coniungi.

Spargens humida mella: soporiferũq; papauer.
Hec se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit: ast aliis duras immittere curas.
Sistere aquã fluuiis: & vertere sydera retro:
Nocturnosq; ciet manes: mugire videbis
Sub pedibus terrã: descẽdere montib⁹ ornos.
Testor cara deos: & te germana: tuũq;
Dulce caput: magicas inuitam accingier artes.
Tu secreta piram tecto interiore sub auras
Erige: & arma viri thalamo quę fixa reliquit
Impius: exuuiasq; omnes: lectumq; iugalem
Quo perii superimponas: abolere nefandi
Cũcta viri mõumẽta iubet: mõstratq; sacerdos
Hec effata silet: pallor simul occupat ora.
Non tñ anna nouis pretexere funera sacris
Germanã credit: nec tantos mente furores
Concipit: aut grauiora timet quã morte sichei.
Ergo iussa parat:

r Ignara futu. S. Immemor suę dispositionis.
s Ter centum deos. S.i. ter centum nomina: vnde Hecate dicta est: quia cētum habet potestates. C. Ter centū tonat idest ter tonat centum potestates lunę: vnde & ipsa hecate: qm̄ ecaton.i. cētum habet dicitur. Ter dixit: quia hic numerus sacris aptissimus est. Vnde in Buco Terna tibi hęc primum triplici diuersa colore Lycia circundo: terq; hęc altaria circū. Effigiē duco.

dū florē ętatis: e Nigri lacte. S. nigri noxii: vł quia nigri sunt homines post venenū: vel sūt herbę nigrę lactis.i. succi. Et periphrasi dicunt significari agreste papauer. C. Nigri cū lacte. pulchre vsurpauit: vt sępe cū verba pro verbis posuit: vt ora corticibus sumūt horrēda cauatis pro personis. Et discolor vñ auri ꝑ ramos aura refulsit: Quid eīm est auro aurieergo etiā pulchrę fecit cum opponit nigrę lacti. dicimꝰ aūt lac lactis: vt lac mihi nō ęstate nouū nec frigore desit. Plau. tñ lacte in nominatiuo posuit: vt nec aqua aquę: nec lacte lacti. In plurali aūt nūero hę lactes: licet pro pingui sumantur: tñ proprie sūt crassius & tenue intestinū propter molliciē: vel cādorem sic dictę. Prisci. ait hę lactes ptes sūt intestinorū a greco. γαλαχηλδες Persius cum lactibus vnctis. f Et matri prere. amor. S. refert Pli. pullos equinos habere in fronte quandam carnem quam statim his natis adimit mater: quam si quis preripuerit pullum odit: & lac ei denegat Iuue. Cui totū tremuli frontē c.sonia pulli infudit: merito ergo credunt amorē creari ex carne sine qua mater nō alit ex se creatum. C. Et matri prereptus amor. Plinius ait. Equa stans parit: preter ceteras diligit fœtus: & sane equis amorꝫ innascitur veneficium hyppormanes appellatur. Est eñt carnicula in pulli fronte nigro colore carice magnitudine quā statim edito partu vorat: sed si eripiat̄ fœtum non amat.
g Mola. SERVI. Farre & sale. q̄ ipa Dido mola et piis manibus deos testat̄.
h Vnum exuta pedem SERVI. Id eīm agitur: vt ista soluatur: & innectatur Aeneas.
i In veste recincta. SERVIVS. quia supra dximꝰ in sacris nihil solere esse ligatum precipue eius qui amore vult solui.

t Tonat. S. perite dixit: Nam in aliquibus sacris imitabant̄ tonitrua.
v Herebū. S. inferoꝝ ꝑ funditate. x Ter geminā. C. quasi triformē. Triformis eīm est eiꝰ virtꝰ: nouilunii eīm eius vīm cādidis & aureis vestibus: & ardente face exprimūt. Cista vero cū iā media sit q̄nā crescente lumine frugges maturat. Plenilunium aūt ferūginio colore notarūt: ait Eusebius de prepa euan. y Tria virginis ora di. S. iteratio est lunę dianę proserpinę. C. Tria virg. ora. idem dicit: vel exprimit tria noīa luna diana: & ꝓserpina. Chaos. i. oīm elementorū confusio fundo quā sotiā demogorgōis poetę fingūt: & ex eius tumultuante vtero eundem Demogorgonē forti manu adiuuantem tres parcas: e pugna eduxisse ferūt
z Simulatos. S. nā q̄ in sacris haberi nō poterāt simulabant̄. & habebātur proveris. a Auerni. S. ꝑ auernū descensus est ad inferos. b Ad lunā. S. Nam herbę ꝑ lunę ratiōe tollunt̄: nec oēs eodē mō. c Ahenis. S. ꝑite dixit: nā alię velluntur: alii incidun tur: & hęc ad lunā. i. ad lunę obseruationē. C. Ahenis: ab eo q̄d est æs fit æneus æreus: & per dissolutōē dyphtōgi ahenus. imitatur aūt sophoclum: qui inducit medeā herbas noxias: sed auersam: ne se lędant secare: & succos ī cados æneos infūdere: oīno autē ad rē diuinā pleraq;

At regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti: tedis: atq; ilice secta,
Intenditq; locū sertis: et fronde coronat
Funerea: super exuuias: ensemq; relictum:
Effigiemq; toro locat haud ignara futuri.
Stant arę circum: & crines effusa sacerdos
Ter cētū tonat ore deos: herebūq;: chaosq;:
Ter gemināq; hecaten: tria virginis ora dianę.
Sparserat et latices simulatos fontis auerni:
Falcibus et messę ad lunā querūtur ahenis
pubentes herbę: nigri cum lacte veneni:
Queritur et nascentis equi de fronte reuulsus
Et matri prereptus amor:
Ipsa mola manibusq; piis altaria iuxta
Vnum exuta pedē: vinclisq; in ueste recincta
Testatur moritura deos: et conscia fati
Sydera. tū si quod non equo fœdere amantes
Curę numē habet: iustūq; memorq; precatur,
Nox erat: et placidum carpebant fessa sopore
Corpora per terras: syluęq; & sęua quierant
Aequora: cū medio voluūtur sydera lapsu:

ænea adhibebant̄: ꝑcipue in sacris lunę. quibus aut deuouere: aut pellere aliquos morbos volebant. Hinc Plau. Mecū habet pagus. morbū. æs. Carminibꝰ ait æneis aratris ad cōdēdas vrbes esse vsos: vt in sacris targeticis apparet. & Sabinos æneos cultros ad tundendos sacerdotes facere. Aes naturā habet stipticam: vnde medici squamas eiꝰ adhibēt remediis: q̄ cōtra putredīnē auocant̄ Preterea qui in metallo aeris morant̄ semꝑ sanitate oculorū pallent: & q̄bus antea nudatę palpebrę fuerant: illic coueestiunt̄ Aura eīm q̄ ex ære ꝑcedit in oculis incidens: haurit & exsiccat quod male influit. Aristo. ait vulnera ex ære minus esse noxia: & facilius curari: q̄ quę ex ferro. d Pubentes. S. quia alię siccę: alię viridiores legūt: & īter hoies: & herbas reciproce sūt translationes. sic eīm pubentes herbas dicimus queadmo

k Conscia fati. SERVIVS. planetas quibus fatorum ratio continetur.
l Si quod non equo fœdere amantes. SERV. cōpone. tū numen precatūr si quod curę habet amantes non ęquo fœdere. Si quod: Bene dubitat: vtrum super res male positas habeat potestates: Inuocant autem contrarium cupidini: qui amorem resoluit: aut certe cui curę est iniquus amor: scilicet vt implicet non amantem.
m Iustum memorq; precatur. SERVIVS. vt expugnetur: qui est causa discordię.
n Nox erat. SERVIVS. protenditur hęc descriptio ad exaggerationem vigiliarum Didonis.
o Syluę. S. Ex opinione eorū: qui dicunt oīa quę crescūt animalia esse. p Aequora. S. elementa etiā animalia eē

voluerũt: vñ in septio Aequora mulcebãt cantu. q Tacet ager. S. ea quę in agris sunt. C. Cum tacet omnis ager. Sũma excitatur in D donẽ cõmiseratio ex hac Chronographia: & longiuscula narratione: cũ ostendatur nullũ eẽ animaliũ genus: quod nocturno tẽpore somnũ nõ capiat. Solã autẽ Didonẽ ex nimio amore nõ posse dormire. r Oculis aut pecto. S. nam potest aliquis somnum sensibus capere & mente turbari. s Noctem. C. somnũ. t Ingeminant. C. duplicãtur: nã p tenebras spiritus obscuriores reddũt. Vñ omnia quę nobis tristia obueniunt: tunc tristiora efficiuntur. amor item crescit: nam in die multis negociis occupatus anim⁹ amori se subtrahit: noctu vero cũ ab his cessemus: solus amor mentẽ occupat. hinc insomnem noctem ducunt amantes: et ante lucem surgũt: quod per Damonem in bucolicis significauit. v Resurgens. S. grauior est cum resurgit. x Irarum. C. Et ad amorem referas: & ad mortẽ. Nam & si amabat: tamẽ amori irata erat: tanq̃ ab eo male affecta. Cõtra etiam q̃uis mori decreuisset: tamen repugnabat natura: quę cõseruationem sui exoptat.

y Fluctuat ęstu. C. Similimus est mari appetitus. Nam mare ventis nõ agitatum tranquillũ est: si rursus ab illis vexetur in maximas tempestates erigitur. sic & appetitus: si nulla perturbatione moueatur: pacatus manet. Sin vero i eo vna plures ve perturbationes citãtur: nihil illo turbulenti⁹ efficitur. Recte ergo fluctuat ęstu: vt sit a mari translatio. y Insistit. C. quia nõ discedit a turbulentissima ratiocinatione. ʒ Secũ. C. quod durũ est qa caret eo qui consulat: & q cõsulet. a En qd ago. S. demõstrãtis pticula et pq multa cogitasse demonstrat. & sic prupisse. En quid actura sum. Est autem communis cũ principiũ & cõgrue amatrici datũ. Sic Teren: Quid igit faciã. Nã hęc cõiũctio multa eã cogitasse significat. b Rursus. S. duo significat: frequẽter iterũ: raro vicissim .i. mutuo .i. denuo: vt hic. C. Rursus ne. pro. Consultatio erat cũ amore periret: quid potissimũ faceret. vtrũ amori ne mederet. quod maxime fit: si nouũ amorẽ ineamus. Nã amor amore velut clauus clauo truditur. Et vt ait Naso Successore nouo tollitur omnis amans: an pristinũ retinens Aeneã seq̃ret: an morte dolores exueret? Cõcludit aũt cũ non possit mederi nouo successore: qa in aliis iã a se irrisis nulla esset spes hñda. cũq̃ rursus Aeneã seq nõ valeat p̃pter rõnes quas affert: solũ hoc restare: vt moriat: cũ ęneę desideriũ ferre nequeat. c Numadas pe. S. Inuidia a psonis petã mulier: & regina nomados .i. vagos. d Maritos. S. s. futuros. Est aũt locutio dedignor illã rẽ: & illa re. e Vltia iuss. S. aut ĩtelligim⁹ ęneã obtulisse nauigãdi facultatẽ. aut Teucrorũ iussa nõ q̃ ipi iussẽrãt sʒ ea q̃ iussa sũt a Ioue vt nauiget hęc sũma est.

Cũ tacet omnis ager. pecudes pictęq̃ volucres.
Quęq̃ lacus late liquidos: quęq̃ aspa dumis
Rura tenent: somno positę sub nocte silenti:
Lenibant curas: & corda oblita laborum.
At nõ in foelix animi phoenissa: nec vnq̃
Soluit in somnos: oculis ue: aut pectore noctem
Accipit: ingeminant curę: rursusq̃ resurgens
Sęuit amor: magnoq̃ irarũ fluctuat ęstu:
Sic adeo insistit: secũq̃ ita corde volutat.
En quid ago: rursus ne procos irrisa priores
Experiar: numadũq̃ petã cõnubia supplex:
nuper flans atros fecerat.tempestatis eñi hec est natura vt rel.quias venti teneat.eã in alteri⁹ flatu. ❡ Atros. Ait Pli. non esse maris certũ colorem.sed pro vẽtorũ qualitate mutari:& aut flauũ esse:aut luculentũ:aut atrũ. D. Atros aqlone:at qui nõ est aptus aquilo ex affrica in italiã nauigantibus:sed vel posuit spetiẽ pro genere.vel naui gabat aquilone.quia ex secũdo Iouis p̃cepto statuerat Carthaginẽ relinquere quocũq; illũ ferrent venti:vt etiã aquilone flante enauigarent quo illi ferrent. C. Fluctusq; atros. Varii enim venti:varios mari colores afferunt:vt aparet apud Home. d Respiciens. C. Ex amore q̃q̃uis italiã vt deo obseq̃ertur peteret: tñ nõ poterat nõ moueri amore quẽ erga Didonẽ gerebat. Discedere eñi Aeneã a Didone nihil aliud est (vt in alligoriis ostẽdimus) q̃ virũ egregiũ a Ioue p Mercuriũ monitũ.i. a deo p doctrinã eruditũ a vita actiua ad cõtẽplatiuã trãsire. Sed cũ nõdũ in eo virtutũ genere q̃ animi iã purgati dicunt̃ cõsistat sed in virtutibus purgatoriis cõstitutus sit: q̃q̃uis diuina p̃cepta (q̃bus celestia cõtẽplari:& terrena despicere iubemur) seq decreuerit:tñ nõ p̃t nõ cõmoueri cupiditate rerũ terrenarũ p̃sertim earũ in quib⁹ virtutes ciuiles versant̃: nã bene regere se: domũq; suam ac etiã rẽpubli. nõ minima virtus:neq; damnatur vita actiua. q̃ a iustitia non discedit:nã si legit̃ Maria optimã pt̃ẽ elegit: sequit̃ q & Marta bonã potuerit eligere:sed de his plenius disputauim⁹ ĩ primo libro Chamaldulẽsiũ questionũ. e Collucẽ. S. in honorẽ eñi regis cũ faculis p̃cedebat̃ a pp̃lo: Hinc de pallante:lucet via lõgo ordine flãmarũ. Postea etiã funebres lectos p̃ferre ceperũt:vñ in sexto: vel que Tyberine videbis funera cũ tumulũ preter labere recentẽ. f Que tãtũ. S. ait varro. Aeneã ab Anna eẽ adamatũ: q̃q̃uis eñi plurimũ intersit tẽp⁹ tñ lectũ est. g Causa latet. C. Nesiebat quidẽ sed vis polluti amoris:& furor fœmine⁹ cõiecturã faciebat ignes esse regales. q̃ Dido se interfecisset q̃d eos tristitia afficiebat:q̃ñi illud esset malũ auguriũ. h Duri magno. S. Nesciebat cãs:sed cõiecturis illuc ferebãt̃. i Ducũt. S. m̃lti dicũt diducũt.i.lacerãt.vt ad dictas duas cãs tertia accedat:p̃cedebat inquit animos troianorũ q̃ nascebant̃ duri dolores amore polluto q notus erat fœmine furor:q ignẽ rogi videbant.i.omẽ nauigantibus triste vt per triste valde triste:sed sic intellexerimus tertio dicto congruit tm̃ nõ etiã superioribus. Nec eñi troiani nauigãtes poterãt:aut de amore:aut de furore Didonis eẽ solliciti. k Rates. S. p̃ nauib⁹ abusiue ponit̃. l Olli. S. tunc aut illi. m Supra caput. S.i. ineuitabilis mortifer.nec simpliciter dictũ; cũ oĩs hymber supra caput sit. C. Caput a capiendo dicit̃:q̃a omnes sensus capiat.quod aĩo mẽbro nõ cõtingit. Inde capilli:capitis pili. n Imber. C qui maiori impetu fert̃. Nã pluuia lentior est:& magis iugis. o Tenebris noctis & nubiũ. p Ipse. S. Qui debuit esse solatio. C. Ipse.q.d.cui credendũ erat propter rei scientiã. q Ab alta. C. e loco q̃ cũcta recte prospicere posset. r Quia nã. S. cur. aduerbium est interrogãtis quo vsus est bis.hic:& in decimo. Cœlicole magni:quia nã sententia vobis versa retro. s Colligere S. cõtrahere: nõ penitus deponere. Nã dicit obliquatq; sinus in uentũ. t Arma. S. vela v Validis remis. C: id est ip̃os validos incumbere remis. x Auctor. SER. nostre nauigationis: vl̃ loquit̃ secũdũ vsum:nec si hui⁹ rei auctorẽ se iuppiter faciat. Sed cur hoc dicit cũ Apollini hoc det scribens. Tot maria intraui duce te. Sed legimus. Que phœbo pater oĩpotens:& specialiter nauigatiõis ex Affrica auctor est iuppiter. y Hoc cœlũ. C. hac q̃litate cœli.i. aeris. Optime aũt Iouẽ noĩat.& q̃a dis oĩbus preest:& quia aer interp̃tatur. Oñdit aũt nõ vanũ fuisse triste augurium:q̃ñi secuta sit atra tẽpestas. ȝ Transuersa. S. aduerbiũ factũ de noĩe: vt rauca sonant. Nã nomẽ & aduerbiũ sepe trãseũt in se:vt Toruũq; repente clamat. Itẽ aduerbium in nomẽ:vt dũ mane nouũ. Et Persi Iã cras hesternũ cõsumpsimus:ecce aliud cras Sed nomẽ in aduerbium transiens fit indeclinabile. Plau. a mani ad vesperum. Mane aũt propter tetraptotẽ ñ dixit. Nã cũ in alienũ i⁹ transeũt he p̃tes nõ suis:sed earũ ad quas transeũt vtunt̃ p̃tatib⁹ dũtaxat in declinatiõe. Nã tẽporũ rõne suã seruãt vt hic Nã cũ aduerbia a in vltimis p̃ducũt:vt frustra. Inde & frustra cerno te tẽdere cõtra. tñ hic trãsuersa secũdũ rõnẽ noĩs corripuit. a Et vespere ab atro. S. s. quo tendim⁹. nec sine ratiõe post gñalitatẽ addidit speciẽ. b In nubẽ cogit̃ aer. S. nã aeris dẽsitas facit nubẽ vt densat erãt q̃ rara mõ:& q̃ densa relaxat. C. In nubẽ. Ex vaporibus eñi a terra ascendentibus cõdensatur aer:& partes in illo densiores vertunt̃ in aquã. hec eñi mutua est elementorũ cõuersio:vt etheris crassiores p̃tes in aerẽ:et aeris in aquã:& aq̃ in terrã vertant̃ & rursus subtiliores terrarũ in aquã:& aque in aerẽ:& aeris in etherẽ vertant̃:nihilq; ex ip̃s deperit. sed mutua fit cõuersio. c Superat q̃ñi for. se. C. ostẽdit prudẽtis esse fortune cedere:& inseruiẽdũ tẽpori. Quare aũt prius esset parentãdũ Anchise:q̃ eundũ in italiã:in allegoriis dictũ est. d Nec littora longe. S. suadet a facili. e Fida. S. p̃pter Acestis affinitatẽ. f Fraterna erycis. S. p̃pter ericẽ bute

& Veneris filium. secundum alios Neptuni & veneris. C. Eryx quartus fuit a neptunno. Neptũni eñ filius fuit amycus. Amyci aũt butes. Butes aũt ex venere genuit Erycem qui (teste Diodoro eiusdẽ insule viro) rex Sicilie fuit: qui ob maternũ genus in maxima gloria fuit: & in eo monte: quẽ a se denoĩauit: vrbẽ cõdidit: & in arce templũ matri posuit multis donariis ornatũ: quod vetustate ipsa creuit. Nã & Aeneas in italiã veniens: illud vehemẽter excoluit. Deinde multis seculis illud siculi celebrarunt. Post et ã Carthaginenses coluerunt: postremi Romani in eo: oẽs superarunt. Quisquis eñ cũ imperio in insulam veniebat: donis templũ ornabat: & ludis & mulierũ cõsuetudine: oĩ abiecta tristitia: hilare sacra faciebãt. Sed q̃d maximũ fuit. xvii ex Sicilie vrbib⁹ huic templo aurũ pendere iusserũt additis militibus qui tẽplũ custodirent. hec Diodorus. Strabo autẽ etiam scribit illud singulari veneratiõe coli: & antiquit⁹ mulierũ frequentia refert illius ministeriũ dicatum quas & ex Sicilia & ex externis regionibus multi locarãt: Hac tẽpestate et ipsa Colonia: & templũ pene desolatum est: Sed & Rome est añ portã collinã tẽplũ: q̃d appellant Ericine veneris: cui cũ ede sacra in signis adiacet porticus: Cęterũ mons ipse Drepano propinquus est.

Fida reor fraterna erycis: portusq; sicanos,
Si modo rite memor seruata remetior astra,
Tum pius Aeneas: equidẽ sic poscere ventos
Iamdudũ: et frustra cerno te tendere contra:
Flecte viã velis: an sit mihi gratior vlla:
Quoue magis fessas optem dimittere naues:
Quã que dardaniũ tellus mihi seruat acestem:
Et patris anchise gremio complectitur ossa:
Hec vbi dicta: petunt portus: et vela secundi
Intendunt zephyri: fertur cita gurgite classis:
Et tandem leti note aduertuntur harene.
At procul excelso miratus vertice montis
Aduentũ: sotiasq; rates: occurrit acestes
Horridus in iaculis: et pelle libistydis vrse:
Troia criniso conceptum flumine mater
Quẽ genuit: veterũ non immemor ille parentũ
Gratatur reduces: et gaza letus agresti
Excipit: ac fessos opibus solatur amicis:
Postera cũ primo stellas oriẽte fugarat
Clara dies: sotios in coetum littore ab omni

g Sicanos. S. corripuit si. alibi producit: vt Sicanio ptenta sinu. h Rite. SER. i. si rite remetior astra coelo añ seruata. s. añ tẽpestatẽ. Colligit aũt vicinitatem ex ratione cursus: q a peritis his horis colligit: quas indicant sydera. i Iãdudũ. S. ñ in hetoicũ est q̃d dat Aenee peritiã gubernandi: sed etiã ad pãoeconomiã pertinet: dicturus eñ est: Et ipse ratẽ nocturnis rexit in vndis. k Flecte viã. s. interra nos flectim⁹ de uia. in mari ipam viã flectim⁹. l Fessas naues. S. i nos fessos. m Dardaniũ acestẽ. S. vt supra diximus: Hipotes filiam suã Egestã ne ad cetos relegaret: nauiculę superposuit. et misit quo sors tulisset. Hãc ad Siciliã delatã. Crinisius fluuius amplexus est. cõuersus in canem. vñ Acestes est natus. n Seruat. S. tenet: vt: & tantas seruabat filia sedes. o Petunt. C. Petimus cũ ratione. Appetimus cũ affectu: Expetimus honesta. p Secũdi. S. iã secũdi post cõuersionẽ. q Fertur cita gurgida. C. Ipsa cõpositio verborũ celeritatẽ fugientis nauis & sonitũ quẽ odit: nobis añ oculos ponit. r Tandẽ. S. vacat. Vt & quo sub coelo tandẽ: nã cur tandẽ: cũ dicat: fert cita gra. clas. C. tãdẽ. potius ad desideriũ. Nã animo cupienti nihil satis festinat: quã ad longitudinẽ tpis refert. Nã nauigatio breuis: & celerrima fuit.

s Miratus. S. qui mirabat aut certe miratus occurrit. t Horrid⁹. S. horribil. v Lybistidis v. S. Aut reuera vrse: aut fere africane. C. Lybistidis. Puto significari fabulã Ibisca eñ Sisiphi filius condidit in sycilia vrbẽ de suo nomine appellatam Silli⁹. Sed decus haud: vllum pulchri⁹ oris: quã q̃ formauit nomẽ Ibiscę. x Gratat et occurrit: D. impatiẽtiã cupiẽtis gratulari: significat Et paternũ pelle refert hitũ. erat ei nat⁹ ex fluu oct fluuii pene nudi sine ambitione vestiũ pingũt. C. Gratatur. grator te: & gratulor tibi dicimus. i. letum me p tua re prospa prebeo. Gratificari aũt rẽ gratã facere. & habet nescio quid cõiunctiuũ cum adulatiõe. Sal in iugurta: nisi forte quẽ inhonesta et pniciosa libido tenet paucorum potentie dec⁹: atq; libertatẽ suã gratificari. y Gaza. S. opib⁹ rusticãis. nã gaza aois fruct⁹ est. z Letus. C. liberalis. Nã liberales leti dicũt. Sic cõtra Teren. dixit inuitat tristis: quasi inuitus: nã isti nõ dãt leti. a Solat. Nã ꝑteritas angustias rerũ pse tũ copia solari poterant. a Agresti. DO. Agrestes sunt epulę de quibus ait ĩ bucc. Sũt nob; mitia poma: castaneęq; molles et pssi copia lactis. his adde repossum⁹ oua: et herbas. b Stellas. C. stellę q̃ oẽs dicuntur fixę octauo coelo: nõ qui ipę q̃z cõtra suum coelũ nõ eãt: sed adeo tardo sunt motu. vt moueri nõ videãt. Nam cẽtesimo fere anno gradũ vnũ qui est trigesima pars vni⁹ signi: q̃ duodecim sunt cõficiũt. Vñ totus zodaicus pagit sex & triginta milibus annorũ. Stellarũ numerus incognitus est astronimis. Milie eñ et sex centũ sunt solũ illę quarũ cognitiõe; hñt: q̃ qdẽ. lxxii. signa cõficiũt. Vt si exẽpli causa dicam⁹ cignũ i coelo esse vnũ: & arietẽ aliud signũ. Et cygnũ quidẽ habere stellas. xiii. Arietẽ. xvii. Ergo stellas dicimus illas singulas. Cõfigurationẽ aũt ex multis stellis appellamus signa. q̃uis iuniores astrologi signa solũ dicant illa. xii. q̃ sunt in zodiaco. s. arietẽ tauũ geminos cãcrũ: leonẽ: virginẽ: librã: scorpionẽ: sagitariũ capricornũ: aquariũ pisces. Reliquas aũt cõfiguratiões: imagines: & nõ signa noiant. Sed apud scriptores promiscue: & signa & imagines inuenimus. Preter aũt has omnes stellas: septẽ alię sunt nõ in octauo coelo: vt illę. s. d singulę in singulis septẽ coelis inferioribus. vt in septimo sit Saturnus. in sexto Iuppiter: in quinto mars: in quarto sol: in tertio venus: in secũdo mercuri⁹: in prima luna. Et hę stellę planetę dicunt. i. erratiles. Nam. πλανω greçe erro significat. quia manifesto cernũt cõtra suũ coelũ ferri: inde retrogardi sunt. c Fugarat. S. poetice dixit. Nã stellę alĩ: ex coelo sũr: ꝑter planetas: & a stãdo dicũt. d Coetũ. C. Co



Aduocat æneas: tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidę magni: gen⁹ alto a sanguine diuū:
Annuus exactis completur mensibus orbis:
Ex quo relliquias diuiniq; ossa parentis

ciliū. Vt & cœtu cinxere polū. e Exaggere. C: Nā qui verba habent ad populū ex loco superiore fāt. f Dardanidę magni. S. frequenter (vt diximus ad opus suū Virgilius) aliqua ex hystoria deriuat. Nā sic omnia inducit q̄si diuini honores soluātur Anchisę: quos constat Iulio Cęsari fecisse augustū. C. Dardanidę magni. Captat beniuolentiā a nobilitate: quā cū cōmemorat: ostendit esse causam: ne desererent honores Anchisę: & facit rem verisimilem. facile em̄ potest credi: ex genere a deis profecto oriri aliquē deū. g Genus alto a sa. di. S. bene sic dicit. Nam per tacitā œconomiā ostendit: debere Anchisen generis sui honorem mereri: vnde est. Diis genite & geniture deos. h A sanguine diuū. S. diuū aūt: & deorū sępe indifferenter ponit: quāq; sit discretio: vt deos perpetuos dicam⁹. Diuos aūt ex homine factos: quasi qui diem obierint: vñ diuos & imperatores dicimus. Sed Varro & Atteius contra: dicentes diuos perpetuos. Deos qui propter sui consecrationem timentur: vt sunt dii manes: quod tangit in. xii. Turni sic est affata sororē: diua deā stagnis quę fluminibusq; sonoris presidet. i Annuus orbis. S. quia menses in se currunt: & annū faciūt: vñ annulus quasi & annuus. Sic alibi. Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. C. Annuus Apud antiquos annus. quia ex reuolutione syderum ē: triplex notatur. Minor em̄ est ex reuolutione lunę: q̄ cum terrę proxima sit: vehemē·er in corpora agit. Constat autē ex diebus viginti & octo. Celerrima est propter breuitatē suę sphęrę: & quoniā proxima terrę: videt̄ maior reliquis syderibus excœpto sole: & tn̄ minima est omniū excepto Mercurio. Post hunc est ann⁹ solaris: qui vere ann⁹ dici potest: quia cursu suo omnia tempora distinguunt: efficit tenebras: mane: meridiē: vesperū: efficit: ver: estatē: autumnū: hyemē: totum deniq; zodaicum trecentis & sexaginta quinq; diebus: & besse & semisse peragit: ac pręterea centussę. i. cētesima parte vnius diei. Ergo vt omittā annū priscorum Romanorum: de quo explicatissime dicit̄ apud Macrobiū: Iulius cęsar dictator primus ad rationē mathematicorū: vt etiā ęgyptii faciebant: Romę annū redegit: qui cōstaret ex trecētis et sexaginta q̄nq; dieb⁹: & q̄drante: & q̄m singulis annis quadrantis ratio haberi nō poterat: instituit: vt quarto quoq; anno dies vnus intercaleretur post vigesimū quartum diē februarii. i. kalendis marcii. & q̄m is dies bis repetebatur: bisextilis dictus est. k Diuum. S. aut laus est: vt diuini opus Alchimedontis: aut Vaticinātis: vnde est. nunc repeto Anchisen fatorū archana reliquit. l Aras. SER. medium se prebet. Nam & hominem fuisse nouit: & vult eū ex consecratione numen effectū. Nam

moestas aras ad hominem pertinet.i.diis manibus cōsecratas ꝙ paulo post dicit. Altaria liquit: pertinet ad diuinitatē post apothosin: vnde est adytis: quę sunt templorū.& successit tumulo: quod est hominum.

l Nisi fallor. S non quasi nescius dixit: sed ꝓpter anni confusionem: nam ante cęsarem (cuius rationem de anno nūc sequimur) intercalcabant dies: vt in verrinis legimus. Sunc non congruente ratione. Annum autem primo Eudoxus deinde Hypparcus: deinde ptolomeus: ad vltimū cęsar deprehendit. m Acerbū: S. propter perditum patrem.

n Honoratū. S. quia de us sit effectus.

o Sic dii voluistis. S. de diis semper salua veneratione loquitur: sicut inter tio. sic visum superis.

p Agerē. S. essem.& bene aut desertos: aut hostiles memorat locos.

q Argolico. S. Ionico: & adriatico.

r Deprensus. S. occupatus.& ꝓprie nauigantiū est. vt deprēsis olim statio gratissima nautis.

s Micenę. SER. vt vrbē patauī: & grece vsus ē singulari: vt Iuuena. Atꝙ vetus thebę cētum iacet obruta portis. et ab eo quod est Mycene mycenes dixit mycena mycenę. Vel ē mycene in ablatiuo.

t Annua vota & pompas. SER. Hęc quasi numini.

v Suis donis. SER. congruis: sunt tm̄ tantum superiorū. Munera sunt inferiorum: vt in Buc. Phoebo sua semper apud me. Munera sunt lauri.

x Nunc vltro. SER. Argumentum a minore ad maius. vltro. i. vltra. i. insuper vel sponte sua non volentibus nobis. Quasi velit tempestatem ortā: non vt ab italia arcerētur: sed vt sacra renouarentur Anchise.

y Honorem. SER. non dixit exequias. Nam & vētos quasi a numine vult petere.

z Posita. SER. constituta. vt Et posuere in mōtibus vrbem: dicit autem petamus etiam hoc: vt velit nos etiam in vrbe constituta singulis quibusꝙ annis sibi sacra persoluere.

Condidimus terre: moestasꝙ sacrauimus aras:
Iamꝙ dies: (nisi fallor) adest: quē semper acerbū
Semper honoratū: (sic dii voluistis) habebo.
Hunc ego getulis agerem si syrtibus exul:
Argolico ve mari deprensus: et vrbe micenę:
Annua vota tamen: solēnisꝙ ordine pompas
Exequerer: struueremꝙ suis altaria donis.
Nunc vltro ad cineres ipsius: et ossa parentis
(Haud equidē sine mēte reor: sine numīe diuū)
Ad sumus: et portus delati intramus amicos:
Ergo agite: et cuncti letū celebremus honorem:
poscamus vētos: atꝙ hęc mea sacra quot annis
Vrbe velit posita templi sibi ferre dicatis.
Bina boū vobis troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues: adhibete penates
Et patrios epulis: et quos colit hospes acestes.
preterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit: radiisꝙ retexerit orbem:
prima citę teucris ponā certamina classis:

a Incapita. C. vt digerit in numerū. i. per ordinē: aliquando significat similitudinē vt curuat⁹ī arcū. i. ī similitudīe arc⁹.

b In naues. SER. per naues. Multa enim significat vt supra diximus. c Si nona diem. S. non de die qui certus est dubitat: sed de serenitate: vnde paulo post Serena iam luce: & est sciendum: quia apud maiores vbicunꝙ quis fuisset extinctus: ad domum suam referebatur: & illic septem reseruabatur diebus: octaua die incendebatur: nono sepeliebatur: vnde & Horatius Nouendiales dissipare pulueres: nam & ludi: qui in mortuorum honorem celebrant: Nouendiales dicūtur. Sciēdum quia etiam domi suę sepeliebatur: vnde est orta consuetudo: vt dii penates in domibus colantur. DONA. Nona diem. pręscripsit tempus ludorum: si tantum aeris temperies esset.& id ipsum nec nimis propinquum: vt possit pręparari celeritas: nec nimis lōginquum: ne haberēt diutinę expectationis tedium.

d Almum. DON. Tranquillum debemus accipere. Edixit aūt ludos nō impudicos: vt mimi sunt sed fortes: & quibus virtutes in homine accenduntur.

e Aurora. CRIST. prima pars lucis nondum sole apparente, dicta ab auri colore quo oriens vestitur cū apparet: appellat̄ & matuta: hinc dicimus matutinum tempus.

f Prima. SER. reuera prima: Nā cętera nō ea q̄ dicit editurus est ordine.

g Certamia. CRISTO. mos fuit apud priscos: vt in honorem maximorū virorū: presertim eorū q in bello oppetissēt: funebres ludi exhiberent. Fuerūtꝙ primę inferię: vt ex captiuis nōnulli ad tumulum mactarentur. hinc gladiatorum manus originem sumpsit. Primi autē ludi funebres: quorum memoria extet instituti sunt ab Hercule in honorem Pelopis eius ataui: & Ioui cōsecrati, dictiꝙ sunt olympici: quia apud olympū Archadię mōtem celebrātur in pisęis finibus. hos intermissos Iphitus eius filius instaurauit. hinc initiū habuit prima Olympias. Hi ludi iā expleto q̄rto anno: quinto incipiente agebantur. Primus in illis ipse Hercules coronat⁹ est. Qui cum a bello ad sacra conuersus esset. etiam a diis secundum Diodo. munera accepit. a Mynerua peplum: a vulcano clauum, & thoracem. Dedit Neptunnus equum. Mercurius ensem. Apollo arcū & illo vti docuit. Ceres pua mysteria ad purgandum centaurorū cędem illi ostendit: In his ludis victores oleastro coronabātur. Secundi fuere phocenses p⁹ phytonē serpētē in ab apolliē cęsum apollis honorē cōstituti. Eratꝙ victorib⁹ corona ex lauro Tertii achei ī Isthmo ob id Isthmii dicti ī honorē Palemōis: quē latini portunnū nominant: qui ex Me licerta homine deus marinus effectus est: In his corona ex pinu victoribus decernitur. Quarti argolici: q̄ nemeia a nemea sylua nominātur in Archemori honorem instituti sunt. Hic enim puer lycurgi filius fuit: & Opheltes appellatus. verū a nutrice dū fontē argiuis ī thebanū bellū ꝓficiscentib⁹ oñderat: temere humi relict⁹ a dracone ictus periit. Argiui autem in patris solatium: illi ludos instituerunt: & quia principium fati in de cœptum est: pro Ophelto archemorem appellarūt. Est illis corona ex Apio. vt ex herbę humilitate: ętas infantilis exprimeretur: vel quia in Apio iacens extinctus sit: hęc igiē

erant precipua genera ludorũ in gretia: quibus & plerique alii extarent: vt in actica: vbi celebrabant ludos Mineruę. in ægina Aeaco: in archadia lyceo Ioui. Tespiis amori. Oropi amphiarao. Argis Iunoni. & alibi aliis. h Aut iaculo incedit melior leuibus ve sagittis. S: idest iactu velotiũ sagittarum: vt vacet ve. Sic ista iunxit in nono. insidiis iaculo: & longe fallente sagitta: hoc est in iactu longe fallentis sagittę: Nam non exhibuit iaculatores. i Crudo cęstu SER. crudeli: vel duro: & dyphthongatur cęstus: quando pugillum arma significat: & pluralẽ habet numerũ: & est quarte formę. Cestus autem cesti sine dyphthongo tantum singularis numeri est & significat cingulum veneris.

s Rite. SER. secundũ ritum sacrificii: quod exigebat: vt libaret de mero Baccho: idest puro vino. t Carchesia. S. genus poculorum. v Humi. SER. terre. x Nouo. SER. vel statim mulcto: vel post fœtum: quod colustrum dicitur neutro genere. y Sanguine sacro. S. scilicet victimarum. Sacrificat autẽ partim quasi mortuo numero pari: partim quasi deo numero impari. vt cędunt quinas de more bidentes. Nã deus numero impare gaudet. z Purpureos. SER. ad sanguinis imitationem in quo est sedes animę Sic in sexto. Purpureos spargam flores. Item pupureasque sup vestes velamina nota, s. vt sedis suę cognoscat imitationẽ.

k Merite. DONA: per monet quod recto iudicio attribuetur palma. l Expectent. DONA. vel videãt vel sperẽt. m Palmę. SERVI. virtutis consequens pro precedenti positum. CRISTOFORVS. Palma hac arbore donantur victores: non solũ quia semper vireat: quod sibi cõmune cũ multis est: sed quod adeo per seuerãti motu erigitur: vt etiam omnia grauissima sufferat. Sunt quidem palmę in Europa vulgoque in italia: sed steriles. in maritimis hyspanię fructum ferunt: sed inuitem. dulcẽ in Affrica: sed cito euanescentem. In oriẽte vero plurimi ex hoc fructu vina faciũt. Alii etiam panem: Alii ex eo pecudes saginãt nulla sponte sua nascitur nisi in calida terra: nulla frugifera: nisi in feruida: mas est & fœmina. plurimę que feminę vni mari circũsistunt: que remoto sterilescunt. In cypro: quibus non maturescat: dulcis tamen est. Asyria. et persis syluas palmarum cęduas habet & ad lautiora vtitur: nouelli fructus intus lignũ nõ habent: vnde a spadonibus nomen sumpserũt: differunt colore: vt fici cãdidi: tamen gratiores.

h Aut iaculo incedit melior: leuibus ve sagittis:
Quique pedũ cursu valet: et qui viribus audax:
i Seu crudo fidit pugnã cõmittere cestu,
Cuncti adsint: meritque k expectẽt l pmia m palmę.
n Ore fauete omnes: et o cingite tempora ramis:
Sic fatus: velat p materna tempora myrto,
q Hoc helymus facit, hoc r eui maturus Acestes:
Hoc puer ascanius: sequitur quos cętera pubes.
Ille e cõsilio multis cum milibus ibat
Ad tumulũ: magna medius comitante caterua,
Hic duo s rite mero libans t carchesia baccho
v Fũdit humi: duo lacte x nouo: duo y sãguie sacro,
z purpureosque iacit flores, ac talia fatur,
a Salue b sancte parens: iterum saluete c recepti

a Salue. SER. Salue & vale secundum Varro. in logistoricis synonima sũt vnde his insultationibus & execrationibus vtimur Teren. Valeãt qui inter nos dissidiũ volunt. Vnde hęc etiam mortuis dicimus: non quod eis optemus salutem: in quibus nulla esse potest. sed vt significemus nos ita digredi: vt ostẽdamus illos nunque in nrãm cõmunionem esse venturos. distingue etiam. nam quo tempore sepeliit dixit salue & vale.

b Sancte. DONA: vt significet iter deos receptũ: Nã in secundo libro: quia viuus erat: et ab eo minime diuelli volebat: non sancte dixit: sed care.

c Recepti necquicque cineres. SERVIVS. Cinere. pro ipso patre posuit. ac si diceret. Salue pater de troia liberate sine causa: propter quod seqr. Nõ licuit fines italos fataliaque arua. ❧ Recepti iterum. Alii hystoriam referunt supradicta distinctiõe mutata: vt dicãt. Recepti iterum cineres: semel ex troia: semel a Diomede: qui dicitur ossa eius eruta: cum Palladio reddidisse. ❧ Neccquã aũt secũdum epicureos qui dicunt omnia perire cum corpore. CRISTO. Cineres. Hic mos apud Romanos fuerat vt cadauera cõ

n Ore fauete. SER. apto sermone: & sacris ludis vtitur. Nam in sacris taciturnitas: in ludis necessarius est fauor: fauet quis ore etiam per taciturnitatem. Hora. Fauete liguis carmina non prius audita musarum sacerdos. DONA: Ore fauete: in sacris significat indicere silentium: hic vero admonet: vt lętis clamoribus fauorem accomodent.
o Cingite tempora ramis. SER. Ex more romano: vbi omnis ętas coronata ludos spectabat: quod ostendit per Aeneam: acestem & ascaniũ. per quos omes ostẽdit ętates.
p Materna. SER. vel quia filius: vel quia Veneris sacrificaturus marito. q Helymus. S. Princeps troianorum: qui dicitur tres in Sicilia condidisse ciuitates. DONA. Hoc hely. Acestes & ascanius. quia omni ętati cõgruebat. ❧ Iterũ. nam primo salutauerat tamen sepeliit.
r Aeui maturus. SER. Honestius quam si euo maturus diceret.

burerent: quam consuetudinẽ ostendit in Mysenj funere. fuit etiã & apud alios. Nam cũ Pli. ponat esse speciẽ lini: quo non vtatur: addit regum funebres tunicas: ex hoc lino corporis cineres a reliquo separare cinere: non tamẽ apud omnes cõburebant. Neque semper Romę cõbusta sunt. Aegyptii vero tãto artificio cadauera cõdebãt: vt ne pili quidẽ inde deffluerent. Quapropter multi ita suos domi habent: vt multarũ ętatũ pgenitores suos conspicere possint quãtitatẽ: & habitu corporis, ac forma & liniamẽtis integris ait Hero. & Diod. Idẽ Diod. refert quosdã eẽ in ethyopia: qui cadauera in flumen iaciant: id optimũ sepulchrũ putantes: aut vitro circũlitos domi seruant: alii fictilibus condũt ac infodiunt. Idem refert in Balearibus insulis cadauera in funere fustibus cõfringi solere: ac mox fictilibus cõdita multo lapide obruere. Herod. scribit Aethiopas: quos a lõga vita macrobios

appellant cadauera desiccare. deinde pingendo ad pristinā figurā reducere. Deinde columnos adnixos ad annum dom: retinēt quo exacto magna pompa per vrbē circūferunt. Nasamones mortuos sedentes in sepulchro collocāt: Cauent etiā ne quis aliter q̄ sedens animā emittat. Massagete eos qui morbo pereunt: vt impios & dignos qui a feris lanientur abiiciunt. Caspii eū qui septuagesimū annum excesserit in solitudinē exponunt: qui si ab auibus lanieē foelix creditur: si a feris vel canibus nequaq̄: si a nullo infoelix. Quidā in iudea vulturib⁹ mortuos exponūt. Assiry ī melle condunt: & cera obliuunt. Sabei pro stercore cadauera habent: & sterquiliniis etiā reges sepeliunt. Magi nō humāt corpora: nisi antea a canib⁹ lanieē. In hyrcania plebs cōes alit canes opinantes domesticos: vt ab eis lanientur. Plutonē aiunt primū funera instituisse.


d Animeq̄ vmbreq̄. S. Plato & aristo. Et omes periti dicūt in homine q̄tuor esse aīas: Aliam vitalem: vt in vermibus: q tm̄ mouenē: aliā sensualē: vt in multis animalibus: in quibus est sensus timoris & gaudii. Tertiā itellectualem: vt in hoībus: qui et cogitare: & iudicare possunt. Est quarta infra omnes que phisice dicit ī herbis & arboribus que mo tu carentes oriuntur: cre scūt: & occidunt. Homo horū oīm pticeps est: vñ Salusti. Alterū nobis cū dis: alterū cū beluis cōe est. Si aūt quattuor sunt aie totidē erūt et vmbre: vt si qs inter geminas stet lucernas: geminā vmbrā creat. hoc de animis etiā Lucretius tradit. Sed non tātum veritati studet: quantum secte epicuree. Alii tñ dicūt vmbre esse gtm̄ singlarē: vt sit: cineres anime & vmbre paterne: q̄d nō valde pbandū: cū i ecvmbra: nec aia cineres hēat. D. aieq̄ vm. Cas⁹ geniti ē in singlari. ¶ s Rurs⁹. quia inimicorū manibus fuerant effossi: & iterū sua opa cōditi: q̄d bn̄ficiū cū nō reserit mortu⁹ dixit nec quicq̄: & bn̄ dictū est ex psona filii q viuo q̄ mortuo bn̄fitiū pstare maluisset. e Non licuit. D. ppter q̄d in tertio dixit. Heu tantis nec q̄cq̄ erepte piclis. f Quicū q̄ est. S. tedio lōge nauigationis hoc dicit. g Lubricus. S. labilis. alias locū dicit: vt p lubrica surgens. h Septē iū. S. p magnitudinē loci geniū vult pbare: nullus eñ locus caret genio. q p anguē plerūq̄ ondit. Persi. Pinge duos augues pueri sacer est locus: extrameite discedo. Locus ex Home. q inducit grecos apud Aulidē omē decēnalis belli ex serpente colligisse. q etiā matrē cōsumpsit nouē pullis comesis. Sic & nunc gyris finem errorū Aenee ostendit qui septē annos durarūt: et est optimū figmētū. Annus eñ ante inuētas lr̄as: indicabaē picto serpente ore caudā tenente: qa annus in se recurrit. i Gyros. S. nomē legimus verbū ex inde nō inuenim⁹. k Septena. C. nō solū septē: sed q̄ dū traherent semp essent septē: nā retinet nō solū numeralē significationē: sed etiā ppriā. l Volumina. C. plicas. m Note. C. q̄uis vt plurimū notam id dicamus q̄ corp⁹ amnis ue aliq̄ labe polluiē: tñ etiā & ad honorē pulchritudinē q̄ referē. vt Oui. in fastis. Quiq̄ numātina duxit ab vrbe notā. Sic & in hoc loco dixit notas illa interpuncta cerulea: q̄q̄ fuluū aureūq̄ colorē variabāt. n Maculos⁹ fulgor. C. i. ille colorfulu⁹: vñ splēdor tāq̄ ex auro mica bat distinctus maculis cerulcis. o Squama in. C. de squama & squalore dictū est ī secūdo. p Incendebat. S. illustrabat. q Agmine lō. C. tādem post illos gyros tādē longo repe cepit. Agmine ipetu. D. Agmie. Dixit agm̄ q̄ naturaliter impelliē serpens: pulchritudo: & innocentiā serpentis rē celestē: et nō noxiū aīal significat ppter q̄d magis honores restaurauit. r Libauit. S. leniter tetigit. s Dapes. S. Superpositas q̄ silicerniū dicunē: q̄si siliceniū supra silicē positū. t Depasta. S. nō a se: nā ipse libauit: sed tā diu mā sit: donec flāma oia aris imposita cōsūmeret.

Nec q̄cq̄ cineres: animeq̄: vmbreq̄ paterne.
Non licuit fines italos: fataliaq̄ arua:
Nec tecū ausoniū (quicūq̄ est) querere tybrim:
Dixerat hec: adytis cū lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros septena volumina traxit,
Amplexus placide tumulū: lapsusq̄ p aras:
Ceruleo cui terga note: maculosus et auro
Squamā incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso sole colores.
Obstupuit visu æneas: ille agmine longo
Tandē inter pateras: et leuia pocula serpens:
Libauitq̄ dapes: rursusq̄ innoxius imo
Successit tumulo: et depasta altaria liquit:
Hoc magis īcœptos genitori īstaurat honores:
Incertus genium ne loci famulū ne parentis
Esse putet: cedit quinas de more bidentes:
Vinaq̄ fundebat pateris: aīamq̄ vocabat
Anchise magni: manesq̄ acheronte remissos:
Necnon et socii: que cuiq̄ est copia: leti
Dona ferunt: onerātq̄ aras: mactātq̄ iuuencos:
Ordine ahena locant alii: fusiq̄ per herbam

v Geniū ne lo. S. Quia vt sup̄ dixim⁹ null⁹ loc⁹ est sine genio. C. Genios. ait Cēsorinus dictos eē: quia vt gignamur curēt: vl̄ ga genitos curēt. Credebātq̄ vnicuiq̄ duos esse Alterū bonū: alterū malū: vt nos christiani q̄ duos angelos bonū maluq̄ in custodiā singulorū hominū eē volūt Apuleius aūt in lib. de demonio socratis scribit. Demonas q̄s genios et lares possum⁹ appellare ministros deorū arbitrant custodesq̄ hominū: interptes sí q̄d a diis venit. Ergo qui melioris meriti in corpore sunt nr̄o: genii dicūē: Corpori renūciātes lemures. Tū si domos incursionibus infestarēt larue appellebanē: cōtra si boni fuerint lares familiares dicūtur. x Famulū ne. S. Consueuerāt prisci (vt hodie apd̄ Indos) vt q̄tiēs reges moriebanē: cū his dilecti equi: vel serui & vna ex vxorib⁹ carior incēdebāē. Inter q̄sdē hoc magna erat cōtentio. possum⁹ igitur intelligere seruū sepultum cū anchise vel p Apotheosim deū vulteē effectū: vñ dat famulū q̄si ministrū. singula eñ numia habēt inferiores ptātes ministras: vt ven⁹ Adonim. Diana Virbiū. Aut ex sētētia pythagore dic q prim⁹ dephendit de medulla hominis: q̄ est in spina anguē creari Quod Oui. in. xv. meth. dicit loquēte pytagora. y Acheronte re. S. aduenīētes de acheronte. Aut acherōte remissos qui iā in acheronte non essent post apotheosim factam.

3 Prunas. CRISTO. A perurēdo dictas volunt.

Subijciunt verubus prunas: et viscera torrent.



¶ Expectata dies aderat: nonamq; serena

Aurorā phaetontis equi iam luce vehebant:

Famaq; finitimos: et clari nomen Aceste

Excierat: leto complerant littora cetu:

a ¶ Expectata. D. quasi tardius desiderantib9 venisset. b Phaetontis. S. Solis. ἀπο του φαεινειν. C. Phaetontis. i. solis qui phaeton: quasi splendens dicitur. vel appellāt eq̄s solis: equos phaetōtis: quia phaeton solis ex clymene fili9: eos male rexit. fingūt aūt poetę solem habere q̄drigas: idest currus: cui quattuor sunt iuncti equi. Eorum nomina sic ponit Ouidius. Interea volucres pyrous eous: & ethon Solis equi quartusq; phlegon hinnitibus aruas flāmiferis implent.

c Visuri æne. D. Expressit plenissimā laudem troianorū: cū Siculi nō solū causa ludorū cōuenirent. sed & ad videndum troianos.

d Circo. SERVIVS. Spacioso ludorum loco. D. Circo. non q; esset circus: sed locus in formā circi. C. Circo loc9 est spatiosus: & capax tur

hę hominū ad ludos spectandos: dictus vel a circe solis filia quę prima ludos quos sibi patri instituerat edidit. Romę erat circus maximus inter palatinū & auentinū. e In medio. S. vt ab omnibus spectari possit. f Sacri tripodes. S. Sic pulchri vt sacros putares: nec eñ sacrilegus erat: vt sacra donaret: & sic dictū est: vt Dodoneosq̧ lebetes. i. quales sunt in Dodona. & palmę zeugma ex vtroq̧ latere. Nam victori⁹ precium: & ad supradicta: & ad dicenda pertinet. g Armaq̧ & ostro perfusę vestes. DO Transit ad generalitatem: ne speciatim diceret.

Visuri æneadas: et pars certare parati
Munera principio ante oculos: circoq̧ locant
In medio sacri tripodes: viridesq̧ coronę:
Et palmę precium victoribus: armaq̧ et ostro
perfusę vestes: argenti auriq̧ talenta:

h Argenti auriq̧ talenta. S. Talentum secundum varias gentes varii est ponderis: apud Romanos talentum est s ptuaginta librę sicut Plau. ostēdit in mustellaria: qui ait duo talēta esse centū q̄draginta libras: legim⁹ etiā talentū eē paululū qdā. Nam home. in ludis funebrib⁹ Patrocli: vltima pręmia ponit esse duo talēta: quod nos cogit aliqd minimū intelligere. Nā si prior victor bouē accepit: consequens non est q̄ dicamus vltimū tam magnū accepisse pręmiū: vnde apparet talentum etiā minimū quiddā significare. C. Talenta. talentum grecū est. apud quos acticū inuenitur: & euboicū ac rursus acticū magnū ac paruum. Nec credo pecuniam percussam: ponderis certi nomen est: Nam magnū: vt notabis apud liuium. li. xxxiii. habet libras lxxxiii. & vncias quattuor. ergo prisciano teste sexmilia continet denariorū romanorū. Verū vt de ponderibus latius prosequamur. minutissimū quidem. latini siliquā nomināt. Est eñ siliqua quam greci κερατιον dicunt. i. granum ex siliqua quam vulgo fabam grecam nominant. Hęc aūt cētesimam ac quadragesimā quartam partē vncię habet. Obulus deinde est qui tres cōtinet siliquas. Est eñ pars octaua atq̧ quadragesima vntię. Inde scrupulus siue dragma vigesima quarta pars vntię duos cōtinet obulos: siliquas sex. Dragma pars vntię octaua: continet scrupulos tres: obolos sex: siliquas duodeviginti Sextula vntię pars: sexta habet scrupulos quattuor: obolos octo: siliquas viginti quattuor Siliqu⁹ siue siliquū quarta vntię pars habet scrupolos sex: obulos duodecim: siliqs triginta sex. Duella tertia pars vntię: habet sextulas duas: scrupulos octo. obulos sexdecē: siliquas quadraginta octo Semiuntia habet dragmas quatuor: scrupulos duodecim: obulos viginti quattuor siliquas: septuaginta duas. Vntia pars duodecima assis. As aūt: & libra: & pondo idem est: & duodecim continet vntias: est & mna et semiūtia maior nostra lytra: q̄uis libra apud acticos minor esset nra libra vna & viginti dragmis. Sextans pars sexta assis: duas habet vntias. Deinde ex ordine est quadrans siue teruntium: Triens quincūx: semis: septunx: bes: dodrans: siue nuntiū dextans deunx. Dipōdiū duę sunt librę. Sextertí⁹: siue sestertiū q̄si semis tertiū in q̄ duę integrę sūt: et tertia est dimidia. Sunt igit᷑ duę asses & dimidiū: vn veteres his notis. cxv. sestertiū significabāt: est triassis: q̄drassis: nonussis: decussis: siue denar⁹. est etiā vigessis trigessis vsq̧ ad cētusse q̄ maius aeris ꝓpriū vocabulū nō est. Talentū igit᷑ duplex est. Acticū & euboicū. Acticū aūt ipm duplex est: magnū: & paruū: est aūt pōderis nom: Magnū teste liuio. li. xxxiii. habet lxxxiii. libras. & q̄ttuor vncias. Habet aūt secūdū prisci. sex milia romanorū denariorū. sed (vt dixi) mna videt᷑ maior q̄ libra nostra: nā ait Pli. de thure. Inueniūt guttę q̄ tertiā p tē mnę. i. xxxiii. denariū pōd⁹ ęquēt. Hic Romę: vt ait Liui. institutū est ne talentū min⁹ pōdo. lxxx. romanis pōderib⁹ pōderet: & alio loco decreuit senat⁹: vt nō plus q̄ ternę librę & q̄ternę vntię singulis desint talētis. Paruū talentū libras habet. lx. vt ait Dardan⁹, et Seneca ad Nouatiū. xxiiii. sextertia. i. talētū acticū puū talētū, Talētū euboicū erat q̄tuor miliū romāorū denariū. Denari⁹ aūt (teste Prisc.) ex. xx

iiii. siliquis constabat. Sed Gelli. Pli. & Pōpei⁹ ex. xviii. i. ex dragma argentea: siue aurea dicit᷑. Idē ait Remi⁹ fauin⁹. ergo cōtinebit: xli. asses: & bessem. Ponit p̄terea Home. Talētū p re parua. Nā in patrocli funerib⁹ ludis cū victori pręmiū bouē faciat: & alteri duo talenta tāq̧ minoris sint q̄ bos dat. Nō est aūt visū abre ponere versus Remi fauini de pōderibus ac mēsuris. Ea sūt hmōi. Pōdera pęonis veterq̧ memorata libell. Nosse iuuat pōd⁹ reb⁹ natura locauit. Corporeis elemēta suum regit oīa pondus Pondere terra manet vacuusq̧ ponderis ęquor Indefessa rapit voluentis sydera mundi. Ordiar a minimis: post hęc maiora sequent᷑. Nā maius nihil est aliud q̄ mixta minuta. Semiobulo duplū ē obul⁹: quē pondere duplo. Grāma vocant: scrupulū nri dixere priores. Semina sex alii siliqs latitātia curuis. Attribuūt: scrupulo lentis ve. gantue vt octo. Aut totidē speltas numerant tristes ve lupinos. Bis duo: ꝫ si par gnatim his pōd⁹ inesset. Seruarēt eadē diuerse pondera gētes. Hūc variant: & eñ cūcta nō foedere certo Naturę: sed lege valent hoīmq̧ reptis. Scrupula nanq̧ tria dragmā quę pōdere doctis. Argēti facil signat nūm⁹ aenis. Olt ę q̄ a dragma nrę: sed noie differt. Dragmā si gemies aderit: quē dicier audis. Sicilic⁹ dragmę scrupulū si ad secero fiet Sextula q̄ fert: nā sex his vntia cōstat. Sextula cū dupla est veteres dixere duellā. Vntia fit dragmis bis quattuor vn putādū Grāmata dicta: qa hęc. xxiiii. in se vntia habet. Tot eñ formis vox nra notat. Horisq̧ mūd⁹ pagit nocteq̧ dieq̧. vntiaq̧ in libras ps est q̄ mēsis i anno. Hęc magno latio libra ē gētiq̧ togatę. Actica. nā mior est ter qnq̧ hāc deniq̧ dragmis: & tervigenis tradūt expelier vnā. Accipe p̄terea paruo quā noie grai. Mnā vocitāt nri: minā dixere priores. Cētū hę sūt dragma. q̄ si decerpseris ill' q̄ttuor efficies hāc nram deniq̧ librā. Actica q̄ fiet si q̄rtā deupseris e mnā C. ciopiū supest p⁹ hęc docuisse talētū Sexagita minas: seu bis sex milia dragmas. Quod sūmū doctis phibet pōd⁹ aenis. Nā nihil his obulove min⁹ maiusve talētū. Nū dicā solidę q̄ sit diuisio librę Seu assis nā sic legū dixere pitī. Ex q̄ q̄ soli capim⁹ phibemur hre. Dicim⁹ aut ptis dñi p ptib⁹ hui⁹ Vntia nā librę: si deest dixere deuncē. At si sextā te retrahas erit ille deuncis: Sed nullū reliq̄ nomen semuntia certū Dēpta dabit: neq̧ eñ est hui⁹ secuntia triplex. Dodrātē rel. quū vocitāt q̄drāte retracto. Cūq̧ triēs desit bessē dixere priores. Idē septuncē dēpto qncūce vocarūt. Post hęc semissis solidi ps maxia fert. Nā q̄ dimidiū supat ps eē negat. vt docuit tenui scribēs in puluere musa. Certa dicta prius qb⁹. est semuntia maior. Hęc de pōderib⁹ supat ps altera nobis. Humida seu frugū semia mai⁹ pes lōgo spatio latoq̄ notat. Angulus et sparsit quē claudat linea triplex. Quattuor & q̄dris mediū cingat inane Amphora: sit cui vs q̄ue violare liceret. Sacrauere Ioui tarpeio in mōte qrites hui⁹ dimidiū fert velut ipsa medimni Amphora terq̧ capit modiū sextari⁹ vnū. Sedecies haurit q̄d soluit indigitos pes At q̄tilas: q̄s si placeat dixisse licebit Eminas recipit gemias sextari⁹ vn⁹. Qui q̄ter assūpt⁹ fit gio nomnie chenix. Adde duos chius fit vulgo q est cōgius idē. A q̄ sextarii nri fecisse priores. Crediderim: qa eos capit sex cōgius vn⁹. At q̄til. tatos his ternos vna receptat. De ciato nobis pōd⁹: sed sępe notat. Bisq̧ hūc faciūt dragmę si appēdere vel Oxibatū facient si qnq̧ addant ad istas. Amistrq̧ ciati q̄rta est atterita mistri. Quā vocitāt ciamē capit hęc coclar a binaQ, si mēsure pōd⁹ cōponere phas ē. Sextarii ciat⁹ ps ē q̄. ę vntia librę Necñ oxibati sibs secuntia fiet. Siciliciūq̧ tib mistro sparc licebit. t Et tuba. S. Romāo more sicut hodieq̧ videm⁹ oībus ludis funebribus: vt sunt diuorum: nā si ta cri sunt idest votiui illustrant saculis. Ante etiā hymnis incip ebāt. k Prima certamina. S. primo bello punico naumachiam

ad exercitū instituendū Romani cœperūt postq̄ probarūt gentes etiā nauali certamine plurimū posse ad q̄ rē i hoc certamine plurimū alludit poeta. l Pares. S. diuersis cōparabiles rebus: vt sequentia indicant. m Grauibus remis: SE. Fortibus: vt ferit ense grauem tymbræus osyrim. Nam graues inferunt tarditatē.

Et tuba cōmissos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delectę classe carinę
Velocem mnestheus agit acri remige pistrin
Mox italus mnestheus: genus a q̄ noīe memni:
Ingentemq; gyas: ingenti mole chimeram
Vrbis opus triplici pubes: quā dardana versu
Impellunt: terno consurgunt ordine remi
Sergestusq; domus tenet a quo sergia nomen.
Centauro inuehitur magnas: scyllaq; cloāthus
Cęrulea: genus vnde tibi romane cloanthi.
Est procul in pelago saxum spumātia contra
Littora quod tumidis submersū tōditur olim
Fluctibus: hyberni condunt vbi sydera chori:
Tranquillo silet: immotaq; attollitur vnda
Campus: et apricis statio gratissima mergis.
Hic viridē æneas frondenti ex ilice metam
Constituit signū nautis pater: vnde reuerti
Scirent: et longos vbi circunflectere cursus
Tum loca sorte legunt: ipsiq; in pupibus auro.

n Remige. S. erit nominatiuus remex Serenus semiremex Hercules.

o Pistrin. S. vel a tutela depicta: vel ἀπο του πριζειν τα κυματα. i. a secādis fluctib⁹. C. Pistrin. Cū aq̄tilia maiora: propter copiam humoris cęteris animalibus sint: tamen in indico mari maxime reperiuntur: et inter ipā magnitudine excedunt balena & pistris: itaq; balenę quaternorū iugerū sunt: pistres ducentorū cubitorū vestitur pilo pistris: et animal nō ouū parit: sed hoc est cōmune oibus aquatilib⁹ pilo vestitis: vt aīal & nō ouū pariant: vt balenę pistres hyppotami et vituli marini.

p Mox italus. S. subaudi futurus: Nam memiorū familiā constituit. Bñ aūt laudat familias nobiliū: nā a sergesto sergia familia fuit: & cloante cluētia: et a gya gyania. Nobiles autē fuisse familias a troianis testat̄ Iuuena. Iubet a pcone vocari ipsos troiugenas. q a q̄ noīe. S. s. mnesthei et mnestheus sic est vt Thyde⁹. nā diphthōgus gręca est. r Ingētē mole. S. motu vt magna se mole mouentem.

s Chimeram. C. hoc mōstrū ex Typhaone: & Echidna natū fingūt poetę. Idq; dicunt ignē expirare vñ in sexto. Et flāmis armata chimera. Itē tria capita habere vnū leonis: alterū dracōis: tertiū chimerę. i. caprę. Dicit em̄ Hesio. in theogōia. προσ θελεων οπισθε δρακων μεσση δε χιμαιρα Hanc pegasus et Bellerophō deuicit: quę tñ exortho cane Gerionis spingē et leonē Nemęū pepit. t Vrbis op⁹. S. Tā magna vt vrbē putares: v Triplici versu. S. oēs em̄ triremes fuerūt versu: aūt ordie: vt ille etiā feras in versum distulit vlmos: aut versu tracto a verēdo: vt ęquora ferrebāt caudis æstūq; secabāt: Sane vn⁹ ē sensus. x Pubes impellūt. S. figura est. Et ps in frustra secant. Sane sciēdū inter barbarismū: & lexin hoc est latinā elocutionē: & pfectū metaplasmū: esse qui vno sermone fit rōne vitiosus. Itē inter solœcismū: & schema. i. perfectā sermonū ɔnexionē figura est: quę fit cōtextu sermonū rōne viciosa. Ergo methaplasm⁹ & figura media sunt: & discernunt̄ pitia: & īperitia: Fiūt aūt ad ornatū.
y Dom⁹ sergya. S. familia. vt da ppriā tymbrę domū.
z Centauro ma. S. feminini generis est: cū de naui dicitur Teren. in Eunuchū suā cū Comediā diceret. Iuue cōtra sensit: vt scriptus & in tergo: nec dū finitus Orestes. Sed cōfundit gen⁹; aut metri: aut hiat⁹ cā. Sic Hor. Nec cupido fordid⁹ aufert: cū cupido p cupiditate generis sit fœminini. Et Virgi. ait: timidi dāmę ceruiq; fugaces: cū ipē fm fidem dixerit cū canib⁹ timidi veniēt ad pocula damę. C. Centauro. Horū fabula in sexto enarrabitur. a Scylla. C. de hac dictum in tertio. Singulę ergo hę quattuor naues singula hęc monstra in se picta habebant: & ab illis noiabātur.

b Cęrulea. S. aut nigra aut alta carina: omne em̄ altū nigrū est: vt scrupea tuta lacu nigro nemorūq; tenebris. C. Cęrulea. nam marino monstro marinū colorem esse oportuit. Cōsueuerunt aūt latini. Si a noie appellatiuo nomen ppriū alicui rei faciāt mutare gen⁹ masculinū in fœmininū. vt hic centauro magno. Sin autē deducatur a nomine proprio viri reseruat gen⁹: vt script⁹ & in tergo: nec dū finitus horestes. c Cloāthi. S. ad ipsum apostropha est.

d Procul. S. aut non nimis longe fuit. vt. Serta pcul tantū capiti delapsa iacebāt: interdū ꝛ sat longe significat. e Chori. C. Nomen venti septentrionalis a parte occidētis. Cōsueuerūt aūt latini o lōgā in au aliqñ ɔuertere. vñ p choro & chore chaurū & cautē dicūt. Hic cū florus grāmatic⁹ hoc doceret deinceps flaurus est appellat⁹. f Trāquillo. S. meli⁹ septim⁹ casus ē q̄ datiu⁹. g Camp⁹. S. saxi lattudo. h Apricis. S. apricū locū sole gaudētē dicim⁹: cui cōtrari⁹ est opacus & abdit⁹. Virgi. duceret apricis in collibus vua colorē. Itē apricū hominē q sole gaudet. Persi. Vt nostra floralia possint Aprici meminisse senes Apricū quasi ανευ ψυχους sine frigore. i Mergis. SER. Esacus filius Priami fuit hic se precipitauit a muro nec periit: & cū sępi⁹ hoc faceret deorū miseratōe in auē cōuers⁹ ē. q ad imitatiōē hoc fac. C. Mergi fabulā narrat fui⁹. Dr̄ aūt merg⁹. quia freqnter aqs imergit̄. Auis aquatilis & tñ in arborib⁹ (teste Pli) nidificat. k Metā. C. Meta terminus est ipsi⁹ cursus: ad quē nō satis est peruenisse: nisi etiā circueat̄: in q̄ industria laborq; requirit̄. Nā si lōgo spatio ipsam vitam⁹ subit inter illā nosq; alius. & minori gyro currens puertet. Sin contra: vt hoc fugiamus nimis adhęrem⁹: piculū est ne in illā illudamur dicta aūt meta: vl̄ q in diuerso spatio posita sit: vel q illā metiat̄ quadrigę circūcurrentes. Hinc Iuue. per quē magn⁹ equ⁹ aruncę flexit alūnus. Et Cice. in libris de oratore. Si infinitus rerū forensiū labor: & ambitiōis occupatio deflexo honorū: & ętatis cursu cōstitisset. & Statius flectere si posset circū cōpēdia metę. Et Persi. Ordo qs rerū aut metę quā mollis flex⁹ & vñ. l Circūflectere. S. vno sermōe: & pfectionē & reuersionē cōplex⁹ est. m Sorti legūt. C. Nā cū difficultas rei cōmoda et incōmoda ęque ptiri nō pmittit ad sortes recurrim⁹ ne quis iure cōqri possit.

Ductores longe effulgent:ostroq; decori.
Cetera populea vestitur fronde iuuentus:
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit.
Considũt transtris:intentaq; brachia remis:
Intenti expectant signũ:exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans:laudũq; arrecta cupido.
Inde vbi clara dedit sonitũ tuba: finibus oẽs
Haud mora prosiluere suis:ferit ethera clamor
Nauticus:adductis spumãt freta versa lacertis.
Infundunt pariter sulcos:totumq; dehiscit:
Cõuulsum remis rostrisq; stridentibus equor.
Non tam p̃cipites biiugo certamine campũ
Corripuere:ruuntq; effusi carcere currus.
Non sic immissis aurige vndantia lora
Concussere iugis:proniq; in verbera pendẽt.
Tum plausu fremituq; virũ:studiisq; fauẽtum
Cõsonat omne nemus:vocẽq; inclusa volutãt
Littora:pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante alios:primusq; elabitur vndis
Turbã inter fremitũq; gyas:quẽ deinde cloãth⁹
Consequitur:melior remis:sed pondere pinus
Tarda tenet:post hos æquo discrimine pistris
Centaurusq;:locum tẽdunt superare priorem.
Et nunc pistris abit:nunc victa preterit ingens
Centaurus:nũc vna ambe iunctisq; feruntur
Frontibus:et longe sulcant vada salsa carine.
Iamq; propinquabãt scopulo:metãq; tenebãt:
Cũ princeps:medioq; gyas ingurgite victor
Rectorem nauis compellat voce menetem
Quo tantũ mihi dexter abis,huc dirige cursũ:
Littus ama:et leuas strĩgat sine palmula cautes.

n Ductores. S.s.dñi nauiumnon gubernatores.
o Populea vestitur fronde iuuẽtus. S. Hebę est iuuẽtus vxor Herculis. Nũc ergo aut propter hoc iuuẽtus vtitur populeis coronis. aut ad imitationẽ virtutis. Populus em̃ arbor Herculi sacra est. vt populus alcidę gratissima.
p Nudatos. S. bene nudatos qui tecti esse cõsueuerunt. Nam nudũ est nũq̃ tectũ: vt nuda facies.
q Oleo perfusa. CRI. vt brachiis & totum reliquo corpore in remigatiõe agilius vterent̃. Id em̃ prestat oleum. nã ex illo robustiores: magisq; flexibiles reddunt̃. r Trãstris. S. trãstris & trãstra dicũt̃: & iuga: vt in sexto. Inde alias animas: quę per iuga longa sedebant.
s Intenti. S. eodẽ sermone in diuersis rebus vtit̃. aliter enim brachia aliter mentem tendimus. D. Intenti expectantes signum
t Exultantiaq; haurit corda pauor pul. S. Hypalage est omni parte pulsans pauor corda haurit: idest ferit: vt latus haurit apertum: & exultare facit. D. Exultãtia corda ꝓpter sollicitudinem victorię q̃ erat incerta.
v Pauor. C. non timor: sed percussio: nam pauere percutere est. Inde pausia oliua dicta: quia antea q̃ trapetibus demoliat̃ pauetur: id est percutitur. Inde pauimentũ: quia pedibus percutiatur. Inde ipullaria aurusp[i]cina tripudiũ quasi terri pauiũ dicit̃: q pulli dum escam sumũt rostro terrã pauent. i. tondunt. x Laudũq;. S. ne esset turpe quod ait pauor. Sane hę sunt bellorũ prolusiones: vnde etiã ad tubã geruntur: sed sciẽdũ maioris ętatis funera ad tubã soluere proferri. Persi. Hinc tuba candelę. Minorꝭ ꝟo ad tybias. vt Stã. de Archemoro Tibi cui teneros solitũ deducere manes. y Sonitũ. C. erat signũ q̊ erumpere debebãt.
ʒ Tuba. C. Inuenta est a maleo siue maleto rege ethrurię: vñ ipe alibi Tyrrhenusq; tubę mugire p ęthera clangor.
a Finibus omnes. S. Secũdũ naturã ante generali vsus descriptione venturus ad specialitatem.
b Clamor. C. quo se inuicẽ: qui eiusdẽ nauis sunt hortant̃. c Freta versa. C. oñdit maximũ studiũ maximasq; vires: cũ vndas nõ dicat versas: sed totũ fretum in qua sentẽtia ꝑsistit: cũ dicit totũq; dehiscit. Conuulsum remis, rostri. equor.
d Nõ tã. C. Cõpatio a certamine curruli: q̃ vehemẽter quadrat: nã & trãslatio fieri potuisset.
e Precipites. S. veloces: vt precipites vigilate viri.
f Biiugo: S. & hoc celeritatis est: plures em̃ se impediunt. g Ruunt. C. magno impetu feruntur.
p Caua pin⁹. S. bene respexit ad etatē. C. Caua: carie: corrosa. q Erymantho. S. Erymanth⁹ mons est Archadie.

r Ida in magna. S. Modo non Crete: sed phrygie propter pinus.

s Consurgunt studiis. SER. in studiis.

t Vim suscitat ira. CR. Secundū perypateticos: qui aiunt: Vti ferrū cote acuitur: sic fortitudo ira.

v Tum pudor. CR. Ponit Aristo. quicq; species fortitudinis: que proprie fortitudo nō sunt: sed cū idem operantur: Inter q̄s est cum pudore impellimur: vt forti animo rem aggrediamur: & hec ciuilis appellatur. Affert q; auctoritatē ex Homero de Hectore: qui pudore cogebatur: ne hostibus cederet. Dicebat em̄ Polydamas: Me primus redarguet. Pugnabat ergo poti⁹ pudore: q; recta ratione mot⁹. Quapropter erit (teste ipso Aristotele) tertia species nō vere fortitudinis. x Et cōscia virtus. C. Nam cum conscius sit: q̄ virtute hactenus fuerit: nō vult ab ea degenerare. y Precipitemq; darē. S. celerem: vt Precipites vigilate viri.

z Nunc ille sinistra. S. Vacat ille additū ppter metrū. De ipso em dicit Creber vtraq; mau pulsat versatq; dareta.

C. Nunc ille. Non vacat ille meo iudicio: sed potius emphasim facit. Idq; mirū in poeta q; strepitu & tumultu: vt ita loqr: & vehemēter verborum celeritate vehementiā huius viri exprimit.

a Quã multa grandine nymbi. SE. Hypallage: Nã debuit dicere q̃ mul to nymbo grando pcipi taẽ. b Versatq; dareta S. Dares daris. Vnde da ren & dares daretis. Vñ dareta: sic Chremes chre mis: & chremetis. Vnde chremen & chremeta.

c Infoelix. S. Cõsolatio vt fortunę videaẽ: quod victus sit. D. Infoelix. qui audeas contra numina. Est ãt optima cõsolatio cũ oñdit nõ ab hoie: sed a numie vinci. d Alias D. Quã hois eẽ cõsueue rit. e Cõuersa. C. mu tata in fauorẽ suum So laturus em conaẽ osten dere nõ ab illo: sed a diis esse victũ: ergo cede deo. f Cede deo. D. Errant q putant Entellũ deum ab Aenea vocari: sed deũ di cit: Fauẽsilli numen.

g Dixitq;. S. quę vacat metri causa: et maluit Pe rissologiã facere q̃ vti cõ muni syllaba: q̃ frequens vitiosa est. Hinc Terentia nus: Nec tãta immeritis venia conceditur vti. h Ast illũ fidi ęquales: SERVI. Homerus. φιλ οι ἑταῖροι. i Regia. D. Quib⁹ paulo ante tan topere videbat. k Iactantẽq; reiectantẽ. C. Color est sitr cadẽs.

l Vtroq;. S. Aduerbiũ est. i. in vtranq; partem. m Caput. DO. Quod paulo añ in coelũ ꝑpter superbiam. n Vocati. S. Oñdit eorꝫ pudorẽ: ꝑterea circa ami cũ erant occupati. o Palmã tau. relinquũt. D. Exprimit q̃nto cũ do lore hęc facerent. p Teucri. S. & nõ sicu i. quia illi eius virtutem norant.

q Librauit. CRI. quasi diceret collineauit: ꝑprie dicimus librare rem cum illam ingenio et artificio nostro ita collocam⁹: vt vi sua spõte sine vinculis stet: vel cum volumus & quo volumus suo pondere nullo impel lente declinet: quod Florenti dicunt congregare: vt maxi me apparet in instrumentis horologii. Dicimus etiam li brare: cum id quod percussuri sumus; ita collineamus: vt

Nec mora nec reqes: quã mlta grandĩe nymbi
Culminibus crepitãt: sic densis ictibus heros.
Creber vtraq; manu pulsat: versatq; dareta.
Tum pater æneas procedere longius iras:
Et seuire animis entellum haud passus acerbis:
Sed finem impo suit pugnę: fessumq; dareta
Eripuit mulcens dictis: ac talia fatur.
Infoelix que tanta animũ dementia coepit?
Non vires alias: conuersaq; numina sentis?
Cede deo: dixitq; prelia voce diremit:
Ast illum fidi ęquales genua egra trahẽtem
Iactantemq; vtroq; caput: crassumq; cruorem
Ore reiectantem: mixtosq; in sanguine dentes.
Ducunt ad naues: galeamq;: ensemq; vocati.
Accipiunt: palmã entello: taurũq; relinquunt
Hic victor superans animis: tauroq; superbus.
Nate dea: vosq; hec (inquit) cognoscite teucri:
Et mihi q̃ fuerint iuuenili in corpere vires:
Et quã seruetis reuocatum a morte dareta.
Dixit: & aduersi contra stetit ora iuuenci:
Qui donũ astabat pugnę: durosq; reducta.
Librauit dextra media inter cornua cestus
Arduus effractoq; illisit in ossa cerebro:
Sternit exanimisq; tremẽs: pcũbit humi bos:
Ipse super tales effundit pectore voces.
Hanc tibi Erix meliorem pro morte daretis
persoluo: hic victor cestus artemq; repono.
¶ protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat qui forte velint: & premia ponit.
Ingentiq; manu malum de naue Seresti
Erigit: & volucrem traiecto in fune columbã:

nõ nisi ꝑpositũ nobis lo cũ feriat. Et dicit a libra: quoniã maxima ratione ingenii tota res ponderaẽ tur: id est diligenter ꝑeco gitatur. Ergo librauit: id est collineauit: vt mediũ inter cornua ferirent. Di cimus etiam librare cum aliqua moles ita consti tuatur: Vt vel pueri ma nu facile: vel circũagaẽ: vel quouis inflectatur. Nos autem dicim⁹ bibli care. Plinius. Quarũ in officina turbinesita libra ti pependerunt: vt puero circumagente tornarentur. r Effractoq;. SER. Hypallage. Nam fregit os: & illisit in cere brum.

s Humi bos. SER. Pes simus versus in monasyl labis desinens. CRI. Hu mi bos. Male desinũt ver sus in monasyllabis: sed hic de industria posuit: vt casu bouis: casu car minis ante oculos pone ret. t Meliorem. SER. aptiorem. Nam animalẽ hostiam dant. CRI. Me liorem. non excellentiorẽ: Nã melior est anima hu mana: quę rationalis est q̃ ferina quę caret rõne: Sed aptiorem. vt. Et bo na bello cornus. i. apta.

v Cęstus artemq; repo no. S. Et arma dicit se re ponere: & arti renuntia re. ¶ x Ingentiq; ma nu. S. ingenti multitudi ne.

y Malum. SER. Mal⁹ arbor est nauis: generis masculini. Horati⁹. Nec malus & celeri sautius Aphrico. Et dict⁹ est ma lus: vel quia habet instar mali in summitate: Vel quia quasi quibuldã cin gitur malis ligatis: quo rum volubilitate facilius eleuantur.

z Traiecto. SER: ex tento. Vnde transenna di citur extẽsus funis. Salustius. Transenna dimissum victo rię simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coro nam capiti imponebat.



Quo tendat ferrum malo suspendit ab alto.
Conuenere viri: deiectamq; ęrea sortem
Accepit galea: & primus clamore secundo
Hyrtacide ante oẽs exit locus hyppocoontis.
Quẽ modo nauali mnestheus certamĩe victor
Cõsequitur: viridi mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion: tuus o clarissime frater
pandare: q quondã iussus confundere fœdus
In medios telum torsisti primus achiuos.
Extremus galeaq; ima subsedit acestes.
Ausus & ipse manu iuuenũ tentare laborem.
Tunc validis flexos: incuruant viribus arcus:

a Quo. SER. inquam Nam ponit aduerbia p nominibus. Gen⁹ vñ latinum.
b Clamore secũdo. S. vt supra dixit: Magnoq; virũ se murmure tollit.
c Quẽ modo. S. nuper. Nam vt sup dixim⁹.
d Victor. SER. fuit duorum. Vrban⁹ vero dicit mõ propemodũ: pene: nam secundus deus fuit. Alii victor. i. compos voti: vt rapid. scq; rotis insistere victor: optauerat ei ne rediret extremus.
e Clarissime. S. notissime: qui fuit Licaontis filius. Pandarus aũt scdm Homerũ Mineruę iussu turbauit certamen singłare Paridis & Menelai.
f Pandare. C. Iure in vota vocauit. Nã (Strabone teste) apud pinarã maximam & Lycię ciuitatibus pandarus colitur. Hic Licaonis filius fuit: & emissa sagitta vulnerauit Menelaum congressum paridi.
g Subsedit. S. Remansit, neq; eni proferebatur sors; aut delicuit: vnde subsessores dicũtur: qui occisuri aliquẽ delitescunt. Sed hoc delucidius ibi: deuicta Asia subsedit adulter.
h Flexus incuruant. S: curuos inflectunt: debuit dicere: Est ergo vsus imitatione.

Pro se quisq; viri: & depromūt tela p harctris.
Primaq; per coelum neruo stridente sagitta
Hyrtacide iuuenis volucres diuerberat auras:
Et venit: aduersiq; infigitur arbore mali.
Intremuit malus: timuitq; exterrita pennis
Ales: & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens: pariterq; oculos telūq; tetendit.
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos & vincula linea rupit.
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa notos: atq; atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iamdudū arcu cōtenta parato
Tela tenens: fratrē Eurytion in vota vocauit:
Iam vacuo letam coelo speculatus: & alis
Plaudentē: nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis: vitamq; reliquit in astris
Aerijs: fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat acestes:
Qui tamen ethereas telum contorsit in auras
Ostentās artem pariterq; arcūq; sonantem.
Hinc oculis subito obijcitur: magnoq; futurū
Augurio monstrū: docuit post exitus ingēs:
Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates:
Nanq; volās liquidis in nubib⁹ arsit arundo,
Signauitq; viam flammis: tenuesq; recessit
Consumpta in uentos: coelo ceu sepe refixa
Transcurrūt crinemq; volantia sydera ducūt.
Attonitis hesere animis: superosq; precati
Trinacij teucriq; viri: nec maximus omen
Abnuit æneas: sed letum amplexus acestem

i Pro se quisq;. SER. p sui roboris qualitate. k Depromunt. C. Promere est rē reconditā ita educere: vt ad manū parata sit: vñ promptū paratū dicim⁹. l Neruo. C. Chorda q̄ ex neruis qñq; fit. m Volucres. C. q̄ tactū celerrime effugiūt. n Arbore mali. SE. sic dixit. vt: Lustrat auentini montē. C. Arbore mali. in malo qui arbor dicit̄.

o Intremuit malus. C. suo ordie pōit. Prio mali tremore. i. tremulā cōcussionē: & ex ea re timorem auis: atq; ex his duobus plausus spectantium.

p Exterrita pēnis. S. timorē pēnis significans. Singula eni aïalia signa hñt qbus indicant timorē hinc de lupo. Caudāq; remulcens subiecit pauitantē vtero. Oculi aūt in homie primi indicant timorē. Vñ de Caco. Turbatumq; oculis. q Plausu. S. Plausū alii pennarū dicūt: sed meli⁹ est spectantiū fauore. r Acer. C. acuto īgenio: s Adducto arcu. SER. Hyppalage est. nā telum adducit̄: & arc⁹ ī tendit̄. t Constitit. C. Nam dū ita tendim⁹ arcū: vt nulla sit manuū vacillatio certissimus ictus est. v Oculos telūq;. C. Sic eni collineamus sagittas: vt oculo p lineā illā: q̄ ad signū fert sagittā dirigamus. x Miserand⁹. S. q pfecta re difficiliore caruit victoria. y Tum. S. deinde: ordinis aduerbium. z Arcu cōtenta parato. S. ptento arcu tela tenens parata. a In vota. S. Nam pandarus veluti heros apud lycios colit̄. b Nigra. S. alta. c In astris. S. vñ assumpserat. vt Hinc hominū pecudūq; gen⁹: vitęq; volantū. Et loc⁹ est ex Homero: vnde inanis est vituperatio Aeneę q̄ suspēderit auē maternā: nā & res trāslata est simpliciter: & quācunq; auē suspēdisset i eādē icidisset vitupatiōē: cū quęcunq; auis alicui deo sacra sit. Vrbanus autem dicit matrem citius potuisse placare. d Superabat. CRI. superat. Et neutrum in hac significatione est. Qñ aūt transit: vincere significat.

e Artem. S. culpat locū Virgili⁹. Mastyx cū in vacuo aere artē non posset oñdere: q̄mq; dicāt periti ex ipso sagittariorū gestu artis periciā indicari. f Augurio. S. Dicit̄ augeriū quasi auigeriū: q̄ aues gerūt. Et bene de sagitta dixit: q̄ habet pēnas quāq; oïa ad vnū congesserit locum: monstrū: augurium: auspitiū: oraculum.

g Docuit post exit⁹. C. Nam oñdit infoelix fuisse: quod foelix eē æneas putauit: Et p trāsitū ostēdit poeta: q̄ difficile futura auguriis mōstrisue cōiectari possum⁹: cū sæpe etiā prudentissimi viri fallantur: vt in hoc loco Aeneas: qui putauit foelicia portendi: cum infoelicia portenderentur.

h Seraq;. S. Serum. graue. Salust. Serum bellū in angustiis cōmittit̄: & q̄ improbat vates Aeneas complectit̄ deceptus augurii similitudine: qd apud Troiam pbauerat pater; vt stella facēducēs.

i Liquidis. S. at nō pñt esse liquidę nubes: sed ī p aere posuit. k Refixa. S. ex vulgari opiniōe. Nā secundū Lucre. Ventus altiora petens ęthereum ignem secū torquet: qui imitatur stellam cadentem. CRIST. Sydera refixa. Nam cum affixa coelo sint sydera refigi putātur ab imperitis: secundū quos nūc vt Poeta loquitur. Illi enim credunt vapores ignitos: qui sępe p aerem ferūtur stellas esse e coelo cadētes. Vnde etiā Ouidius. Quę si non cecidit: potuit cęcidisse videri. Si autem quod etiam puerile cogitatu est caderet: terram vniuersam tegeret: cum singulę stellę magnitudine terram superent. l Crinem. CRIS. Idem est quod dixit: Signauitq; viam flammis. m Attonitis. SER: stupefactis per tonitrua: quę celestibus ignibus semper cohęrent. n Omen. SERVIVS. non abnuit Aeneas: sed probauit

non secundum auguriū disciplinā dixit ad se non pertinere: Nam nostri arbitrii est visa omnia: vel improbare vel recipere.

o Summe pater. SER. percipe. nam est verbum quo vtunt iuriscōsulti: qñ tiens legatū non ab herede datur: sed excipiētis arbitrio.

p Exortē. S. ακληρον. CRI. Exortem. qui tibi esset proprius: neq; eum cum aliis sortireris.

q Anchisę munus. S. quod accepit a Cysseo rege Thracię patre Hecubę.

Muneribus cumulat magnis: ac talia fatur.
Summe pater: nā te voluit rex magnus olympi
Talibus auspiciis exortem ducere honorem.
Ipsius Anchisę longeui hoc munus habebis
Cratera impressum signis: quē thratius olim
Anchisę genitori in magno munere cysseus
Ferre sui dederat monumētū: & pign⁹ amoris.
Sic fatus: cingit viridanti tempora lauro.
Et primū ante oēs victorem appellat acestē.
Nec bonus Eurytion prelato inuidit honori:
Quāuis solus auem cœlo deiecit ab alto.
proximus ingreditur donis: qui vincula rupit:
Extremus volucri: qui fixit arundine malum.

r Impressum signis. S. impressa signa habentē: id est emblemata.

s Primum ante oēs. SER. vnum vacat. CRI. Et primū ante omnes. Possunt esse duo: vt primum referatur ad tempus: primum id est ꝙ primū & statim vt res ita tum factę sint: & añ omnes ad ordinem.

t Donis. SER. ad dona. v Extremus. SER. ostendit hos sua munera percepisse. Acestem vero sumpsisse precipua.



At pater Aeneas nondum certamine misso
Custodem ad se: comitemq; impubis Iuli
Epitidem vocat: & fidam sic fatur ad aurem.
Vade age: et Ascanio si iam puerile paratum
Agmen habet secu: cursusq; instruxit equoru
Ducat auo turmas: & sese ostēdat in armis.
Sic ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum pplm: & campos iubet esse patentes.
Incedunt pueri: pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in equis: q̄s omnis euntes
Trinacrie mirata fremit: troicq; iuuentus.
Omnibus in more tonsa coma pressa corona.
Cornea bina ferunt prefixa hastilia ferro:
pars leues humero pharetras: it pectore summo
Flexibilis ob torti per collum it circulus auri.
Tres equitum numero turme: terniq; vagātur
Ductores: pueri bisseni quemq; secuti:
Agmine partito fulgent: paribusq; magistris.
Vna acies iuuenū: ducit quā paruus ouante
Nomen aui referens priamus: tua clara polite
Progenies: auctura italos: quē thracius albis
portat equus bicolor maculis: vestigia primi
Alba pedis: frontemq; ostentās arduus albam.
Alter atys: genus vnde atij dixere latini.
paruus atijs: pueroq; puer dilectus Iulo
Extremus formaq; ante omnes pulcher Iulus
Sydonio est inuectus equo: quē candida dido
Esse sui dederat monumentū: & pign⁹ amoris
Cętera trinacrię pubes seniorum aceste
Fertur equis.
Excipiūt plausu pauidos: gaudētq; tuētes

x Custodem. SER. ſm Tulliū: q̄ dicit ad miliciā euntib⁹ ſolitū eē dari custodes: qb⁹ prio āno regant. Vñ ait de Pallāte sub te tolerare mgro: miliciā & graue martis op⁹ y Impub. S. ab eo q̄d ē hic pubis. Naz q̄d ait Salustius. Puberes omnes interfici iubet. Vēit ab eo q̄d est puber: & sunt generis cōis: si referant ad singulos: si aūt ad multitudinē. Hęc pubes. z Fatur ad aurē. S. sequit: & sic ait: Vñ sicut et in tertio diximus vnum vacet necesse ē. Campos iubet esse patentes. Discessu populi. s. iubet fieri campos patentes. a Infusum. C. confuse & nullo ordine in gestū. b Incedūt pueri. S. aut poetica licentia cōfundit ętates: vt mō pueros iuuenes dicat. Nā ait: Vna acies iuuenum: aut certe ſm quosdā seqnti distinctiōe mutata: mgros pueros dicit: sequentes vero maturioris ętatis. c Ante ora parentū. C. que res magnā illis voluptatē prębebat. d Frenatis. C. Nam et in frenes aliqñ ī bello adhibebant. e Lucent. CR. ꝑpter arma: & nihil memorat: q̄d horrorē ab armis auferat: vt in bello solet: sed omīa oñdit voluptuo sa: q̄lia in ludis eē dicebat. f Quos omis euntes. S. Quos euntes omnis turba fremit. i. cū fauore prosequitur. g Mirata fremit. CRI. Nā illorū indoles spem futurę fortitudinis afferebat. h Tonsa coma. S. id est composita. i Pressa corona: S. id est galea & sermone Homeri vsus est. Nam galea στεφανην. dixit: nam ꝓprie come nō tonsi capilli: Et reuera corona non pōt esse: cū sequat galeā ante pedes ꝓiecit inanē. Alii dicunt potuisse eos hre galeas coronatas. Bebius tamē Macer dic a cęsare Augusto pueris: qui luserunt Troiam donatas esse galeas: et bina hastilia. Ad q̄d Virg. constat alludere. k It pectore sū. S. Sic legendū est: ne sit solœcismus: & rei inanimatę dedit motū dicendo it: Summū aūt pectus ait pastoris & colli cōfiniū. l Tres equitū numero turme. S. rem Romanę militię suo inserit carmini. Nam cōstat primo tres fuisse partes populi Romani. Vna Tatiensium a Tito Tatio duce Sabinorum iam amico post fœdera: Altera Ramnetū a Romulo. Tertiā lucerū: q̄rū secundū Liuiū & nomē & causa in occulto sunt. Varro tñ dicit Romulū dimicantē ꝯtra Titū tacitum a lucomonib⁹: Hoc est Tuscis auxilia postulasse: Vñ quidā venit cū exercitu: cui recepto iam Tatio pars vrbis ē data: vñ in vrbe Tusc⁹: dictus est vic⁹. Hora. At thusci turba impia vici: q̄ a lucumōe luceres dicti sunt. Ergo in tres ꝑtes diuisus erat ppl'us. adeo: vt qui etiā vni p̄erat pti: tribun⁹ dicebat. Vñ etiā sumpt⁹ dati pplo tributa noīat. m Terniq; ductores. S. more suo: hoc ē tres. n Ductores pueri. SE. Hic quidā distinguūt: vt diximus supra. o Paribusq; mgris. S. Et hic alludit: Nā hodie equitūq; magistri dicūt. p Priamus. C. fili⁹ fuit Polite: q̄ in ꝯspectu pris a Pyrrho cęsum scripsit poeta: q̄uis Cato illū in Italiā venisse: et politorū vrbē cōdidisse dicat. Alii dicūt Priamū ędificasse: et illā a patre denōīasse. q Politę ꝓgenies. S. Illū dicit: quē supra a pyrrho introducit occisū: de quo Cato in originibus dicit: q̄ ad Italiā veniret. & segregatus ab Aenea condiderit oppidū Politorium a suo nomine. r Quē Thraci⁹ al. S. Cū tres dixerit duces: quorū eq̄s cōmemorat: sed aut ꝑtermisit, q̄ vt cōseq̄renē necesse erat: nec eni vnus pedes eē poterat: aut illo reddidit loco: vt cętera pubes senioris Acestę fert equis. Quāq; m'ti distinctiōe mutata tres eq̄s cōmemorāt: vt sit plane primus equ⁹ bicolor maculis: & de alio dicat. s Vestigia primi alba pe. S. i. primorū pedū vestigia: & frontē albū oñdebat alter. t Atii dix. latini. S. propter Actiam matrem Octauiani dixit: de q̄ dixit Anthoni⁹: Acya latini mater: vult eni eius etiā maternū genus esse antiquissimum. v Cętera trinacrię. S. Cętera pubes equis acestę fertur. x Pauidos. SER. glorię cupiditate sollicitos. y Gaudentq; tuentes Dardanidę. CR. Fit eñ natura vt puerili ętate: ī q̄ aliq̄ sit idoles: gaudeā⁹ et ip̄a silitudine formę p̄rn̄ę illos a morib⁹ ipoꝝ nō degeneraturos putē⁹.

z Flagello. SER. virga quę sonat in modum flagelli. a Choris. S. aciebus. C. Choris. maluit q̄ acies dicere: qa ludus & nō hostile certamē erat. b Et nunc terga. S. Tria cōmemorat: q̄ in bello gerunt: pugnā: fugā. & pacē. c Labyrinthus. S. locus apd Cretā factus: a Dedalo p̄plexis parietibus: vbi minotaurus inclusus est. C. Labyrinthus. Hoc ędificii gen⁹ portentosissimū iure appellat Plini⁹: Est em̄ īgentissimi dispendii: & nulli vsui necessariū. Pōit aūt quatuor fuisse. Primū in heracleopolite: quē Herodotus. xii. regū: q egypto sir imperarunt op⁹ fuisse refert: Et tria milia habitacula habuisse: mille qngenta supra terrā: & totidē sub terranea. Demoteles regiā Mochrudis fuisse dic. Lycias sepulchrū Meridis. plures Sol sacrū eē extructū. Hinc Dedalus exemplar ī eo quē in Creta ędificauit: sūpsit: s̄ illi⁹ cētesimā p̄tē vix imitatus est: q̄ itinerū ambages occursusq; ac recurs⁹ inexplicabiles cōtinet: crebris forib⁹ inditis ad fallendū occursus: redeūdūq; in errores eosdē. Terti⁹ fuit ī Lemno: similis illis. colūnis tm̄ centū qnqginta memorabilior: qrū ī officina turbines ita librati pepēderūt: vt puero circūagente tornarēt. Quartū porsena Clusii rex sibi facit sepulchri cā sub vrbe Clusio. De q̄ Varro. sepultus est sub vrbe Clusio: ī quo loco monumentum reliqt lapide q̄drato: Singula latera pedū lata tricenum: alta qnqgenū: in qua basi q̄drata intus labyrinthū inextricabilē: q̄ si quis īpperet: sine globo lini: exitū inuenire neqat. Sup ad q̄dratū pyramides qnq; sūt. q̄tuor in angulis: ī medio vna: ī imo latę pedum septuagenū quinū: altę centum quinquagenū: ita fastigiatę: vt in summo: orbis Aeneus: & Pegasus vnus omnibus sit impositus: ex q̄ pendeant excepta catenis tintinnabula: quę vento agitata: longe resonant. Supra quem orbem alię quattuor pyramides extant: altę pedes centenum supra quas vno solo quinq; pyramides: quarum altitudinem Varronem puduit ponere. Fabulę Etruscę eādem dicunt: quam totius operis Diodorus siculus scribit de labyrintho egyptio esse: qui illum a Mena rege ędificatum: volūt: esse itidem alios qui a Barone positū referant. d Parietibus intextū cęcis. S. i. cęcum intextis parietibus. e Ancipitēq; dolū. S. perplexū errorē eundi ac redeūdi. C. Ancipitem dolū. Errorem ex ambiguitate. f Frangeret. S. deciperet. falleret. Est enī Catulli versus. Errabunda regens tenui vestigia filo: Ne labyrintheis e flexib⁹ egredientē tecti frustraret inexplicabilis error. g Indephensus. CR. pro indeph̄ensibilis. h Impediūt. S. Implicant: intexūt: q̄d a vestibus tractum. i Texuntq; fugas. C. Ita fugiunt: vt inexplicabiles cōnectendo cursus reddant. k Delphinū. S. aut vento ab eo q̄d est Delphin delphinis a Delphine: aut delphinū pro delphinorū posuit. CRI. Delphinū. delphinus delphini: & delphin delphinis: velocissimus omniū aīaliū delphinus est ocior volucre: acrior telo. tardatur tū in feriēdo: quia nō resupinus: atq; inuersus feriri potest: quoniā multū infra rostrū os illi est medio pene in ventre: cū diutius spiritū p̄tinuerit veluti arcu emissus ad respirandū emicat. Parit catulos decē: nutrit vberib⁹. fœtus infantia infirmos gestāt: adultos diu comitat: viuit trigīta annis: lingua illi contra naturam aquatiliū mobilis & suilli similis, p̄voce gemitus hūano similis: dorsum repandū. rostrū symum: qua de cā nomen Symonis miro mō agnoscūt: malūtq; ita appellari homini amicissimi sūt: & musica delectāt. Hu⁹ rei & Arionis: & multorum alioꝝ exempla narrat Plinius. corio vestiuntur: sed non cum pilis: vt vituli marini & hyppotami. l Maria hu. S. Homerus. υγρα κελευθα m Carpathiū. S. inter egyptū & rhodū: ab Carpatho insula: nec vitādū cum duas posuisse cōparationes. cum & in secūdo hoc fecerit in segetem veluti &c. vt in Geor. tres ponat frigidus: vt q̄ndā syluis immurmurat auster: vt mare sollicitū stridet refluentibus vndis: Aestuat vt clausis rapid⁹ fornacibus igni.

Dardanidę: veterumq; agnoscāt ora parentū.
postq; omnē lęti cōsessum: oculosq; suorum
Lustrauere in equis: signum clamore paratis
Epitides longo dedit insonuitq; flagello.
Olli discurrere pares: atq; agmina terni
Diductis soluere choris: rursusq; vocati
Conuertere vias: infestaq; tela tulere.
Inde alios ineunt cursus: aliosq; recursus
Aduersis spacijs: alternisq; orbibus orbes
Impediūt: pugnęq; cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugę nudāt: nūc spicula vertūt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondā Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum cęcis iter: ancipitemq;
Mille viis habuisse dolum: qua signa sequēdi
Frangeret indephensus: & irremeabilis error.
Haud aliter teucrum nati vestigia cursu
Impediunt: texuntq; fugas: & prelia: ludo
Delphinū similes: qui p maria hūida nando
Carpathiū lybicumq; secāt: ludūtq; p vndas.
Hunc morem cursus: atq; hęc certamia: prim⁹
Ascanius longam muris cum cingeret Albam
Rettulit: & priscos docuit celebrare latinos.
Quo puer ipse modo secū: quo troia pubes:
Albani docuere suos: hinc maxima porro
Accepit roma: & patrium seruauit honorem.
Troiaq; nunc pueri troianum dicitur agmen.

n Primus Ascanius: SER. generis ordinē docet: vt in primo diximus. o Retulit. SER. innouauit: quod iam fecerat. p Priscos. S. Qui tenuerant loca: vbi alba est condita. q Porro. S. Post longū interuallum: & est aduerbium temporis. r Troiaq; nunc pueri. SER. vt ait Suetonius: Tranquillus ludus ipse quē vulgo pyrricā appellāt: Troia vocatur: cuius originē exp̄ssit in libro de puerorum lusibus.



Hac celebrata tenus sancto certamina patri:
Hic primũ fortuna fidem mutata nouauit.
Dum varijs tumulo referunt solennia ludis:
Irim de coelo misit saturnia Iuno
Iliacam ad classem: ventosq; aspirat eunti.
Multa mouẽs:nec dũ antiquũ saturata dolore.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa cito decurrit tramite virgo.
Cõspicit:ingentẽ cõcursum:& littora lustrat:
Desertosq; videt portus:classemq; relictam:

s Hac celebrata ten⁹. SER. Temesis est hactenus: & hic sermo quantũ ad artẽ spectat.duas continet partes orationis: vt hac pnomẽ sit: tenus prępositio: sic pubeten⁹: & currũten⁹:sed iã vsus obtinuit:vt p vna parte habeaẽ:ergo aduerbiũ ẽ. Omis eni pars orõnis cũ desierit esse qd ẽ:in aduerbiũ migrat: ꝛ est tẽporis: nam hucusq; significat. t Hic primũ.S. Sequeẽ enim Palinuri vel Miseni mors:ideo mutata fortuna est. C. Fortuna mutata.i.fortuna innouata: id est alia facta mutauit fidẽ: In q loco docet Poeta nullã fidẽ habendã eẽ fortũę:qa mobilis instabilisq; semp est: & semp infida vt recte monere videaẽ Seneca:Nemo confidat nimiũ secundis.Nemo desperet meliora lapsis.Fortuna mutata nouauit fidẽ.i.mutauit fidẽ innouata.q̃i alia effecta. v Irim de coelo ꝛc.S.Ex magna parte seruatur: vt Mercurius ad concordiam Iris ad discordiam mittaẽ. Vñ et Iris dicta ẽ quasi ἐρισ: Falsum est autem quod dicitur ministra esse tantũ dearũ: cum & a Ioue plerũq; mittaẽ: vt Aerea coelo:cum Iuppiter irim. Demittit germane haud mollia iussa ferentem:Et bene irim mittit: quę fit de nubibus:quarum dea est Iuno. x Ventosq; aspirat eunti.S.vt de Mercurio. Voca zephyros. CR. Aspirat. spirando immittit. Nam venti spũs sunt: et simul fauorem significat: vt aspirat primo fortuna labori. y Mille coloribus .S.scilicet factum. Vel mille colorum:p Antiptosim.

z Nulli visa.S.scilicet ipsa dea.Nam arcus videẽ:quem non irim:sed viam iridis dicit. Alii celeratis esse voluñt nulli visa:de iride arcũ in genere masculino dixit Virgili⁹. Catullus & alii in foeminino referentes ad originem.
a Desertos.S.a viris. b In solo.S.deserta. Terentius.

venit meditatus ex solo loco. c Acta. S: ακτη grecū ē. d Pontū aspectabant. C. tanq̄ exose nauigationē: & q̄ dolerent: & tantū nauigasse: & tm̄ adhuc esse nauigādū. e Flentes heu. S. i. miserabiliter flentes: & a psona poetę dicit: Vel sit ipsarū mulierū. f Vox oib⁹ vna. C. Optimā captauit occasionem classis incēdendę: cū oēs a nauigatiōe abhorrerēt. g Haud ignara. C. Arguit a possibili. h Facieq̄ deę vestēq̄ reponit. C. Nō em̄ poterat induere formā Beroes: nisi prius suā reponeret. i. seorsum poneret. In eā aūt mulierē se vertit: quę et pter viri auctoritatē: & pter etatē: & pp̄ter natos fidem haberet. i Reponit. S. Duo diuersa vno v̄bo cōdudit. k Ismarii. S. thracis: Ismar⁹ mōs Thratię: & bn̄ suadet ab auctoritate ¶ Sicaut mutato hitu: aut ista dictura. l O miserę. S. magna arte: nō ex abrupto q̄d vult persuadere dicit: sed vtitur circumstantiis. C. O miserę. idem loc⁹ est qui fuit sup̄ in tertio ęn. o Foelix ante oēs priameia virgo hostilē ad tumulū iussa mori: Quāta ergo ē pn̄s ifoelicitas: cū fuissēt future foelices: si cęsęi patria fuissēt. Est āt pœmiū per insinuatōez. Hoc em̄ id agere velle videt: vt earum miserias deploret. Neq̄ antea demonstrat quid vellet: q̄ ni faciant: illas infoelicissimas futuras demōstret. m Exitio. S. Exitio dixit et non regno. C. Cui exitio. q̄si dicat: nullū eē tam seuū: q̄ illi satisfacere videat. n Septima. S. Atqui et Dido etiā septima dixit: Vn̄ quidā dicunt Aeneā paucis diebus fuisse Carthagine: nam dixit: Cum subito assurgens fluctu nymbosus orion: qui secūdū Salustiū orit̄ iuxta solis ęstiui pulsum. Itē ait dum pelago desęuit hyems et aquosus orion: vt hyemem p tēpestate posuerit: sed illud occurrit. Nūc hyemem inter se luxu q̄ longa fouere. Sed quidā ita purgāt: vt itra anni metas: et ad Aphricam venerit: et inde decesserit. Sed in primo ait septima ęstas. Vnde apparet hanc octauam fuisse. quod & ab Anchisę morte indicat impletus annis. Ergo insolubilis est locus: & quem Virgilius emendasset. C. Septima. Pathos a longitudine tempis: vt septem illū phibēt totos ex ordine menses. Item a difficultatibus & periculis: quę diutius perpessę sunt.

At procul in sola secretę troades acta
Amissum Anchisen flebant: cunctęq̄ pfundū
pontū aspectabāt flentes: heu tot vada fessis:
Et tantū superesse maris: vox omnibus vna:
Vrbem orant: tędet pelagi pferre laborem.
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
Conijcit: & faciemq̄ deę vestemq̄ reponit.
Fit beroe: Ismarij coniunx longęua doricli:
Cui genus & quondā nomem natiq̄ fuissent.
Ac sic Dardanidū mediā se matribus infert.
O miserę: quas nō manus (inqt) achaica bello
Traxerit ad lœtū: patrię sub mœnibus: o gens
Infœlix: cui te exitio fortuna reseruat:
Septima post troię excidiū iam vertitur ęstas:
Cū freta: cū terras omnes: tot inhospita saxa:
Syderaq̄ emensę ferimur: dū per mare magnū
Italiā sequimur fugientē: & voluimur vndis.
Hic Erycis fines fraterni: atq̄ hostes acestes:
Quis phibz muros iacere: & dare ciuib⁹ vrbē:
O patria: & rapti necquicq̄ ex hoste penates:
Nulla ne iam troię dicent mœnia: nusq̄
Hectoreos amnes: xanthū & Simoēta videbo:
Quin agite & mecū īfaustas exurite puppes.
Nam mihi cassandrę p somnū vatis imago
Ardentes dare visa faces: hic quęrite troiam:
Hic domus est (inqt) vobis: nūc tēpus agi res:
Nec tantis mora prodigijs: en quatuor arę

o Cum terras omnes. SER. quia peragrauerat multa: p Syderaq̄ emensę ferimur. S. Aut tempestates: aut puintias: q̄ syderibus subiacēt: vt in Bucco. Aethiopū versem⁹ oues sub sydere cācri. ¶ Per mare mag. S. pcellosū: Lucretius. Suaui mari magno. q Italiam sequimur fu. S. vt iam tandē Italię fugiētis prendim⁹ oras. Et reuera nullus sequit̄: nisi quod fugit. C. Fugiētem: Pathos a desperatiōe futuri: ex quib⁹ recte concluditur debere eas q̄rere sedes. ergo & incendere naues. r Voluimur. S nō nauigamus. s Hic erycis fi. S. Argumentū a facili. C. Erycis fines: nō satis erat demōstrasse nō esse nauigādū: nisi etiam pbaret cōmode illic consistere licere. t O patria. C. quā reliquimus: vt noua restauraremus. Concitat maximam cōmiseratiōnē huiuscemodi interposita exclamatiōe. v Necquicq̄. S. qui nō pderant: cū essent fatorū comites. C. Necq̄cq̄. Si nobis sedes paramus. x Quin agite. C. quod hactenus occultauerat: nūc demū et confutatis q̄ contra dici poterant: & cōfirmatis q̄ in rem faciebant audēti⁹ profert: animis iam ex superiori oratiōe: ad id sua sponte inclinatis. y Infaustas. SER: mali ominis. y Nā mihi cassandrę. S. nō cui credere non debebant: sed cui cum sua pernitie non crediderāt. CR. Nam mihi. Confirmat ea q̄ pponit: vatis auctoritate: cui⁹ vaticinia neglecta calamitatum causa fuerūt. a Hic. C. vbi summa adest facultas. b Nunc tēpus agi res: SER. Troiam fieri. CRI. Nec abest occasio temporis. c Mora prodigiis. S. Ecce pdigiū de bono: et argument aē ad incendium nauium. d En q̄tuor arę. S. Aras Neptunni ardere: quas ideo quatuor dicit: qa singuli duces singulas posuerant. Nā contrarium est: Numero deus impare gaudet. Alii dicunt a Cloantho positas quas promiserat se daturum. CRIST. En quatuor arę. vt nō solū ex hoc facultas ostendat̄: sed etiam deorū iudicet̄ voluntate fieri posse. e Neptunno deus. S. cuius sunt naues. f Prima. C. Non enim orōne solū: sed et exemplo illas mouere voluit. g Infensū. SER. i. ipa infensa; h Tot. S. aut multorum: aut supra

Neptūno: deus ipse faces: animūq; ministrat.
Hęc memorās: prima infensū vi corripit ignē:
Sublataq; procul dextra: cōnixa coruscat
Et iacit: arrectę mentes: stupefactaq; corda
Iliadum: hic vna e multis quę maxima natu
pirgo: tot priami natorum regia nutrix:
Non beroe vobis: nō hæc rhœteia matres
Est: doricli coniunx: diuini signa decoris:
Ardentesq; notate oculos: qui spiritus illi:
Qui vultus: vocisue sonus: vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum beroen digressa: reliqui
Aegram: indignantem tali quod sola careret
Munere: nec meritos anchisæ inferret honores.
Hæc effata. At matres primo ancipites: oculisq; malignis
Ambiguę spectare rates: miserū inter amorē
præsentis terrę: fatisq; vocantia regna.
Cum dea se paribus per cœlum sustulit alis:
Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum vero attonitę monstris: actęq; furore
Conclamāt: rapiūtq; focis penetralib⁹ ignes:
pars spoliant aras: frondē: ac virgulta: facesq;
Coniiciunt: furit immissis vulcanus habenis
Transtra p & remos: & pictas abiete puppes.
Nūcius anchisæ ad tumulū: cuneosq; theatri:
Incensas perfert naues Eumelus: & ipsi
Respiciūt atram in nymbo volitare fauillam.
primus & ascanius: cursusq; vt lætus eqstres
Ducebat: sic acer equo turbata petiuit
Castra: nec exanimes pn̄t retinere magistri.
Quis furor iste nouus? q̄ nunc q̄ tēditis inqt.
Heu miseræ ciues: non hostē inimicaq; castra
Argiuum: vestras spes vritis: en ego vester
Ascanius: galeam ante pedes proiecit inanem:
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul æneas: simul agmina teucrum.
Ast illę diuersa metu: p littora passim

dictorum: vt quinquaginta illi thalami. i Nō beroe. S. hortatur numinis auctoritate. k Diuini signa. S. diuia collegit signa: qb⁹ dii cognoscunt: vt Nāq; haud tibi vllus mortalis: nec vox hoiem sonat. l Ardentes. C. Non ex ira: sed diuīo splē dore. m Spiritus. S. odor: vt comę diuinum vertice odorē. Spirauere. CRI. Qui spūs. quę animi vehementia. n Qui vult⁹. C. Nā isa cie illi appebat nescio qd diuinū. o Vł gressus. S. vt. et vera incessu patuit dea. p Reliqui ęgrā. C. Recte eius formā sumpsit iris: quę morbo absfutura: illā simulationis arguere nō poterat. q Primo. S. anteq̄ numen agnosceret. C. Prio ancipites. Nā a principio q̄uis suasę essent: tñ magnitudo facinoris absterrebat: atq; etiā desideriū fatalis terrę extinguebat ardentē q̄ cupiditatē in Sycilia quiescendi. r Miserū. SER. aut magnū. Teren. Eam misere amabat: aut q̄ efficerent miseriores. s Focis ig. C. Recte: Nam focus est vbi ignis fit. t Trāstra p. C: Anastrophe. i. ptrāstra. v Pictas. S. vel q̄ essent picte & de abiete. x Abiete. S. i. in abiete. y Eumel⁹. C. accōmodatū rei nomē: nā Eumel⁹ pōt iterptari q recte curret. z Let⁹. C velox Et recte prim⁹ Ascani⁹: nam & in equo erat: & ad eū preter ceteros ea res ptinebat. a Magistri. S. custodes. Teren. Me filiis reliquit quasi magistrum. b Furor. S. q̄si ad furentes loquitur: & veluti: ne nunc quidē agnit⁹: cū dicat: En ego vr̄ Ascanius galeā piecit in anem. c Nouus. SER. aut magnus: aut inopinatus. C. Nouus. magn⁹. vel sine exemplo: q̄ in mulieres tanta venerit amentia: vt suas naues vrāt. d Quo nunc tenditis? S. id est: quid habetis intentiōis? e Vr̄as spes vritis. S. Nauibus enī ad regna tendebāt. f Inanem. S. cōcauā sine capite. g Ludo. S. p ludū. h Illę diuer. C. Nō discedit ab ingenio muliebri:

quasi per furorē in audatiam proruperint deprehense fuga sibi consulūt: et latibula nullo delectu habito: metu et pudore sibi omino queritant. i Mutatę. C. Nā relictę a furore in sanam mentē redierant. k Excussa q̄; pect. Iu. est. S. Furoris causa nō furor. ¶ Iccirco q̄a furor desierat. l Sed nō iccirco. C. admonet diligēter animaduertendū antea quā quicq̄ agere incipiam⁹. Nam quę facta sunt: pœnitentia infecta reddere nō possumus. m Vdo. S. sub robore vicino aquis. n Stuppa. S. fm antiquā orthographiā. Nam stuppa dicta est a stipando: Abusiue etiā linum dicim⁹. o Tardum. S. densum: crassum. Nam ignē solet fumus preire. Vnde tardum addidit. p Est. CR. Consumit: vt. Est mollis flāma medullas. q Corpore. S: nauiū. Vt disiice corpora pōto. r Descendit pestis. S. incēdiū more suo: & declamauit p contrarium. Nā ignis supiora semp petit. s Vires heroū infu. flu. C. i. tanta vis aquę quanta heroica virtute infundi posset: q̄ instar fluminis erant. t Flumia psunt: S. vis aquę. v Humeris abscindere vestem. S. Notāt quidā q̄ æneas damnum q̄tuor nauiū impatienter doleat: Sed magis illud cōsiderandū est: qd ait supra Ascanius: vr̄as spes vritis: vt damnū nō doleat: sed spem nauigatiōis ereptam. C. Hūeris abscindere vestem. Ergo animi desperatiōe agebatur: sed nō mirādū. nam cū constitutus esset in eo genere virtutū: q̄ purgatorię sunt: nōdū ad id robur puenerat: vt taş fęuę posset obsistere fortunę: quod earū est virtutū q̄ animi sunt iam purgati: vt nos latius in disputationib⁹ nostris Chamaldulensibus dixim⁹. x Iuppiter omnipotēs. SER. Figuratis hoc agit coloribus: nec vt pereat: sed vt restringuat̄ incēdiū. ¶ Si. optimus duct⁹ est: q agentis voluntatē latenter ondit. D. Iuppiter omipotens: amplexus

est omnia, que f.p. malorum necessitate uerat postulanda. ¶ Iuppiter. hoc solum satis est ad auxiliandum. Omipotens. vt nō solum pstādi habeat potentiam: sed etiam difficilia possit remouere: sed qm non satis est posse: nisi etiam velit: addit: si nō omnes ad vnū odisti · id est nisi me quoqꝫ odisti. Addit etiā cōmiserationem ponens egestatis angustias. Postremo ponit meritū postulantis: et plenum auxiliū dantis. C. Iuppiter omnipotēs. Oratio est in genere deliberatiuo: in qua cum petat: primo ōndit facilitatem rei: nam omipotenti Ioui nihil difficile fit. Deīn ostendit rem honestā. pertinet em̄ ad diuinā clementiā: cū res ample in angustias redacte sunt illatū misereri: qui locus non solū honestatē ōndit: sed summam quoqꝫ concitat cōmiseratione. y Non dum ꝛc. C. qsi dicat: nisi das euadere flammam: videberis exosus omnes Troianos: & nō videbitur esse pietas hūanis laboribus: qd nō est diuine clementie. z Exosus. SER. Antiq dicebāt odi: & osus sum: hinc exosus nunc nomen in vsu est: verbo nō vtimur.
a Ad vnū. S. nullo excepto. b Si qd pietas. S. aut si tibi pietas pstat aliquid hūanis laboribus: aut si quid meremur: propter pietatis cultū: vt Parce pio generi: hoc ipsa remunera. Vel si respicit res hūanas pietas: que de terris olim recessit.
c Pater. C. q.d. omibus cōmunis: & ad quē oim cura ptinet. d Tenues CR. q.d. ex quibus si aliquid demit: nihil iam superesse videbit. Satis enī iam punist i: si ex tam magnis. ita tenues reddite sunt. Ergo ne seui: quia nō meruimus puniri: vt si meruimus satis āplas iam poenas dedimus ad huiuscemodi tenuitatem redacti.
e Res eripe letos. SER. Acyrologia ē: id est in ppriet as sermonis: nō em̄ letum dicit: nisi de viuentibus animalibus.

Diffugiunt: syluasqꝫ: & sicubi concaua furtim
Saxa petunt: piget incoepti: lucisqꝫ: suosqꝫ
Mutate agnoscūt: excussaqꝫ pectore: Iuno est.
Sed nō iccirco flamme atqꝫ incendia vires
Indomitas posuere: vdo sub robore viuit
Stuppa vomēs tardū fumū: lentusqꝫ carinas
Est vapor: & toto descendit corpore pestis.
Nec vires heroum: infusaqꝫ flumina prosunt.
Tum pius æneas humeris abscindere vestem:
Auxilioqꝫ vocare deos: & tendere palmas:
Iuppiter omnipotēs: si non dū exosus ad vnū
Troianos: si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos: da flammā euadere classi
Nunc pater: & tenues teucrū res eripe leto.
Vel tu quod superest infesto fulmine morti
(Si mereor) demitte: tuaqꝫ hic obrue dextra.
Vix hec ediderat: cum effusis imbribus atra
Tēpestas sine more furit: tonitruqꝫ tremiscūt
Ardua terrarum: & campi: ruit ethere toto
Turbidus imber aq: densisqꝫ nigerrimus austris.
Implenturqꝫ sup puppes: semiusta madescunt
Robora: restinctus donec vapor omnis: & omnes
Quatuor amissis seruate a peste carine.
¶ At pater æneas casu concussus acerbo:
Nunc huc ingentes: nunc illuc pectore curas
Mutabat versans: siculis ne resideret aruis
Oblitus fatorum: italas ne capesseret oras.
Tum senior Nautes: vnum tritonia pallas
Quem docuit: multaqꝫ insignē reddidit artē:
Hec responsa dabat: vel que portenderit ira
Magna deum: vel que fatorum posceret ordo.
Isqꝫ his æneam solatus vocibus: infit.

f Vel tu. CRI. Nam auctor poene: eam leuiorē faciet. g Quod superest. S: id est qd cōgrue sequit. C. Qd supest. qsi dicat: illud exiguū quod restat. h Vix hec edide C. Ostendit qꝫ acceptus diis esset: cū tā subito eius sint exaudite preces.
i Effusis imbribus. CRI. Imbres em̄ vehemētiores sunt qꝫ pluuie. preterea erāt effusi. k Sine more. S. i. sine exemplo.
l Tonitruqꝫ tremiscunt: S. ablatiuus hic incertus est: vtrum a neutro indeclinabili veniat hoc Tonitru: vt hoc cornu. Nam inde est fracteqꝫ tonitrua nubis: vt cornua: an masculinū sm qrtam declinatōnem. Hinc em̄ est. tonitrus agis: et mea fulmina torques. m Ardua terrarū. S. Periphrasis mōtium. n Ethere toto. S. pro aere posuit.
o Madescunt robora: S. aut humectant: aut resoluunt in cinerē: qd naturale est post incendiū.
p Fatorū. S. oraculorum.
p Tum senior nautes. S. bene daturum cōsiliū & ab etate: et a prudētia: & religione cōmēdat. D. Tū senior. Et arte & etate a pallade accepta meruerat audiri. Est autem sue sententie consona illa Terētiana. Qn id fieri potest qd vis: id velis quod possis. r Vnū. S. precipuum. s Tritonia pallas. SER. p vno proprio duo Antonomasia posuit. t Pallas. S. Q dixit Pallas quē docuit: propter illud qd supra diximus fingit. quia ipse Romā Palladiū detulit: Vnā nautiorū familia Minerue sacra retinebat: quod etiā Varro dicit i libris qui de familiis Troianis scripsit. v Reddidit arte. SER: virtute αΠΟ ΤΗΣ αρεΤΗΣ. x Rñsa dabat S. Laus consilii.
y Vel que portenderit ira magna deum. S. i. Iuno. vt alibi. Celestū vis magna iubet. z Solatus vocibus infit. S. solatus & infit. Nam solans debuit dicere: sicur sequens indicat consolatio.



Nate dea: quo fata trahũt: retrahũtq; seqmur:
Quicqd erit: superãda oĩs fortũa ferendo est:
Est tibi Dardanius diuinę stirpis acestes:
Hunc cape: consiliis sociũ: & cõiunge volentẽ.
Huic trade amissis superãt q nauibus: & quos
Pertęsum magni incœpti: rerum q; tuarũ est.
Longeuosq; senes: ac fessas æquore matres,

a Quo fata trahũt. C. Nam q̃ mutari non pñt si illis cędendo ęq̊ a͞o feramus: min⁹ nos affligũt. Nam vt est apud Hora. leuius fit patientia qcqd corrigere est nefas. b Quicqd erit. S. vt alibi: fuerit q̊dcũq; fatebor. c Ferendo est. S. dũ ferẽ: mod⁹ gerundii a passiuo. d Est tibi. S. Iã hoc consiliũ est. C. Est tibi. Arguit a facili: & ab honesto. a tuto. Facile ei est condere vrbem in regiõe vbi & cognat⁹: et liberal' prĩceps regnat: honesteq; ac tuto illi hi q reliquũt: credũt. Fit etiã sine suo dãno: cũ illis exoneret: q aut senectute debiles sũt: aut naturali ignauia oĩ virilitate careãt. e Diuinę stirpis. S. ꝓpter Dardanũ. f Volentẽ. S. voliturũ. Nã velle hẽbit: ñ iã vult. g Supant. S. supsũt. supfluũt. dicit aũt: nõ tm̃ debiles: sꝫ etiã valẽtes iuue-

Et quicqd tecū inualidū: metuēsq; pericli est
Delige: & his habeant terris sine mœnia fessi:
Vrbem appellabunt pmisso nomie acestam.
Talibus incensus dictis senioris amici:
Tum vero in curas animū deducitur omnis:
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisę: subito tales effundere voces:
Nate mihi vita (quōndā dum vita manebat)
Care magis: nate iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc venio: qui classibus ignē
Depulit: & cœlo tandē miseratus ab alto est:
Consilijs pare: quę nūc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes fortissima corda
Defer in italiam: gens dura atq; aspera cultu
Debellanda tibi latio est: ditis tamen ante
Infernas accede domos: & auerna per alta
Congressus pete nate meos: nō me impia nāq;
Tartara hn̄t: tristesq; vmbrę: s; amœna piorū
Concilia: elysiumq; colo: huc casta sybilla
Nigrantū multo pecudum te sanguie ducet.
Tum gen⁹ ome tuū: & q̄ dent mœnia disces.
Iamq; vale: torquet medios nox hūida cursus.
Et me sęuus equis oriens afflauit anhelis.
Dixerat: & tenuis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas quo deide ruis: quo proripis inquit:

nes: vnde sequitur Lon. h Longęuosq; senes. S. Nec eni addere .q; nisi supra iuuenes dixisset. Item expressius sequitur. i Et quicqd tecū inua. &c. C. Inualidū ad corp⁹ referas. k Metuēs. C. Ad animū hoc spectat. Ergo reliq̄ illos qb⁹ neq; corpis neq; animi vires sufficiunt. l Permisso noie. S. ab Aceste scilicet: dict a aūt Acesta: deinde Segesta. m Tū vero. S. Nam & ante cogitauerat: vt: pectore curas mutabat versans. C. Tum ve. Nam q̄uis hæc ita essent: vt dicebat nautes. tn̄ magnanim⁹ vir nihil mag cupiebat. q̄ oēs suos incolumes in Italiā transire. Ergo hinc necessitas: illīc excellentia rei illum distrahebāt. Fuit ergo opus ad cōsiliū dandū eo: in q̊ maior esset auctoritas. n Animum deducitur. S. gręca figura vt mentem lęsus. o Et nox atra polum. S. quasi maior causa cogitationis. vt. Et sub noctem cura recursat. p Bigis. S. proprio modo. Bigis ei melius pl'ali vtimur q̄ singl'ari. Ideo rorifera gelidū tentauerat aera biga: abusiue dixit Statius. q Visa dehic cœlo facies delap. pa. S. Aut scd̄m q̃d. s̄. dixim⁹: quia animę cœlū tenent: Simulacra vero apud inferos sunt: aut ad errorē ptinet somnii: Nā et visa ait: Aut certe a Ioue missam ptātem aliquā: quę se in Anchisę conuerteret vultū: Nam & ipse dicit impio Iouis huc venio: Et infert: Elysiūq; colo. ¶ Facies. C. Prima ex trib⁹ Seruii expositiōibus magis placȝ. & Elysiū intelligas in circulo lunari. r Dū vita manebat. S. Bene addidit: dum vita manebat. nulla em̄ est vita p⁹ mortē. s Impio Iouis. S. Ab aucte: vt. Ipse deum tibi me claro demittit olympo regnator. t Nautes, dat senior. S. vt solȝ iisdē vsus ē sermōib⁹. Nā ait: Tūc senior nautes. v Fortissima corda: gens dura. C. Propterea oñdit eē relinq̄ndos imbelles: qm̄ nō sine magnis bellis in Italia consistere liceat. x Atq; aspa cul. S. q̊d in nono latius exequit̄: natos ad flumia primū deferim⁹. y Debellāda ti. S. Bn̄ victoriā n̄ bella sola p̄dicit: i qb⁹ esse poterat terror: z Auerna p al. S. vt gargarus gargara: et tartar⁹ tartara. a Non me iperia nanq;. S. propter facilitatē. b Amœna. S. loca sunt solius voluptatis plena: quasi amunia: vnde nullus fructus exsoluitur: Vn̄ nil p̄stantes immunes vocamus. c Piorū consilia elysiumq; colo. S. Elysium est vbi piorū animę habitant post corporis animęq; discretionē. Vn̄ & interit⁹ dr̄ res inter aīam & corpus veniens. Ergo Elysium ἀπὸ τῆς ἐλύσεως. quod secundum Poetas in medio inferoꝝ est: suis fœlicitatibus plenum: vt Solemq; suū sua sydera norūt: Secundū Philosophos sūt īsulę fortunatę: quas ait Salusti⁹. inclytas esse Homeri carmīb⁹: quarū descriptiōem pius cōmētator dicit eē sublatā: Scd̄m theologos circa lunarē circulū: vbi aer purior est. vn̄ ait ipse Virgi. Aeris in campis. Itē Lucan⁹. Non illuc auro positi: nec thure sepulti perueniunt. d Nigrātū. C. quia inferis nigra hostia cōuenit: vt superis alba. e Tum genus oē tuū et quę dēt mœnia disces. S. Hę sūt causę ꝓpter quas Aeneas ad inferos descēdit. Generis agnitio: & ciuitatis nomē: q̊d ei nullus vnq̄ p̄dixerat: sed solus indicat pr̄. Latet em̄ vt supra diximus: verū vrbis nomen: vnde ei pr̄ quasi pro mysterio & affectiōe: ait illa inclyta Roma.

f Torq̄t med. nox hu. curs⁹: Et me sęu⁹ e. ori. af. anhel'. S. Dies est plenus: qui habet horas viginti quatuor: nam & nox pars diei est. Dicim⁹ aūt diem a parte meliore: vn̄ vsus est: vt sine cōmemoratōe noctis numerū dicamus dierū. Hic aūt dies scd̄m ęgyptios inchoat ab occasu solis. Scd̄m Persas ab ortu sol'. Scd̄m Ethruscos et Athenieses a sexta hora diei: Secundum Romanos a media nocte: et hos nunc secutus ait: medios cursus. Et me sęuus equis oriens afflauit anhelis. Hęc aūt plene exequit̄ & Cicero in auguralibus: & Aulus Gelius in libris noctium acticarum. Hoc etiam illa res iuris indicat: q̄ cū tribunū plebis abnoctare ab vrbe nō liceret: licebat tamē exire p⁹ noctem mediā: & an̄ mediā reuerti. g Sęu⁹ oriens. S. Sol cui⁹ lux est vmbris inimica. Vn̄ Luca. Et medio fert axe diem. Est āt physicū: nā pereūt vmbrę solis aduētu. h Fumus in au. C. Nā fumus in aerē ascendens euanescit. i Aeneas quo deinde ruis: SER. Ordo est: Aeneas deinde quo ruis.

k Quem fugis? S. Quasi ignorãs rõne qua fugeret. CRI. Quē fugis: q.d. nõ decet patrē filiū fugere. l Aut qs. C. q.d. tam crudelis. m Canę. S. antiquę. Aut ꝓpter ignis fauillas. C. Canę, antiq. Vel allusit ad extinctū cinerē. n Farre p.o. S. vel quia exinde sacrificabant: vel qa mos fuit apud maiores: vt diuinū ignē farre seruarēt: quia si durasset in alterū diē: eū aptū agendis reb⁹ sacrificabant. o Acerra. S. id est arca thuralis: id q̃d conuenit pro eo q̃d continetur. C. Acerra in singularis arcula thuraria ē: in plurali nomē vrbis: vt Et vacuis nõ ęquus acerris.

v Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit. S. Et supra diximus Apollinem sex mēsibus apud lycros: & sex apud Delū dedisse responsa. Itē lectum est deos aliquotiēs tantū idib⁹ vaticinari. Nōnunq; diei: vel prima: vel postrema parte: vn̄ est in iure fissus dies. i. nō totus religiosus: quē nunc ostendit dicēs. Nō oportere Aeneā religiosam diei partē perdere. i. oraculo congruā: sane sciendū poscit lectionē meliorē. Tempus em̄ poscit spectacula: nō a spectaculis poscitur. C. Non hoc ista sibi. Nā tempus quod breue est semper labitur: nō poscit: vt in rebus futilibus: & vanis conterat: vnde em̄ ait Cice. Hore quidem cedunt: & dies & mēses: & anni: nec tempus preteritū vnq; reuertitur. Verū si illud non huiōi spectaculis cōteramus: sed maioribus quibusdā rebus impediamus nō erit breue: (teste eodē Cicerone) cuius sententia est omne breue, tempus satis est longū ad bn̄ beateq; viuendū. Nam & Salu. Sed dux atq; imperator vite mortaliū animus est qui oia ad gloriā virtutis via crassatur abunde pollens potensq; & clarus est: neq; fortune eget: que virtutes: neq; dare: neq; eripere pōt. Sin captus prauis cupidinibus ad inertiā. & voluptates pessundatur perniciosa libidie paulisper vs⁹ vbi per secordiā: vires: etas: tēpus: ingeniū defluxerunt. nature infirmitas accusat: suā quiq; culpā auctores ad negotia trāsferunt. Tempus igitur ꝙ recte illo vtentibus satis longū. Ab vtentibus at nimis etiam breue nō poscit hec spectacula. x Nunc gre. de inta. S. gregē pro armēto posuit. nā de iuuencis dicturus est: que per poeticā licētiā sepe confundit: illo loco ꝓprie posuit. Qn̄q; greges illi balatū quina redibant: Armenta. Intacto autē indomito: vt intacta totidem ceruice iuuencas. C. de intacto. Quoniā hostie ab antiquis adhibebantur indomite: et iniuges appellabātur. y Septem. C. Secundū pythagoricos hic numerus omniū est perfectissimus & tribuitur sapientie: vn̄ & virgo: & pallas apellatur. Ergo septē quia sapientiā optat. z Iuuencos. C. Quantum ad contēplatiuā vitā: in qua: & maiora queruntur: & maiores sunt tentationes quib⁹ animus impeditur. Oues aūt q̄ ad actiuā in qua vtrūq; min⁹ a Lectas de more bidentes. S. de more antiquo. s. quē pretermisit: quasi tūc omnibus notū. i. ne habeant caudam aculeatam: nec linguā nigram: nec aurem fissam: quod docet aliud esse intactum: aliud lectum. Bidentes autem vt diximus oues sunt circa bimatum habētes duos dentes emi

nentiores: que erant apte sacrificiis. b Euboice ruppis: S. latus, hoc est montis cumani: quem Euboici habitauerunt. Est autem acyrologia. Colonie em̄ epithetō rei dedit immobili. c In antrū. S. in antri similitudinē vt port⁹ ab ꝯfluctu curuatus in arcum. C. Antrum. ponit pro fœlicitate. Nam vt Aristo. ipsa in centro est: & vndiq; ad eam sunt aditus. d Quo lati ducūt aditus centū rc. S. Non sine causa aditus dixit & ostia. Nam Vitruuius qui de Architectonia. scripsit ait. Cum ab aliquo arcemur ingressu id ostium dici ab obstādo: cū ingredimur aditum ab adeundo. e Ostia centū. S. finitus. numerus pro infinito: licet possit: & rōnabiliter dictū esse: responsa enim Sibylle in hoc loco plus minus centū sermonū sunt: inueniūt tn̄ Apollinis eulogia: & viginti & quinq; & triū sermonū. Vnde melius est finitū ꝓ infinito accipi. C. Centū multe em̄ sunt res vieq; qbus fœlicitatibus conseq possumus: dūmodo recte viuamus: Vnde & in euāgelio in domo patris mei mansiones multe sunt. f Totidē voces. S. ac si diceret tot sermones. g Sibylle. C. Sibylle (teste M. Varrone in libris rerū diuinarū ad Cesarem pōtificē maximū) appellate sunt omes vates feminie: vel ab vnius Delphidis nomine: vel a diuinis consiliis enūciatis veteres greci Aeolici deos συο ισ dixerunt. βολη consilium est. ergo Sibylla est: ac si dicatur. συο ιβλη Ait aūt idem Varro Sibyllas decem fuisse. Primā de persis cuius meminit Nicanor: qui gesta Alexandri scripsit. Secundam lybicam ab Euripide in lamie prologo nominatam. Tertiam Delphicam de qua Chrysippus in libro de diuinatione meminit. Quartā Cumena in italia, de qua et Neuius in libro de bello punico: & Piso in annalibus scribit Quintā Erythreā: quam Erythreus Appollodor⁹ suam ciue affirmat. Eāq; vaticinatā Grais Iliū petentibus. & Troiam peiturā. Et Homerū mendatia scripturum. Sextā Samiam: de qua Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum repperisse se scriptū ait. Septimā cumanā noīe amaltheā que ab aliis Erophile nomiatur que libros ad Tarquiniū: vt Liuius narrat detulit: quorum numerū auxerunt restituto capitolio ꝙ ex omnibus gretie italieq; precipue erythreis coacti: allatiq; sunt cuiuscūq; Sibylle nomine fuerit. Octauam Helespontiā in agro Troiano Solonis & cyri: vt ait. Heraclides pōticus temporibus. Nonam phrygiam: q̄ Ancyre vaticinata sit. Decimā tyburtem nomine. & Albuneam: que tyburi colitur: vt dea iuxta ripam Anienis: cuius in gurgite simulacrum eius inuentum dicitur tenens manu librum: cuius sortes senatus in Capitolium abstulerit. Harq; em̄ Sibyllarum carmina habentur: preter q̄ Cumee: cuius libri a Romanis occultantur: nec nisi a quindecim viris inspici fas est. Sunt autem singularum singuli libri: q: quia Sibylle nomine scribuntur: veluti vnius esse creduntur: et ita confusi: vt suus cuiq; assignari non possit: nisi Erythree: q̄ nomē sui carminis inseruit: que nobilior ceteris habet. Si quidem Fenestella de quindecimviris ait: restituto capitolio retulisse ad senatum. C. curionem consulem: vt legati erictheas mitterentur: qui carmina Sibylle conquisita Romam deportarent. Ita P Gabinus M Octalitius L valerius legati missi descr ptos a priuatis versus circa mille Romā retulerunt. Extant illarum versu. αλλαθεοσμορου
h Deus ecce deus. S. vicinitate templi iam afflata est nu

mine: nam furentis verba sunt deum velle ondere. que ipsi tantum videtur. Sane cauti esse debemus: qn plena sit numine: & qn deum deponat. Non em post vaticinationem dictura est. i Non vultus non color vnus. S. Ite Luca. Stat nusq facies. CRI. no vultus non color. Pathos ab habitu. Nam habit9 plerosq ostendit affectus: vt est illud pauitante: & dura tegente supplicia: Luctu vt Excussi manibus radii reuolutaq pensa. Admirationem defixa obtutu tenet ora Ven9 rogatura. Tristor & lachrymis o. s. n. Statius autem etia de vate in sano ait. Sera q mixta comis sparsa ceruice flagellat. i Compte come. S. ante hac. s. Nam per sacra resoluta sunt. vt vitasq resoluit sacrati capitis. k Anhelum. C. Sic Statii9 Quin et cornigeri vatis nem9 atq molossi Quercus anhela Iouis Troianaq tymbra placebit. l Maiorq videri. S. videbat sicut solebat in vaticinatioibus apparere numinis presentia qd humanis illudebat aspectibus Vnde ait Maiorq videri non em est re vera. m Nec mortale sonas. S. Alia em vox nuinu est vt i prio Nec vox hoiem sonat. Item vocis ue sonus. Afflata e nodu deo plena: s afflata vicinitate numinis. n Quado. S. si quidem: nam coniunctio est non aduerbiu. o Cessas in vota. S. Tardus es ad vota facieda: na si dixeris cessas in votis: hoc significat: tard9 es du vota facis: aliud em est cessas in illa rem: & aliud cessas in illa re: tard9 es ad faciendam rem: et tardus es in facienda re. Figurate autem dixit cessas circa vota promitteda numinib9. C. Cessas. No em per otium in quo omnia vitia sedent: vnde Otia si tollas perire cupidis arcus. Sed in vigilado agedo cuncta circuspiciendo. et labores sudoresq tolerando sapientia acquiritur. Hinc Horati9 Qui studet optatam cursu contingere meta. Multa tulit fecitq puer sudauit: & alsit. p Tros. S. principale p diriuatiuo. i. p Trois. Neq em ante dehiscent: tractu est de matris deum templo: q non manibus: sed pcibus aperiebat. q Attonite. S. stupende non stupentis. Ergo attonite facientis attonitos: vt mors palida. tristis senectus. r Ora domus. S. Quia supra ait: vnde ruunt totidem voces. s Perdura cucurrit Ossa tremor. S. religionis est: & diuine reuerentie: alibi ipse manum multo suspensum numine ducit. t Pectore ab imo. S. a mentis intimo. Nec immerito: nam illa re diuinitas flectitur: que est nobiscum diuinitate comunis. i. sensu. C. Pectore imo. Ostendit quales preces esse debeant. v Phoebe graues. S. Secundum Homerum qui eum dicit semper propungnatore fuisse troie. C. Phoebe. Captat beniuolentiam comemoratione beneficiorum: eademq illa ad alia inferenda pmptu reddit.

Ventum erat ad limen: cu virgo poscere fata
Tempus ait: deus ecce deus: cui talia fanti
Ante fores: subito non vultus: no color vnus:
No compte mansere come: sed pectus anhelu:
Et rabie fera corda tument: maiorq videri:
Nec mortale sonans: afflata est numine quado
Iam propiore dei: cessas in vota precesq
Tros ait aenea: cessas: neq em ante dehyscent
Attonite magna ora domus: et talia fata
Conticuit: gelidus teucris per dura cucurrit
Ossa tremor: funditq pces rex pectore ab imo.
Phoebe graues troie semper miserate labores:
Dardana qui paridis direxti tela manusq
Corpus in eacide: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui: duce te: penitusq repostas
Massylum gentes: pretentaq syrtibus arua,
Iam tandem italie fugientis prendimus oras,
Hac troiana tenus fuerit fortuna secuta,
Vos quoq pergamee iam fas est parcere genti

x Miserate. S. bene miserate. Quia Troia defendi non potuit. Ideo non dixit defendisti. sed miseratus es. y Dardana q paridis. S. Achilles a matre tinctus in Stygem paludem toto corpore inuulnerabilis fuit excoepta pte: qua tentus est manu matris. vn Statius Si te stygiis amne seuero. armaui totuq vtinam. Qui cum amatam polyxenam in templo accipere statuisset insidiis paridis post simulacru latentis occisus est vnde fingitur: q tenente arcu Apolline. Paris direxit tela. z Direxti. S. Bene direxti q si ad solum vulnerabilem locum Dardana autem ideo: vt non adulterio. sed genti i prestitisse videatur. a Tela manusq. S. vel quia aliud sine alio ee no potest: vel hoc dicit & artem pro tela vt posset qd feriret: & virtute per manus dedisti: vt ei9 fata copleret. b Magnas obeutia ter. S. Cingetia terras tot maria. Oceanus em omnes ambit terras: et licet iste p ea maria nauigauerit que terris cinguntur: tame no dixit improprie cu de oceano ista nascantur. & tot dicendo maria. partem cu maris nauigasse significat n totu mare. Mare em elemetum est totum: maria vero ptes maris: sicut terre partes sunt. terra vero totum elementum. c Duce te. C. Duce te. Et certe maris fluctus. i. animi perturbationes duce Apolline. i. sapientia toleramus. d Penitusq repostas. S. longe semotas auias. e Massylum gentes. S. Massyli sut mauri. vnde spetiem p genere posuit. Nam Aeneas ad Africa venit. cui9 partem constat esse massyliam. f Pretenta. S. circususa: Incerta em illic maria: & terre: vnde Luca. Aequora fracta vadis: abrupta q terra profundo. g Fugientis. C. Ipa em humana foelicitas semp fugere videtur: aliqua assiduo superueniente molestia vnde fuit illud Solonis. Sed. s. vltima semper expectanda dies homini est: diciq beatus. Ante obitum nemo: postremaq funera debet. h Prendimus. S. Quippe fugientem italiam. i Hac troiana tenus. S. i. hactenus hucusq. i. hic sit finis. Nam tenus proprie est extrema pars arcus: vt Plau. ondit. vnde tractum est: vt hactenus hucusq significet. k Troiana fortua. S. a preiuditio. i. mala. Et dicit iniquu esse: vt Troianam fortunam patiantur in italia l Fas est parcere genti. S. Quia se fictam fatetur. m Dii deeq. SERVI. & dearum tantum repetimus exepla non est miru: cum supra dixerimus. αρσενοθηλυς omnes deos. Possum9 ergo per vna rem vtruq intelligere: licet dicatur etia Neptunno obfuisse Troiam in denegatoe mercedum. Nouimus preterea esse morem poeticu. vt duabus prepositis rebus vni respondeant. vt nauita tum stellis

numeros:& nomina fecit:plyadas hyadas claraq; licaõis arcton. Nam supresso numero dixit nomia. n Quib⁹ obstitit iliõ.S. Ganymedes em̄ obfuit Hebe. Par; Miner. ue.& Iunoni. o Prescia venturi.S. Absolutum est rerū venturarum. p Da.S.dic vt Qui sit da. Titere nobis. vnde est contra. Accipe nūc Danaū insidias. Non em̄ pre stare aliquid poterat:sed indicare futura. q Non indebita po.S.deest si Est autem. ὑπέρβατον .i.longissimum hyperbaton:Phoebe:& vos dii deeq;:& tu o vates da.i.dic.

ludos vouendos faciendosq;.In q; eam duodecim milia aeris pretori:& duas hostias maiores dari:deceq; viris prece ceptū:vt Apollini facerent aurato tauro:& duabus capris albis auratis:Latonę boue foemina aurata. Ludos iccirco pp̄l'us coronat⁹spectare iussus est. y Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris.S.i.coleris vt numen. z Manent.S.expectant in futurum. a Penetralia.SER. Sacrata templorum. b Tuas sortes.SER. Sibyllina responsa:quę vt supra diximus incertum:est cuius Sibyllę fuerint:quāq; Cumanę Virgi.dicat. Varro Erythreę. Sed constat Seruio Tullo regnante Tarquinio quādā mulierem:nomine Amaltheā obtulisse ei nouem libros:in quib⁹ erāt fata:& remedia Romana:& p his poposcisse tercentum philippieos qui auri tunc p̄ciosi erant quę cōtempta alio die tribus incensis reuersa est:et tātum poposcit. Itē tertio aliis tribus incensis cū tribus reuersa est:et accoepit pro tribus tercētum quātum postulauerat pro nouem:hac ipa re:rege commoto: quod pretium nō mutabat:quia libri in tēplo Apollinis seruabant: nec ipsi tantū: sed & martiorum:& Begoes nymphę:quę artem scripserat fulguritarū apud iustos. vn̄ addidit: Tuas sortes: archanaq; fata:et hoc ide trahit poeta:Aeneā tamē inducit:quasi de pręsenti dicente oraculo.

r Latio cōsi. teu.S.i.vt possumus considere. Verecunde autem dictū est Si tn̄ indebita posco .cū certum esset:quia debebātur eis regna.

s Errantesq; deos.S. Vt dis sedē exiguā patris.

t Agitataq; nu.tro.S. Aut mecū vexata:aut certe. ξόανα dicit.i.simulacra breuia q̄ portabantur in lecticis:& ab ipsis mota infundebāt vaticinationē quod fuit apud egyptios:& Carthaginē ses. v Tum phoebo et tri. SER. vt solet miscet hystoriā.nā hoc templū in palatio ab Augusto factum est:sed quia Augustus coheret Iulo:qui ab Aenea originē ducit: vult Augustū patrū vota saluisse. v Templa.C. Templum hoc August⁹ in palatio condidit: post pugnā Acticā:in qua se ab Apolline adiutū putauit Augustus. Vn̄ in octauo Actius hęc cernens arcum tēdebat Apollo. Desup ois eo terrore egypt⁹

Diiq; deeq; oēs:quibus obstitit iliō:et ingens
Gloria dardanię:tuq; o sanctissima vates
Pręscia venturi:da(non indebita posco
Regna meis fatis)latio considere teucros.
Errantesq; deos:agitataq; numina troię.
Tū phoebo et triuię solido de marmore tēpla
Instituam:festosq; dies de nomine phoebi.
Te quoq; magna manēt regnis penetralia nr̄is.
Hic ego nanq; tuas sortes:arcanaq; fata
Dicta meę genti ponam:lectosq; sacrabo
Alma viros:foliis tantum ne nomina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipsa canas oro:finem dedit ore loquendi.

& indus. Omnis arabs oēs veterūt terga sabei. Et Proper. Musa palatim referamus Apollinis ędem Rex est calliope digna fauore tuo. Et paulo infra. Festosq; dies.

x Festosq; di.de uo.phoe.S. Ludos apollinares:qui secūdū quosdam bello punico secūdo instituti sunt. Sed secundū alios tempore Syllano ex responso martiriorū fratrum quibus Sibylla p̄phetauerat:quo⁊ extabant:vt sibyllinia respōsa.C. Festosq; dies. In Macrobii Saturnalib⁹ sic scriptū est Rome cū ex vaticinio Marcii vatis carmineq; sibyllino ludi celebrarētur. Apollini repentino aduentu hostis plebs Romana ad arma excitata occurrit hosti.q̄ tempore nubes sagittarū in aduersos ferri visa hostes fugauit:& victores Romāos ad spectacl'a dei sospitalis reduxit:& paulo infra:sed inuenio in litteris hos ludos victorię:non valitudinis causa:vt quidā putāt institutos. Bello em̄ punico hi ludi ex libris Sibyllinis primo sunt instituti (suadēte Cornelio rufo deceuiro) Qui propterea Sibylla cognominatus est:& postea corruptiōe primus coepit Sylla vocari: fertur etiam in carminibus Marcii vatis:cuius duo volumina illata sunt in senatū:inuētū eē ita scriptum:hostē romani si ex agro expellere vult;:Vomicā quę gentiū venit lōge Apollini censeo vouendos ludos:qui quot annis comiter Apollini fiant. his faciendis pręsit is pretor:qui ius populo phoebiq; dabit summū:Decē viri greco ritu hostiis sacra faciāt hoc.s.recte facietis gaudebitis semper:fietq; respu.melior. Nā iis diu⁹ extinguet per duellos vestros:qui vestros campos pascūt:placide ex hoc carmine dies vnus p̄curādi causa rebus diuinis impensus est. Postea senatus consultū factum:vt decem viri libros Sibyllinos adirent:in quib⁹ cū eadem aperta nunciatum esset censuerunt partes Apollini

c Lectosq; sacrabo viros.S Quia nisi patricii non fiebant. Sane sciendū. Primo duos librorū fuisse custodes. Inde decem. Inde quindecim vsq; ad tempora Syllana post creuit numerus:nā sexaginta fuerūt: Sed remansit quindecim virorū vocabulū.C. Lectosq; sa. Nam a principio duo lecti sunt ex patritio ordine custodes librorū Sibyllinorū:& dicti sunt duūuiri. Deinde cū plebs istius quoq; magistratus participes reddi adnixe contenderet. pro duobus decemviri creati sunt: quinq; ex patriciis:totidemq; ex plebeis. Et sunt appellati decē viri:quod nomen etiam deinceps mansit: quāuis numer⁹ auctus esset. d Foliis tantū ne no.man.S. vt Varro dicit in foliis palmę interdū notis:interdū sermonib⁹ scribebāt:vt i tertio supra diximus.C. Foliis tantū. Nā in tertio admonitus ab Heleno fuerat:vt peteret sibi oracula sermone Sibyllę dari:non aūt mandari:Nā quicūq; in foliis descripsit carmina virgo:Degerint in numerū:atq; in antro seclusa reliquit. Illa manent imota locis:neq; ab ordie cedūt Verū eadem verso tenuis cū cardine vētus impulit.& teneras turbauit ianua frondes. Nunq; deinde cauo volitātia prēdere saxo. Nec reuocare situs:aut iūgere carmina curat. Inconsulti abeunt:sedemq; odere sybillę. Hic ubi ne q̄ morę fuerint dispendia tanti. Quin adeas vatē:precibusq; oracula poscas. Ipsa canat vocemq; voluēs:atq; ora resoluat. Foliis.folia Frondes sunt. Sunt qui putent frondes foliū arbo⁊ ee. Folia vero arborū:& herba⁊. Itē folia dicim⁹ i qb⁹ scribim⁹. Et ē genus:cui⁹ species sunt mēbranę ⁊ chartę. mēbranę ex pellib⁹. Et chartę ex papyro. e Ipa canas oro. S. Ipsa pro tu. Et pronomē posuit eius personę qua loquimur:Est aūt grecū nam dicunt. αὐτὴ εἰπέ .i.tu dic. f Finē dedit ore lo.S. hoc est diffiniuit ei:vt ore loqueret.

nec in foliis scriberet: g Nondum paciens. S. aut q̃ nondum posset implere oraculorum sermones: aut dum vacat: & est impaciens. C Phoebi nondum patiens. Non em̃ valet mens humana: ea que adeo excellũt: vt supra nostras vires sint: suscipere: donec Apollo .i. sapiẽtia nos componat: adeo vt omnia nobis facilia esse videant. h Bacchatũ vates. S. bene bacchatur. Idem em̃ est Apollo: qui liber pater: q sol: Vnde ait Luca. Cui nomine mixto. Delphica thebane referunt trieterica bacche. Vnde in eo℞ sacris erat phoebadum baccharumq̧ cõuentus. CRI. Bacchatur. Quod sol liberq̧ idem sit numen: & ipse ostẽdit in Georgi. Vt vos o clarissima mũdi lumina. Labentem coelo que ducitis annum liber & alma ceres. Et macrobi. multis argumentis ostendit. Et Orpheus hoc versu exprimit ηλιος ο Διονυσον επιχλησιν καλεουσιν.

i Excussisse deũ. SER: Excuti proprie de equis dicimus: quod iõ traxit: quia phoebus .i. sol equis vtitur: & nunc Sibyllam quasi equum Apollinem quasi equitem: inducit: in ea permanens translatione excussisse ait: vt excussus a conteus. Itẽ fera corda domans: quod ꝓprie equorum est: & frena: & stimulos pati: vt ea frena furenti concutit: & stimulos sub pectore vertit. Q autem dicit magnum deum non reuera ait: sed retulit ad affectum colẽtis: vt summe deũ sancti custos soractis. Apollo em̃ vnicuiq̧ deus ipse: quem colit magnus videtur. Excussisse deum pro excutere: tempus pro tempore. Est aũt attica figura: qua nos vti nõ conuenit: hac licenter vtuntur poetę. C. Excussisse. Sępe em̃ i mẽtem venit aliquid magnũ quod nostrum ingeniolũ superet: vnde conamur illud a nobis abiicere.

At phoebi non dum patiens immanis: in antro
Bacchatur vates; magnũ si pectore possit
Excussisse deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidũ: fera corda domãs: fingitq̧ ꝑmedo.
Ostia iamq̧ domus patuere ingentia centum
Sponte sua: vatisq̧ ferũt responsa per auras.
O tandem magnis pelagi defuncte periclis
Sed terrę grauiora manent: in regna lauini
Dardanidę venient: mitte hanc de pectore curã.
Sed nõ et venisse volent: bella horrida bella:
Et tybrim multo spumantem sanguine cerno:
Nõ simois tibi: nec xanth⁹ nec dorica castra
Defuerint: alius latio iam parthus achilles:
Natus et ipse dea: nec teucris addita Iuno
Vsq̧ abierit: cum tu supplex in rebus egenis.
Quas gentes italum: aut quas nõ oraueris vrbes
Causa tanti mali cõiunx iterũ hospita teucris:
Externiq̧ iterum thalami.

k Fingitq̧ premẽdo. S. Componit vt & corpora fingere lingua. Componit etiã ad moderationem certam dicendi: vt em̃ supra diximus. Omnia quidem vident: sed non omnia indicant: sacerdotes vt supra Lucanus. Nec tm̃ prodere vati: quantum scire licet.

l Ostia iãq̧ domos patuere. SER. Precibus .s. & quę ante ostia erant patefacta aditus esse coeperunt.

m Ferunt responsa. SER. Quia supra ait. Ora domus.

n Pelagi defuncte periclis. SER. non liberate pelago: sed marinis periculis. nam adhuc nauigaturus est: sed sine vllo discrimine. Defunctę aũt liberatę: nam dicimus fũctos officio: qui officia debita compleuerunt. vñ & honoribus functi: & hinc defunctus mortuos dicimus: qui compleuerunt vitę officia. vnde est. nil iam celestibus vllis debẽtem.

o Sed terrę. SER. Terrę legitur: & terra vnum tamẽ est.

p In regna lauini. SE. Alii latini legũt: cu⁹ tũc erant: sed quia diuina loquitur futura pręoccupat. postea enim lauinium dicitur: licet possit ad Lauinum latini fratrem referri: qui illic ante regnauit.

q Sed non & venisse volent. CRISTOFERVS. Iure dixit Aristotiles eos qui in solitudine seorsum ab aliis viuũt: aut bestias esse: aut plus q̃ homines: adeo enim supra hominem est relinquere ciuilem societatem: vt id non fiat: nisi aut ex sensuum perturbatiõe: & ex ipsa atrabili: vt videmus quosdam furiosos: q̃s mysanthropos gręci appellãt. aut cum mẽs nostra adoriginẽ suam redire cupiens omnia humana (quippe quę caduca corruptibiliaq̧ sint) contẽnit. solaq̧ diuina respicit. Verum anteq̃ his virtutib⁹ corrobata sit: quę animi iam purgati appellantur: sępe vacillat in cõsilio: quia multo maiora sese vndiq̧ offerũt impedimenta. in hoc viuẽdi genere: q̃ in ciuili iure: ergo dixit grauiora bella nobis excitari terra .i. in hac solida vita cõtemplandi: q̃ in mari: idest in vita ciuili: in qua appetitus perturbationibus excitatur. Sed postq̃ his virtutib⁹ quę animi iã purgati vocãt corroborata est mẽs: hostes omnes cedunt: & veluti in naturã suã reuersus: & etiã animus in corpore nulla corporis incõtagione impeditus summa cum voluptate diuinis perfruitur: ergo in primis istis difficultatib⁹ nõ est cedendum: sed audatius contra eundum.

r Horrida bella. S. quę cõtra hospitem cognatũ q̃ suscepta sunt. vt latin⁹ dictur⁹ est. Arma inpia sumpsi: promissa eripui.

s Spumantem sanguinem cerno. S. quasi nõ ꝑuideat: sed videat quę facturus est Turnus: vt redoleant tyberina: fluente sanguine adhuc.

t Nõ simois tibi nec xãthus. S. Tyberin⁹: & Numicus in quẽ cecidit.

v Nec dorica castra. S: gręca & reuera. Nã Turnus grecus fuit: vt & turno si prima dom⁹ reputatur origo Inachus acrisiusq̧ pares medięq̧ mycenę v Part⁹ach illes. S. Turnũ significat: & sic hoc dictũ ẽ: vt in buco. Alter erit tunc typhis: et altera quę vehat argo Heroas: & hoc est quod dicit: Obscuris vera inuoluens: nam licet vera sint latent: vnde. Apollo λοξιας dicitur .i. obliquus.

x Natus & ipse dea. S. de venilia sorore Amatę: vt cui diua venilia mater: nec debet mirũ esse amatã fuisse mortalem: cũ & Turnus Luturnę frater mortalis fuerit: nam hęc fuerant diuina beneficia.

y Addita Iuno. SER. Inimica: est autem verbum Lucilii: & antiquorum: vt plaut⁹ additus Ioui argus.

ʒ In rebus egenis. SER. per transitũ ostendit famen.

a Coniunx iterum hospita. SER. Nã & Paris ab Helena fuerat susceptus hospitio. Hospita aũt more suo dixit: & bene: ne aliquid imputetur Aenee: qui aff hoc fatorũ esse predixit.

b Tu ne terre. S. ne cedas. Sed esto audentior q̃ tua te fortuna permittit: & bene aduersa

Tunecede malis:Sed contra audentior ito:
Quã tua te fortuna sinet:via prima salutis
(Quod minime reris) graia pandetur ab vrbe.
Talibus ex adyto dictis Cumea sibylla
Horrendas canit ambages:antroq; remugit:
Obscuris vera inuoluens:ea frena furenti
Concutit:& stimulos sub pectore vertit apollo.

fortunam edocet virtute:aut vitari:aut minui:aut patiẽter
sustineri. c Via. SER. ratio oportunitas. d Graia pan
detur ab vrbe. SER. propter Euãdrum:qui eum in Thusci
am missurus ad Tarcontem est. e Ex adito. SER. locũ
vaticinatiõis ostendit. f Cumea sibylla. SER. Cumea
bene addidit propter discretionẽ. g Antroq; remugit.
SER. quia in antro:vt pulsati colles clamore resultant.
h Obscuris vera inuoluens. SER. vera & obscura cõfun
dens. Est autẽ hyppalage veris obscurũ inferens.
i Frena. CRI. In singulari tãtum neutri generis est. In plu
rali vero masculini et neu
tri. k Furenti. CRI
STO. eo scilicet furore:q̃
parcita vaticinari possit.
Furor enim duplex est:al
ter bonus alter malus:Nã
quia ex humoris pturba
tione nascitur is hominẽ
a ratione deiicit. & in in
saniã aducit:qui vero di
uinitus infunditur hoĩem
supra hoĩe erigit:et deo p
ximum:dum illo afflatur
reddit. Quapropter apud
Platonẽ quattuor diuini
furoris speties ponuntur:
ait eñ animos nr̃os ante
quam rerum terrenarum
desiderio grauarẽtur: eter
nis sedes habitasse: & in
deo speculo:in quo oĩes
Idee elucescũt vidisse iustitiam:sapiẽtiã:harmoniã. & diui
ne nature pulchritudinem:quas ideas diuinas essentias:pri
mas naturas:que in eternitate dei sint nominant:quarum
perfecta cognitione animi illic nutriuntur:ad corpora inde
terrenorũ cognitione:appetioneq; delati:qui prius ambro
sia: & nectare. i. cognitione dei: & gaudio fruebantur. Le
teũ. i. obliuionẽ in descensu hauriũt:nec prius ad supera re
uolant:q̃ cognitionem illam recuperent:hoc duabus vir
tutibus. i. morali: & contemplatiua assequũtur. Moralẽq;
iustitiã: & sapientiã nuncupãt:his ergo tãq̃ gẽinis alis nos
ad superos reuolare in phedone demonstrat: & in phedro
sola philosophi mẽs ait: recuperat alas. In qua recuperatio
ne abstrahitur a corpore:deoq; plen⁹ ad coelũ trahitur ani
mus. que abstractio furor est:qui in quattuor partes diui
ditur:neq; diuinorũ reminiscimur:nisi quibusdam vmbris
ac imaginibus:que corporis sensibus percipiunt. Hec pau
lus. Et Paulũ sectatur Dyonisius inuisibilia:per ea que hic
facta sunt:aiunt. Diuine igitur sapientie imago est nostra
sapientia. Harmonie ea que instrumẽtis musicis: & vocib⁹
humanis orit harmonia. Pulchritudinis autẽ ea que ex p
tiũ membrorumq; corporis:que aptissima compositione
conficitur conuenientia:venustasq; imago est:sed cum sa
pientia nullus:aut paucis percipiatur:neq; corporeis sensi
bus cõprehendatur:diuine sapientie pauce apud nos extãt
imagines: & hec quidẽ sensibus incognite sunt:itaq; in phe
dro dicit:simulacrũ sapientie oculis cerni nõ põt:q̃ si cerna
tur mirabiles amores diuine illius cuius est simulacrũ no
bis excitaturũ sit. Pulchritudinis autem imago oculis har
monie auribus percipitur:qui reliquorũ sensuũ (teste eodẽ
Platone) sunt acerrimi:Quapropter his simulacris:qui cor
poribus insunt in animũ per corporis sensus penitrantib⁹
reminiscũtur eorũ q̃ extra corpus constituti videramus:q̃
recordatiõe alas recupamus: & a contagione corporis pau
latim purgati diuino furore afficimur. Pulchritudinis autẽ
spetie:quã oculi porrigũt illius:que diuina est pulchritudo
recordari ardentissima cupiditate illã desideramus:qui fu
ror diuinus est. Et a Platone amor appellat: atq; diffinit.
Amor est corporee pulchritudinis desideriũ:ad cõtemplan
dum rursus diuinam pulchritudinem redeundi:atq; is qui
sic afficitur:non modo diuinam pulcrhitudinem desiderat:
sed ea que oculis patet;delectatur. Nam amantes non so
lum re amata:verũ etiã illius simulacris delectãtur. Sed cras
sioris ingenii est huiuscemodi solum:vt ita loquar vmbras
sectari:verã aũt illã pulchritudinẽ negligere:huius aũt stul
ti amoris petulantia lasciuiaq; comes est. Isq; diffinit:irra
tionalis insolensq; eius que percipit circa corporis formã
voluptatis cupiditas:vel est ardor animi in proprio corpo
re mortui in alieno viuentis:vñ Epicurei credũt amorẽ eẽ
nixũ atomorũ sese ei a quo simulacra pulchritudinis hau
sta sunt penitus infundendi hunc Plato ab humanis mor
bis natum solicitudine plenũ esse vult: & in illos peruenis
re: quorũ mens tenebris
adeo circũfusa sit. vt nihil
altũ suspiciens solam fra
gilis cerpusculi imaginẽ
adimeretur:q aũt huius
cemodi tenebris liberi sũt
hi obiecta corpa forma il
la. prio⁹ vt diue pulchritu
dinis simulacro delectan
tur:ac statim ex hac in di
uinorũ memoriã rediens
ardẽtissimo desiderio ad
superos feruntur:atq; fu
ror qui p oculos percipit:
huiuscemodi est:p aures
vero musice nũeros ani
mus percipit: quib⁹ ima
ginib⁹ admouetur. vt di
uinam Harmoniam acti
oris quodam animi inti
mo sensu cõsideret. Diui
na autem Harmonia eodem Platõe auctore duplex est. Al
tera enim in eterna dei mente perdurat. Altera in coelorũ or
dine:ac motibus qua mirabilem coeli concentum faciunt:
Ergo animus qui ante corporis ingressum illam audiebat:
nunc per aures imagines illius percipiẽs desiderio vere har
monie percipiende afficitur: & id ad superos sedes reuolare
contendit:interim in carcere corporis clausus:illam nititur
imitari. sed alii:vt illam imitentur:aut vocibus:aut huma
nis instrumentis vtunt:quos leues vulgaresq; musicos di
cim⁹ nõnulli grauiori iudicio intime rõis sensũ:pfundasseq;
notiores versibus nũerisq; illustrãt. Hiq; sũt q diuino furo
re Parciti grauissima q̃dã:ac plenissima carm a ingenti ore
effũdũt. Hec aũt poesis appellat:q̃ vocũ:ac motuũ nũeris
grauissimos q̃sdã: & delphicos sensus sũmo ardore expri
mit:vñ nõ solũ cõcẽtu vocũ aurib⁹ blãdit. verũ etiã ambro
sie coelesti sil̃imũ mẽti pabulũ affert:Iõq; pxime ad diuini
tatẽ accedit:oririq; poeticũ hũc furorẽ a musis existimat:q
aũt sine musarũ instinctu poeticas ad fores accedit: sperans
q̃si arte q̃dã i poetã bonũ euasurũ:Inanis q̃dẽ ipe:ac ei⁹ po
esis efficit. q aũt coelesti vi inspirant:adeo diuinos sepe mu
sis afflatos sensus exprimũt:vt ipemet deĩde a furore dereli
cti vix illos intelligant. Musas aũt Plato celestes cãt⁹ intel
ligit:vñ a cãtu etiã camenas illas latini appellant:Quapro
pter musis. i. coelestib⁹ numinibus:ac cãtib⁹ incitati ad eorũ
imitationẽ poeticos modos:ac nũeros medicant. Itaq; i li
bro de repub. vbi de sperarũ motu scribit Plato singulis or
bib⁹ singl'as insidere syrenas refert:motũ sperarũ significãs.
Nã syrẽ deo canere est. Theologi q̃z veteres octo musas o
cto sperarũ cãt⁹: & nonã maximã:q̃ ex oĩbus cõficit Har
moniã eã eẽ dixere:ergo poesis a diuĩo furore:furor a musis
Muse a Ioui pficiscũt. Iouẽ ei mũdi toti⁹ animũ platõici in
teligũt: vt in sequentib⁹ apparebit: & in buccolicis. A Ioue
principiũ muse iouis oĩa plena. ai⁹ ergo iste q̃ñ vbiq; viget
& coelũ q̃si cytherã quãdã:vt alexãder milesius pythagori
cus inqt:exagitãs coelestẽ pficit harmoniã. Atq; orphe⁹ Iup
piter iqt prio genit⁹:Iuppiter nouissim⁹:Iuppiter caput:iup
piter mediũ:iuppiter fundũ terre:ac coeli stelliferi. Iuppiter
pdiit mascul⁹:iuppiter icorruptibil' spõsus: & pl'a alia diẽ
ex qb⁹ itelligit illũ oĩb⁹ infusũ corpib⁹ cõtiert:atq; alere cũcta.
Vñ Lu. Iuppit ẽ q̃dcũq; vides q̃dcũq; moueris. Sũt pterea
due alie furorũ spẽs:alia circa mysteria:alia circa vaticinia. Pri⁹



¶Vt primũ cessit furor:et rabida ora quierunt:
Incipit æneas heros:non vlla laborum
O virgo noua mi facies:inopinaue surgit:

furor est vehementior animi concitatio in his quę ad eorum cultum:ac religionem pertinent perficiẽdis. Affectus vero mentis qui talẽ furorẽ falso imitatur.superstitio dicitur. Vaticiniũ autem est diuino afflatu inspirata p̄sensio. Ergo n uaticinio furor est:si animus acrius exarserit:cũ mens a corpore abstracta diuino instinctu concitatur. Nã si figura q̃dã humana sagacitate prequidẽtur: nõ vaticiniũ: sed prudentia:& cõiectatio appellatur:ergo amori diuino libidinosus amor. Poesi.leuior musica. Misterio: supstitio: Vaticinio:prudẽtia opponitur Amori venus. Poesi musa: Misterio bachus. Vaticinio Appollo:prçest. habes ex platonica disciplina quatuor diuinos furores. Quapropter recte dixit Poeta. Et frena furenti :quia vaticinii furore parcita esset. l Concutit. C. Ex eo quod est quatio fit excutio q̊d significat quatiendo eiicere:& in cutio quatiendo imittere. Nam quę non sedate:sed cum impetu subeunt incuti dicuntur. Discutere quatiendo in diuersas partes deiicere: & per similitudinem dicimus discutere rem quam diligenter rimamur:& eius omnes partes inquirim⁹. Hinc discussum dicimus negocium:cũ per omnes suas partes diligenter est cognitum. Nam vt ex discussa veste omnia quę intus latebant:prodeunt:& apparẽt. sic ex discussa re:de qua ambigitur:ꝙ latebat:verũ appar. Petercutio verbero: Recutere aũt ñ ẽ a quatio:nec in p̄terito recussi ẽ:sed recutiui recutitur. Est aũt acute:vnde recutiores dicimus iudeos :qui circuncisione cutẽ:quę preputiũ est deponunt:q̃uis sunt q velin hoc participium esse sine origine verbi. m Stimulos. C. Stimulus est omne quo pungimus:& est a greco illi em̃ στίγω pungo:et verbero dicũt. hinc σΤΗΥΜΑ. ¶Hinc Aeneas heros. C. Quasi dicat propterea fuit tanti animi: vt hec petere non formidaret quãdo esset heros Heroici em̃ virtutes opus sunt:siquis hanc speculandi difficultatẽ tolerare vult. De his loquitur Aristoteles in ethicis.

n Cessit furor. SER. nõ penitus recessit:sed paulatim cœpit imminui. nam et paulo post est de mysceni morte dictura:q̊d non procedit:si nunc uumen recessit.

o Nõ vlla laborꝝ virgo: S. O licet sit naturalr̃ breuis in sermonibus latinis:apud Virgiliũ tamen pro longa habetur:vt in hoc loco O virgo. Item alibi Quis te magne Cato in tacitũ exceptis ego:vt Ast ego quę diuũ et duo:vt si duo preterea:& scio:vt nunc scio quid sit amor:& nescio vt Nescio quis teneros oculos mihi festinat agnos. Apud alios:o nisi in grçcis nominibus non producit quod & nũc sequi debemus. Dicunt tamẽ quidã.o tunc produci in nominatiuo:quãdo & ĩ genitiuo fuerit p̄ducta q̊d falsum est. Nam & Virgi. produxit virgo cũ virginis faciat & Luca. Cato corripuit:vt Nos Cato da veniam cũ catonis faciat. Item Iuno cũ p̄ducat Virgilius. Stati⁹ tñ corripit. Sane sciẽdum allocutionem hanc esse persuasoriã cũ partibus suis:nam honestũ est querer̃ patrem. Vtile quod ab eo patrię origẽ in discat: Necessariũ qa iusserat pater. Possibile:qa hic inferni ianua ditis. p Mi. S: nõ profert. Sed p Synerismi ne sit blandientis aduerbium:neq; nitendũ est hoc exẽplo: & quia vnicũ est:& quia blandientis potest esse:nihil vero pro metri necessitate ponitur:nam si sequens sillaba incipit a vocali nihil dicimus. vt Heu nihil inuitis fas quenq̃ fidere diuis. Sin aũt a cõsonãte ponim⁹ vt nil iuuenal:nil tale expectes emit sibi. q Facies. S. spẽs. C Noua. Oñdit ex grauissioꝝ phioꝝ snia q̃cũq; ex iprouiso accidãt:solere ẽẽ grauiora:pp̄ter q̊d ait se pri⁹ excogitasse q̃ res maxime videt̃ p̄turbationib⁹. vt ait Cice. Nihil est q̊d tã obtũdat eleuetq; ęgritudinẽ q̃ p̄petua in omni vita cogitatio nihil ẽẽ q̊d nõ accidere possit:q̃ meditatio cõditõis hũane quã vitę lex cõmeentatioq; parẽdi: q̃ nõ hoc affert:vt sp̄ mereamur:sed vt nũq̃ ei q rerꝝ natã q neq; vitę veritatẽ: q ĩbecillitatẽ generis hũai cogitat meret cũ hoc cogitat Sȝ tũ maxi ę sapiẽtię fũgit

Omnia percœpi: atq; animo mecum ante pegi.
Vnum oro (quando hic inferni ianua regis
Dicitur: et tenebrosa palus acheronte refuso)
Ire ad conspectum chari genitoris: et ora
Contingat: doceas iter: et sacra ostia pandas.
Illum ego per flāmas: et mille sequentia tela
Eripui his humeris: medioq; ex hoste recœpi.
Ille meum comitatus iter: maria omnia mecū:
Atq; omnes pelagiq; minas cœliq; ferebat.
Inualidus vires vltra sortemq; senectę.
Quin vt te supplex peterē: et tua limina adire
Idem orans mandata dabat: natiq; patrisq;
Alma precor miserere: potes nanq; omnia: nec te
Nequicq; lucis heccate prefecit auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis orpheus
Threitia fretus cythara: fidibusq; canoris:

munere: Vtrūq; em̄ consequetur: vt & consideret rebus humanis propria fingatur philosophię officio. & aduersis casibus triplici consolatione sanetur. Primū q posse accidere diu cogitauerit: quę cogitatio vna maxime molestias omnes extenuat: ac diluit. Deinde q humana fereda intelligit: postremo q videt malum nullum esse nisi culpam.

r Inopia. S. nomen est: & non participiū. Nā inopinata diceret: quod non procederet. Nā nō inuenitur inopinor vt opinor: ergo nocens a noceo participiū est. innocens vero non: quia non inuenit innoceo. nullum em̄ participiū quod a verbo nō trahitur: licet a sui verbi forma non veniat: vt placita licet placeor nō inueniat: tñ placeo inuenitur sic cœnatus & pransus: & regnata: & triumphata vñ gelatus: & tunicatus nomina sunt: quia nullum extat verbum.

s Percœpi. S. ab heleno vel a patre. Dicit autē futura partim audisse: partim mēte percœpisse. Sed si nouit omnia: cur consulit numen nosse se omnia quantū ad labores pertinet dic et ɔcedit totā petitionem: vt ad illud veniat: vt possit patrem videre. Nam cum dicit vnum oro: nō solum id dicit: sed præcipuum: vt Vnā posthabita coluisse samo.

t Tenebrosa. S. nigra. Et nigra p alta: vt nigra figit sub nube columba: idest alta.

v Palus. S. pro laco: Nā Auernū significat: quem vult nasci de acherontis ęstuariis. Palus. bene produxit lus: qa paludē facit. Hora. corripuit: vt sterilisq diu palus aptaq; remis.

x Acheronte. S. Acherō fluuius est infernorū: q̄si sine gaudio. Sed locus nō procul est bais montibus ita septus. vt neq; orientem neq; occidentē solē aspiciat: sed tm̄ mediū diem: Dicitur ignibus plenus: quia circunstantia loca sulphuratis: & calidis aquis scaturiunt dicitur sine gaudio: quod nisi necromātia ñ potest effici (vt aiunt) hęc sine ceso homine nō fiebat: vñ Aeneas Misenum: & vlyxes Elpenorem pro sacris faciēdis occiderunt: quamq; fingatur in extrema parte oceani Vlyxes fuisse: quod & ipse Home. falsum esse ostendit ex qualilitate locorum: quę cōmemorat: & tempore nauigatiōis dicit enim circa vnam noctem nauigasse: & ad locum venisse: vbi sacra perfecit: quod de oceano non procedit: de Cāpania manifestū est: preterea a Baio eius socio illic mortuo baias dictas esse cōstat: dicitur etiam vidisse Herculem: qa illis sunt baulię: quasi boaulia: vbi boues tenuit: quas Gerioni detractos ex hyspania abduxerat.

y Sacra. S. aut venerabilia: aut execranda: vt de tartaro sacrę panduntur portę. z Illum ego. S. meritum probat patris: vt iustum videatur esse desiderium.

a Sequentia tela. SER. vt ardentis clypeos:

b Ex hoste: S. Plus est q si ex hostibus dicat. Ex hoste em̄ generaliter dicitur, ex hostibus partem ostendit: vt terrā cū dicimus: significamus elementū. Terras vero singulas partes. c Recœpi. CRISTO. locus est ab honesto.

d Comitatus iter. SER. omnino spe salutis: sed mei causa: vt Cedo nec tibi nate comes ire recuso: vnde addidit tibi. i. tui causa non mei. e Cœliq; ferebat. SERVI. vt ante mortem preuentus sit, quam ferre desierit. Et mire imperfecto vsus est tempore. ac si diceret: etiam si adhuc viueret ferret. f Vires vltra sortēq;. S. s. quia senectę sors est quies & ocium: sicut pueritię ludus: amor: adolescentia: ambitus iuuenilis etatis: ergo aliud ferebat pater quā sors exigebat senectę. g Orans mandata dabat. S. sic dictum est: vt Et supplex tua numia posco. maior em̄ ad imperandum vis est cum rogare cui possis iubere: CRI. Orans mandata dabat. a necessitate: non em̄ spernāda sunt parentum iussa: est etiam a possibili: nam cum post mortem hęc impasset minime credibile est illam impossibilia impetrasse.

h Mandata dabat. S: vt huc casta sibylla nigrarum multo pecudū te sanguine ducet.

i Potes nāq;. C. arguit a facili.

k Nec te. CRISTOFE: probat illam esse: quę frustra pposita esset illi loco a dea harum rerum potētissima. nisi data simul facultas fuisset.

l Lucis hecate prefecit auernis. S. Hecatę triū potestatum numen est. Ipsa em̄ ē: Diana: luna: proserpina. Sed solam proserpinam dicere non potuit ppter lucos qui Dianę sūt. Item Diana: quia auernis ait. Bene elegit nomen in quo vtrūq; cōstabat. vñ Luca. de proserpina ait. nostręq; hecates pars vltima.

m Si potuit manes arcessere. SER. vtit exemplis: quę inferiora sunt per cōparationem. vt ipse videatur iustius velle descendere. Nam Orpheus conatus est reuocare vxorem. hinc vult tantum patrem videre. Orpheus autem voluit quibusdam carminibus reducere animam coniugis. quod quia implere non potuit a poetis fingitur receptam iam coniugem perdidisse dura lege Plutonis. quod etiam Virgilius ostendit dicendo arcessere. quod euocantis est proprium. CRISTO. Si potuit manes. Probat exemplo illā posse. Orphei autem fabulam sic interpretatur Boetius: Erydicen qui interpretatur lata iustitia. i. omnem virtutem amat vir excellens. quam si quis amittat cythera. i. bonis artibus: & actionibus recuperat: quod si iterū ab eo labatur difficile est reuocare. Sed de Orpheo in Georgi. dictum est.

n Fidibusq; canoris. SER. bene sonantibus chordis. Fidibus autem est a nominatiuo hęc fidis: vt sit pyrrichius: nā fides iambus est.

o Si fratrem pollux alterna morte redemit. SERVI. vt supra diximus, Helena & Pollux de Ioue nate imortales fuerunt. Nam Castor Tindari filius fuit: cuius mortem suo interitu fraterna pietas redemit: quod ideo fingitur: quia horū stellę ita se habent vt occidente vna altera oriatur: et iterū exemplū post cōparationē: quod quia pium est se ad frequentiā contulit dicendo. Itaq; redit &c. C. Si fratrē pol

Si fratrē pollux alterna morte redemit:
Itq₃ reditq₃ viā totiens: quid thesea: magnum
Quid memorē alcidē: et mi gen⁹ a Ioue sūmo.
Talibus orabat dictis: arasq₃ tenebat.
Tum sic orsa loqui vates: satis sanguine diuū
Tros anchisiade. facilis discensus auerni.
Noctes atq₃ dies patet atri ianua ditis.

lux. fabula est Iouē captū amore ledę cū ea sub forma cygni cōcubuisse: atq₃ inde duo oua nata. et ex altero pollucē & Helenam: & ex altero castorem & clytemnestram prouenisse. Alii dicūt primū ouū solūmodo Iouis fuisse ꝓpterea q₃ Pollucem et Helenā immortales extitisse. et secundū ex pindaro Castorē: & clitemnestrā ꝓduxisse mortales. Addit Higinius hos fratres maxima cōcordia regnasse. & mare pyratis infestatum sua opera pacauisse. verum cū Castor in pugna aduersus Athenienses cecidisset Pollux suam mortalitatē cū illo cōmunicauit: & impetrauit a Ioue: vt alternatim viuerent. Sūtq₃ a Ioue ingeminos celeste signū conuersi quod adeo amplū est: vt cū alter iam oriatur alter adhuc lateat hinc alternatim viuere dicant. Iccirco a periclitantibus nautis in tempestate inuocatur: quoniā dum in terris essent illos a Pyratis seruarent. Diod. autē refert Orpheū. in argonautarū grauissima tempestate sacra pegisse: quę apud ęgyptios didicerat: ac deinde Samothracas docuerat paulo post duos igniculos supra capita Pollucis & Castoris apparuisse: statimq₃ tēpestatē cessasse: q̄ sacra deinde a nauigantibus obseruata sunt: & igniculi illi dioscuroꝝ numē esse putant. Hęc Diodo. Pli. aūt: verba de hac re ponā: Inquit ergo. vidi ī nocturnis militū vigiliis inherere pilis pro vallo fulgurū effigies Eę et antēnis nauigantiū aliisq₃ nauiū ptib⁹ ceu vocali q̄dā sono insistunt vt volucres sedē ex sede mutātes graues cū solitaria venere mergentesq₃ nauigia. & si in carine ima deciderint exurētes geminę autem salutares. & prosperi cursus prouincię quarū aduētu fugari diram illā: ac minacē appellatā Helenā. ferūt & ob id Polluci & Castori nomen assignant: eosq₃ in mari deos inuocant: Hoꝝ celeste signū Gemini vocant. Is qui proximus cancro est tres claras stellas habet: vnam in capite: & in singulis humeris singulas: deinde in dextro cubito vnā: In vtroq₃ genu singl'as: Alr ī capite vnā. in singulis humeris singl'as. in singul' manib⁹ singl'as. In singul' genib⁹ singulas. In singulis pedibus singulas infra sinistrū pedē vnā. Sunt itaq₃ stellę: quę hoc signū faciunt. xviii. Est autem domiciliū. Mercurii. Disponit hominē ad litteraturam: & scripturam in corpore dominat humeris brachiis & manib⁹: efficit mediocrem staturam & hominem pulchrum.

p Itq₃ reditq₃ viā totiēs. S. ꝓpter stellas inter se orientes: & occidētes Castoris & Pollucis. q Quid thesea. S. durum exemplū. vnde nec immoratus est. in eo dicit autem inferos debere patere pietati: q patuerūt infanda cupiēti: nā hic ad capiendū proserpinam ierat cum pyrithoo: & ibi retentus luit poenas: vt sedet ęternumq₃ sedebit infoelix theseus. r Magnū quid me. al. S. melius sic distinguit. licet quidem legant. Quid thesea magnū: vt epitheton ei dent: q per se non est magnus. Nā Herculē sine epitheto etiam magnū intelligimus. Sed melius est magnū dare Herculi q̄₃ sacrilego. r Et mi ge. a io. sum. S. Occurrit tacite quęstiōi tanq₃ Sibylla dixerit. Ii. em̄ qui descenderūt a diis ducebāt originē. s Arasq₃ te. S. rogabant em̄ deos ararū ansas tenentes. t Satis san. di. S. vn̄ Aeneas desiit. inde hęc sūpsit exordium. v Facilis dis. auer. S. legit & auerno. i. ad auernum: sed si auerni inferorū significat: & lacum pro inferis ponit. C. Facilis dis. auer. infernū prisci illi mortales qui anteq₃ studiū philosophię ad tantum vigoris adolesceret fuerunt nihil aliud esse voluerunt q̄₃ ipsa corpora quib⁹: vel inclusę animę carcerē foedū ferunt. Et corpori infernos fluuios: & supplitia: quę apud inferos sunt attribuerūt platonici aūt de inferni finib⁹ non idem sentiunt. Alii em̄ in duas partes mundū diuidunt: & alterā quę faciat quam aplanen dicunt. vsq₃ ad globū lunę pertingere voluerunt: quę

sit immobilis. Alterā quę patiatur: & mutabilis sit a globo lunę ad terram vsq₃ producunt. Et viuere animā asserunt: dum est in parte immutabili. Mori aūt cū ad partem cecidit: quę inter lunam & terram est. et eam mortis & inferorum locum posuerunt: vt lunę globus vitę mortisq₃ cōfinium sit: a luna em̄ deorsum natura incipit caducorum. Alii mundum in in triplicem ordinē elemētorum distinxerūt. vt primus sit terra aqua: aer: ignis. Secūdus sit luna pro terra. Mercurius pro aqua Venus pro aere. Sol pro igne. Tertius autē ordo vniuersus sit: vt Mars sit ignis: Iuppiter aer. Saturn⁹ aqua. Aplanes terra: & in ea sint cāpi elisii puris animis deputati. Ex his campis cum animę emittunt per tres elementorum ordines in corpus descēdūt. vt primi in duas ptes diuidūt: sed solā aplanē vnā ptē posuūt reliq̄ oia. s. septē sperę: & quattuor elementa alterā ptē faciunt: & is locus inferorū dr̄. Christiani autem in centro terrę. nam ibi sunt tenebrę exteriores. i. a luce distantes fletus & stridor dentiū: & sic ait propheta. Eripuit dn̄s aīaꝫ meā de inferno inferiori. Nihil est cētro inferius. Et domin⁹ dixit q̄ filius hominis esset futurus in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Centrum em̄ ita nouimus esse in medio terrę: vt cor est in medio corporis. Nec obstat q̄ terrę soliditas cōcauitates n̄ paciat: nā sic spiritib⁹ aut cęlestib⁹ aut malis: sic aīab⁹ nr̄is oia peruia sunt. Vt eāt q̄ volūt nisi deus vetet: q̄₃uis etiā ꝓfundę speluncę in mōtibus testēt: q̄ illic possint eē cōcaua. Iob ait in ꝓfundissimū infernū descendent oia mea. Si aūt cōsideremus ea quę dicuntur a diuino. Grego. Infernus erit ab aere hoc caliginoso: et repleto illis spiritib⁹. q nec deo nec lucifero: asse nserūt vsq₃ ad cētꝝ terrę: sed de inferno hacten⁹: nā noia quib⁹ vocātur suis in locis explicabunt. Descensus aūt ad inferos q̄nq₃ sunt. Primus cū secūdū platonicos aīus in corpus descendit: & hęc mors animi dr̄: nā cū a corpore inde dissoluit: dr̄ mors aīalis: de q̄ discēsu pluria p̄claraq₃ apud Macro. phūm platonicū reperies. Secūdus descensus est cū animi suis scelerib⁹ dānati ad terrena supplitia descendūt. Terti⁹ est cū sacris quibusdā necromātia aīas inde euocamus: vt lati⁹ patet apud Luca. Quart⁹ cū in vitia labimur. Quīt⁹ cū in cōtēplatōe vitiorū descendim⁹: vt illoꝝ pnitie cognita ab eis abstineamus q̄ rōe: & Virgi. Nūc æneā descēdisse fingit duce Sibylla: & nr̄ diuinus poeta. Dathes se ipsū descēdere duce Virgilio cōminiscit. Ponit em̄ ille ex diuina xp̄ianoꝝ sapientia sūmū hoīm bonū eē frui deo. ergo mēte cōtēplatōeq₃ cęlū ascēdat oportet: se qm̄ nēo ascēdit ī mōtē dn̄i. i. istiushmōi cōtēplationē: nisi innocēs manib⁹ & mūdo corde. i. nisi mēte actiōesq₃ a viciis mūdas gerat: iccirco oꝫ vt prīo ī infernū i. cōtēplationē vitiorū descēdat: deinde illoꝝ pnitie cognita in purgatoriū assurgat. i. purgatoriis virtutib⁹ aīm ab oī labe mūdū reddat: atq₃ inde in ipsos coelos penitret. i. eaꝝ virtutū q̄ animi iā purgati dicunt alis ad diuinas res cōtēplandas eleuet: eadē ergo rōe q̄ ad licet hoī xp̄iana veritate nō ībuto rē tractat Virg. sed ita vt mō descēsū aīę ad corp⁹ sceleratorū in vitia: mō eoꝝ q ad illa cōtemplāda descēdāt ꝓseq̄t ergo facil' descēsus: si descēs⁹ aīę ad corp⁹ ītelligas nihil ē veloci⁹ Si discensū rōnis in sensualitatē: qm̄ primi motus in ptāte nr̄a nō sunt: q̄d est celerius: quia labi in vitia q̄niā a stultia id ꝓuenit facile est: stultorū aūt infinita est copia. Quapropter est snīa phī clausis etiā oculis posse ad inferos descēder. Hic Hes. την μεντοι κακοτητα και ιλαδον εστιν ελεσθαι Aīt āt ipā virtutē sudorē et laborē eē dixit. της αρετης ιδρωτα θεοι προπαροιθεν εθηκαν αθανατοι.

x Noctes atq₃ dies patet atri ianua di. S. oī tēpore hoīes ī fata cedūt & hoc poetice: nā et Lucre. ex maiori pte: & alii ītegre

Sed reuocare gradū: superasq́ʒ euadere ad auras:
Hoc opus hic labor est: pauci q̄s ęquus amauit
Iuppiter: aut ardens euexit ad ęthera virtus.
Diis geniti potuere: tenēt media omnia syluę,
Cocytusq́ʒ sinu labens circumuenit atro.
Quod si tantus amor menti: si tanta cupido est

Conclamat vates: totoꝗ absistite luco:
g
Tuꝗ inuade viam: vaginaꝗ eripe ferrum:
Nunc animis opus ænea: nunc pectore firmo:
h i
Tantū effata furens: antro se immisit aperto.
k l
Ille ducē haud timidis vadentē passib⁹ equat.

id est clamo: quia querelis damnatorum. ibi terra reboet. Secundū autem Hesiodū Herebus & nox ex chao sunt.
h Supponūt. S. Victimas cedūt. Est autem sacrorum in quibus mali ominis verba vitamus. Hinc mactare dicim⁹ id est magis augere. i Cultros. S. dicit hic culter: nam cultellus diminutiuū est: hoc cultellū latinum non est.
k Succipiunt. S. antiquū est modo suscipiunt dicimus: vt supra succepitꝗ ignem foliis. D. Suscipiunt. Ne iam sacratus in terrā cadat. l Ipse atri. D. Omnia nigra inferis mactat. m Matri eumenidū. S. i. nocti: vt hūc mihi da propriū virgo sata nocte laborem. Eumenides dicuntur per contrarium cū sint immites. C. Matri eumenidū. i. nocti. furie enī Eumenides dicūtur. & sunt filie noctis & acherontis.
n Sorori. S. i. terre. Nox enī vmbra terrarum est.
o Ense ferit. SER. vt eū contra vmbras haberet consecratum: vnde infra. Vaginaꝗ eripe ferrū. Itē strictaꝗ atiē venientibus offert. p Sterilemꝗ. S. congruam dee nunꝗ enitēti. D. Sterilem vaccam. quia nihil ab inferis nascit. demōstrat quattuor: colorē, genus animalis cū primo vellere intactū: ergo non attonsum. & Veneris immune. C. vaccā. De vaca: boue: vitula iuuenco: & tauro dixim⁹ in bucco. q Proserpina. C. a greco est mutatione litterarū. Illi enī περσεφόνη dicunt: ponūt aūt proserpinā ꝓ ea vi q est in semine in terram ꝓiecto: hāc rape Plutonē dixerūt. i. solem qui hyemali tempore remotiorē quādam mundi partē perlustrat: hanc igitur raptam ab eo proserpinā dicunt: quā sub terrā latētem Ceres queritat: Ceres autem symbolū est feracis: & cāpestris terre. hec proserpinā sub terra latentem querit. Est aūt fertilis nō sterilis hec vis: sed in hoc loco allusit ad naturam inferni: vbi nihil gignitur.
r Nocturnas. S. tota nocte ardentes. D. Nocturnas. nam & tēpus tenebrosum inferis conuenit. s Inchoat. S. ꝑficit. Et est verbū sacrorū. t Solida viscera. S. non exta dicit: sed carnes: viscus enī est quicquid inter ossa & cutem Hinc visceratio: conuiuiū: quod fit de carne. Solida ergo viscera: i. holocaustū: quod detractis extis are superimponebatur: vnde infert: fundens ardentibus extis: quāꝗ alii pro parte totū velint: vt per exta totum animal intelligat.
v Oleū. D. vt validius vrerentur: ostendit igitur quo more: vel quibus: & qualibus. & quantis animalibus cesis inferorum numinū fauor acquirit. x Ecce. D. vbicunꝗ ponitur ecce: necesse sequit aliquid quod metū afferat: vel admirationē. y Primi sub lu. so. S. Atꝗ hec sacra ꝓ noctem fiebant. Sed locutus est secundū Romanū morem q dies a medio noct' icipit: nā vbi dicit nox ruit: nō venit: sed finitur significat. Quāꝗ alii dicunt hec sacra incipere a medio die & produci ad mediā noctē. C. Primi solis. i. subortu quem primum solem dicimus. z Ortus. DO. ne incertum esset. quid sit sub lumine solis: addidit ortus:
a Iuga. CRI. Magna vis: vt non solum campestria verū etiam montes tremāt. b Canes vlulare. S. ita numinis ostendebatur aduētus: canes autem furias dicit. Luca. Stygieꝗ canes i luce superna: vlulare & canū & furiarū diximus. c Per vmbram. D. ad omnia pertinet que descripsit. d Dea. S. s. proserpina. e Prophani. S. non iniciati sacris. C. Prophani duplicē habet significationē. Nā simpliciter prophanum habetur: quod non est sacris addictum: aut initiatū: & qd deniꝗ non est inter sacra: vnde est illa hystoricorū diuisio publica: & priuata: sacra: et prophana. Est itidem ꝓphanum quod ex religione in vsū humanū peruenit: vnde est faune precor miserere inquit: tuꝗ optia ferrum: terra tene: colui vestros si semꝑ honores: quos contra Aeneade bello fecere prophanos: Item impiū & sceleratum. Nā isti procul sūt a fano. i. ab omni religione. Stati⁹. Fraternas acies alternaꝗ bella prophanis decertata odiis.
f Toto luco. S. non tantum a luco: sed ab omni vicinitate luci. D. Toto luco. vt penit⁹ totum lucū relinqueret. g Inuade. S. viam igredere. C. Inuade. cum audatia et fortitudine tanꝗ rem difficilem ingredere. Nam hostes inuadere dicimus: quod nō fit sine labore: & periculo: & euadere cum labore & difficultate peruenire significant. Res enī difficilis est descēdere: & i infernū ea ratione: vt a cognitis vitiis abstineas. Nam si i ea precipitaris facilis descensus auerni: vnde opus est vt ensem strictum teneat: idest adhibeat animi prestantiam: qua perturbationibus resistat: nam in ea re opus est. h Furens. S. deo plena vel similis furenti.
i Aperto. DO. ꝙ semper patebat. k Ducem passibus equat. C. non timidis. quia diuinū consilium ita seq debemus: vt prestanti animo omnia exequamur:
l Vadentem passibus equat. D. Magnam fiduciam Aenee ostendit. m Dii quibus im pium. S. plenus locus alta sapientia: de qua varie dixerunt philosophi. Nam dicūt per alios animas ad inferos duci: vt hac animas ille euocat arco pallētes: alias subtartara tristi. Item per alios transferri: vt nauita: sed tristis. per alios purgari. vt alie panduntur inanes suspense ad ventos per alios ad supera reuocari: vt letheum ad flumem deus euocat agmine magno: sciēs enī de deorum imperio varias esse opiniones: prudentissime tenuit generalitatem: ex maiori autem parte Sironem Epicurum magistrum suum imitatur. Que secta superficiem tractat rerum: altiora non disquirit. D. Dii quibus imperium. Dicturus quales esse sedes asserantur: & que illic gerūtur. que sunt incognita viuentib⁹ ne temerari⁹ videat. veniam a diis petit asserens nō se auctore: sed aliis profitentibus illa dicere: ne sibi incognita: & in vulgus non proferenda videatur retegere. n Vmbreꝗ silentes. S. secreta inferorū


ENEAS
SYBILLA
CHYMERA
GORGONES
GERIONES·ERYLVS
HYDRA
HARPYIE
DISCORDIA
BRYAREVS
EVMENIDES

Dii qb⁹ iperiũ est animarũ: vmbreq̃ silẽtes:
Et chaos: et phlegethon: loca nocte silentia late:
Sit mihi fas audita loqui: sit numine vestro
Pandere res alta terra: et caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras:
Perq̃ domos ditis vacuas: et inania regna,
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in syluis: vbi coelum condidit vmbra
Iuppiter: et rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulũ ante ipsum primisq̃ in faucib⁹ orci:
Luctus: et vltrices posuere cubilia cure:
Pallentesq̃ habitant morbi: tristisq̃ senectus:

semper silentia: Nam hominũ vmbre loquuntur hinc est: Que sacra silentia norũt: inuocat aũt numen bonũ: quod in silentio constare certum est. o Chaos. S. elementorum confusio. Inuocat autem rerum primordia: que in elemẽtorum fuerant confusione: per phlegetonta fluuiũ inferorum ignem significat. Nam φλοξ grece ignis est: a quo secundũ Heraclitum cũcta sunt: nam de frigore nihil nascit: vt de septentriõe dicat: sterili nõ q̃cq̃ frigore gigni. CRIS. Chaos παρα το χεω. id est, misceo: omnium elementorum inmixta & confusa materia dicit. Hãc vna cũ eternitate sociã demogorgõis primi dei fuisse Archades volunt: & ex ea natũ esse litigiũ dicũt: nã inde sunt quattuor elemẽta inter q̃ assidua ẽ discordia, cũ humida siccis: & calida frigidis pugnent. Ex chao igit que est materia pria quã hilen. i. syluam appellant omnia elemẽta orta sunt: p Loca nocte silẽtia. la. S. Aut hoc est: quod dixit vmbreq̃ silẽtes: Aut ostẽdit esse partem mundi in qua perpetue sũt tenebre: nam si verum est. Et minima cõtentos nocte Britãnos: Sphere exigit ratio: vt econtrario sit regio noctibus vacans.

q Sit mihi fas audi. lo. S. De alta dicturus prudentia: miscet poeticam licentiã. C Sit mihi fas au. loqui. Dicturus de descensu animorum ad infernũ id est ad vitia: quia res hec questionem habet variam & multiplicem: & propterea iure dici potest: esse mersam terra & caligine. i. summa obscuritate: iccirco excusat difficultatẽ: & petit veniã si referat audita r Sit numine ve. S. concedatur a numine vestro.

s Caligine. S. Bene iũxit, ex terra eñ gignitur caligo: scilicet vmbra obscurior. t Obscuri. S. Aut hypallage sub nocte obscura soli ibant. Aut sub sola nocte. i. vbi nihil est preter noctem. C. Ibant obscu[...] in vitia labuntur eunt in obscurum: qm̃ omnia vitia ex cecitate mentis: & ex sola stultitia sũt. v Sola sub nocte. D. Sola nox est: cui lux nulla succedit. x Domos vacuas. S. nostri mundi comparatione. simulacra eñ que illic sunt inania sunt. D. Vacuas. in quibus nihil videri potest: neq̃ illi occurri. C. vacuas domos. non solũ alludit ad animas: que in corpore nullũ locũ occupant. verum ostendit ipsa vitia nihil esse. qm̃ priuatõis sunt. Quapropter optime Persius O curas hominũ o quantũ est in rebus inane. Nec mihi placet: q̃d multi putant voluisse poetã sectã Epicureã tãgere: q̃ iccirco sint inania regna: qm̃ cũ anime mortales sint: nihil sit apud iferos: nã minime quadrat tam humilis sententia: tam profunde doctrine: quã huic libro inserit. y Inania regna. S. inaniũ per quod ostenditur vacuũ. z Incertam. S. alii incertum legunt: sed idem est. Nam incertum incipientẽ. i. minorem significat. D. Incertã. In ipsis initiis positã. C. Quale per incertã. Exprimit ingressũ ad vitia. Nã in principio: & si mẽtis cecitate in vitiũ descendimus: tñ adhuc rõis lumẽ q̃uis exiguũ retinem⁹ nõdũ scõ habitu. Maligna. S. obscura. Malignũ proprie angustũ est: vt aditusq̃ maligni. i. minores: & obscuri: vult aũt ostendere fuisse aliquid lucis. Nã aliter q̃ dictur⁹ est videre nõ poterat. C. Maligna: que se diminute & illiberaliter p̃beat: vt cõtra. Liberalẽ: & copiosũ benignum dicim⁹. vt: accipit in teucros animum mẽtẽq̃ benignã. b In syluis, DO. Que etiã illud exiguũ lucis sua diuersitate possunt eripere. C. In syluis: nã accedente opacitate syluarũ ad lucis diminutionẽ: vix luminis relinquitur vestigiũ. Nec temere meminit syluarũ: quia vt iam diximus omnia vitia nobis a sylua. i. a materia & corpore sunt. c Vbi. S. qñ. Nam nõ est loci: sed temporis. n Nox abstulit colorem. S. dicũt eñ Epicurei: noctẽ auferre varietatẽ colorum. Contra Achademici repugnant: nam squame p scũ p noctẽ lucẽt. C. Nox abstulit colorem. Etiam si non secũdũ epicureos loquatur: sat auferũtur colores tenebris: cũ nulli in illis appareat.

e Vestibulum. S. Ethimologie non habet ppriet atem: vt ait Varro. sed fit pro captu ingenii. dicitur eñ q̃ vestiat ianuã. Alii a vesta dictũ volũt: nam illi ianua cõsecrata ẽ. Alii q̃ nemo ibi stet. In limine eñ solus est transitus: vt eñ vesanũ nõ sanũ: sic vestibulũ nõ stabulum. D. Vestibulũ ante ipsum. In hoc erant omnia: que cruciãt viuos: aut defunctos affligunt. C. Vestibulum: C. melius Gallus in libro de verborũ significatione. Vestibulũ dicit esse nõ in edibus: neq̃ in ediũ parte sed locũ añ ianuã dom⁹ per quem de uia aditus accessusq̃ ad fores ediũ sit. Ianua eñ procul a via fiebat aerea: tum intersita: q̃ vacaret. Putant aũt dictũ a ve & stando: Ve aũt aliqñ intendit: vt vetus quasi magne etatis: & vehemens. i. magne mentis: et impetus. Aliqñ minuit: vt vecors: vesan⁹. Ergo si ve auget in hoc vocabulo dicit a magna statione quã illic habebant qui veniebant: & dñm ediũ expectabant: vt illũ deducerẽt & reducerent. Si aũt priuat: dicitur a domesticis: qui frequẽter ingredientes egredientesq̃ domũ: ibi nunq̃ consistunt. Ergo vestibulũ ↄstat aream dici: que a via domũ diuidit. f Faucibus. C. fauces: iter angustũ est: per quod ad vestibulũ de via flectitur. Ergo Aeneas cũ vidit fauces: atq̃ vestibulũ domus impiorum: non est intra domũ: sed de via videt loca inter viã & edes locata. hec Macro. Sunt tñ q vestibulũ esse a vesta: cui prime dom⁹ partes sacrate sunt. Alii quia domũ vestiant. g Orci. S. deũ posuit pro loco: vt Ioue pro ethere Hora. manet sub Ioue frigido venator. Orcũ igitur Plutonẽ dicũt Cice. in verinis: vt alter orc⁹ venisse etnã: & nõ proserpinam: sed ipsam cererem rapuisse videatur h Luctus &. S. ea dicit esse in aditu inferorũ: que vicina sunt morti. D. Luctus: quorũ sordidus: & miserabilis circuitus est. C. Luctus: sequitur eñ vitia luctus ex poenitentia scelerũ. i Vltrices. S. conscientie que puniunt semp nocẽtes C. Vltrices. nã post cõmissum scelus exagitamur a cõsciẽtia: q̃ nos assiduo torquet. Hinc Iuue. Exemplo quodcũq̃ malo cõmittit: idẽ displicet auctori. Pria hec est vltio: quod se iudice nemo nocens absoluitur. Et alibi Nocte dieq̃ suũ gestare in pectore: testem Spartano cuidam respondit Pythia vates. k Cure. D. Que q̃cunq̃ possideant torquent. l Pallentes. C. ab effectu l Morbi. C. vel quia ex descẽsu animorũ in corpora nascũtur morbi & egestas: nam a corpore hec sunt nõ ab aĩo: & vehementer illa exhorrere mortales: vel morbos more Stoicorum: pro vitiis: & egestatẽ pro auaritia: a qua omnia pene insit mala ponit. Soli aũt sapientes (vt ostendũt stoici) diuites sũt m Senect⁹. S. ad seniũ vergit ipe aĩ⁹ cũ vergit ad vitia. Puto tñ ex platonicorum sentẽtia poetã immersionẽ

animi in corpus appellare infernũ: atq; ex ipso corpore oĩa ibi hęc mala prouenire ostēditur. Nam & per quattuor flumina. etiã quattuor corporis humores Platonem expressisse nonnulli volunt. Sunt mala mentis gaudia: qñ letatur: stultus q̃ male fecerit. Bellũ aũt: & discordia: & furiarũ thalami in hac mũdi parte facile deprehēdũtur. m Tristis. S. seuera quę gignit seueritatem. Cice. Iudex tristis: & integer. n Turpis egestas. S: quę turpes facit: & quasi horũ imagines facit: quas dic t esse apud inferos: ideo quia in quem ista concurrunt: fit mortalis necesse est. vnde deos immortales dicunt: quia ista non sentiunt quib⁹ mors creatur. D. Turpis ege. nã & macie deturpat faciem & necessitate sord: dum relinquit victũ & vestitũ. a. Mala men. gau. S. generaliter omniũ scelerum dicit. ac si diceret malę mētis gaudia. D. Mala mentis gaudia hęc sunt quę in scelera ducunt: adulter em̃ & latro luctu & sceleris⁹ voluptatem capiunt: mala ergo. quia apud inferos puniuntur. b In lumīe aduerso. C. quia semper aduersat: & cõtrariũ est. c Eumenidũ thalami. S. furię nũq̃ nupserunt: vnde thalam⁹. i. ĩ quibus natę sunt. Alii thalamos dicunt: qui facti sunt auctoribus furiis sed nõ procedit: quia ait. Terribiles visu formę: & vt non videatur esse cõtrariũ. quia paulopost furias alibi dicit esse. nã possunt hic: & alibi manere: & alibi officium exercere pœnarũ. d Discordia de. D. i quã ex demētia ĩcidimus. Neq; iniuria dat sanguinem: & serpentes. C. Discordia de. quia a stultitia hominũ prouenit: cũ natura nos ad societatem: concordiamq; creauerit. e In medio. SERVIVS. aut vestibulo: aut absolutũ est: & intelligimus hãc esse eburneã portã per quã exiturus est: quę res hęc omnia indicat esse simulata: si & ingressus & exitus similis est. D. In medio ramos. Post vestibulũ ponit interiorem partē: q̃ non esset sub tecto. f Vlmus opa. in. S. distinguēda sũt ista ꝑpter duo epitheta. Do. posuit vlmũ annosam: et quia nõ omnes annosę sunt mentes] & opacę frondibus: iccirco hęc addit. C. Vlmus. cũ somnia vana exprimat: & nullum fructũ producentia: optime vlmũ posuit: quę arbor sterilis est: g Vulgo tenere. S. passim cateruatim. h Vana sõ. D. Vult hęc esse errores: qui ꝑ necessariis inaniter occurrunt. i Foliisq; sub om. S. Qui de somniis scripserũt dicũt: q̃ tēpore folia de arboribus cadũt vana esse somnia: q̃d per trãsitũ tetigit. Vana autē sõ: quia inferis. Nã vera supi ab mittunt. Home. κ χι γαρ τ' ονα ρ εκ διος εστιν. k Centauri in foribus sta. S. Bene in foribus quia ea q̃ cõtra naturã possunt creari statim pereunt. Stabulant aũt habitant: & vsurpatiue dixit. vt populat: luctat. Nam stabulor dicimus: & bñ allusit. quia ex parte equi sunt. Centauri aũt Ixiõis: & nubis filii sunt. Ixion em̃ amatã Iunonē de stupro iterpellauit. Illa cõfessa Ioui: ē ex ei⁹ volũtate nubē: i suã formã cõuersam ei obtulit: vñ ferunt nati esse cētauri. CRIS. Centauri. Ixion cum Iunone cõcũbere credens cũ eius simulacro ex nube facto cõcubuit: vnde nati sunt centauri: quorũ supernę partes humanę: infernę equinę erant: in q̃ exprimit euētus nimię ambitionis: nã qui terranidi & nimię imperandi cupiditati incũbunt: putant se Iunone. i. maximis regnis potiri posse: et homīes deę nuptias petũt: i. euētus sibi supra humanã facultatē proponũt: vñ & pro rebus solidis nubē. i. res inanes assequũt: vñ non humana quędam: sed monstruosa: & efferata enascunt: quib⁹ ex alto ab ima ꝑcipitantur. l Centum geminus briareus. S. Centies duplex secũdũ fabulas ipse est Aegeon: m Briareus. C. Cottus. Briareus. & Gyges frēs fuerũt ſm Hesio. coeli et terrę filii: & titanes dicti: decennale bellũ cũ filiis Saturni gesserunt. et illi quidē ab Othri: hi ab olympo monte impetum faciebant. Tandem a diis victi in tartara deiecti sunt. Habebãt autem singuli quinquaginta capita: & centum manus: & omniũ fortissimi: & pulcherrimi fuerũt. Briareũ autem dicit Home. egiona ab hominibus appellatum eg. ον βριαρεω κλεω ιθεοι αν δρεσ δε τε παντεσ αιγαιων α. Additq; q̃ cũ quãdoq; Iuno Neptunnus & Pallas Iouem in vincula cõiecissēt: neq; esset qui auxiliũ ferret: q̃ thetis Achillis mater coelum ascendit: & secũ adduxit Centimanum Briareum: eiusq; auxilio Ioue soluit. Hesio scribit Neptunnũ hunc sibi generũ adsciuisse tradita sibi Opya filia: vnde & Oui. Balenarũq; ꝑmentē Aegaeona suis immania terga lacertis. n Ac belua lerne. S. Hydram dicit: quę fuit in lerna argiuorũ palude: sed latine excetra dicitur: quod vno ceso tria capta excrescebant. Sed cõstat hydrã locũ fuisse euomentē aq̃s vastantes vicinas ciuitates: in quo vno meatu clauso: multi erupebant: quod Hercules videns loca: ipsa exussit: & sic aquę clausit meatus: nã hydra ab aqua dicta est. id est. απο του υδατοσ Potuisse autem hoc fieri ille indicat locus. Excoquitur vitiũ: atq; exudat inutilis humor. C. Belua ler. Hydrã dicit Hãc (auctore Hesio). peperit Echidna ex typhaone. Iuno autem illã in lerna palude nutriendã curauit contra Herculem. Sed illã Hercules cũ Iolao flammis interemit: consiliis Mineruę adiutus. dicitur excetra latine: quia vna cœso tria oriuntur capita. Hydrã Plato refert fuisse callidissimũ sophistã: quē Hercules doctus philosophus flãmis. i. feruore ingenii supauit. Est aũt sophistica ratio cauillosa: et vno sublato capita plura nascũtur. Est em̃ logices duplex disputandi ratio: & per veras & sophisticas rões. o Horrendũ stri. C. Si ad fabulã referas. expressit naturã serpentis. Si ad sophisticã ratione: notauit huiuscemodi disputatõis rabiē. p Flãmisq; ar. chy. S. ore leo postremis ꝑtibus draco: media capra: secũdũ fabulas fuit: Reuera aũt est mons Lycię cuius hodieq; ardet cacumen iuxta quod sunt Leones: media autem pascua sunt: ima vero montis serpentibus plena. hunc Bellerophon habitabilem fecit: vnde chymeram dicit occidisse. C. Chymerã. Hanc etiã ignem expirantem iisdem parentibus qb⁹ hydrã ortã ait. Hesiod⁹. habuit secũdũ hũc poetã tria capita Primũ leonis. vltimũ draconis mediũ capræ ait em̃. προσθε λεων οπιθεν δε δρακων μεσση δε χιμαιρα. Hanc Pegasus. & Bellerophontes deuicit: quę tamen ex orco cane Gerionis pri⁹ pepit Spingem: leonē nemeũ: et draconem q̃ mala aurea custodiuit. Item peperit Ceto ex phorco de hac enim Ouidius. Queq; Chymera iugo mediis in partibus ignem: pectus: & ora leę caudam serpentis habe

Et met⁹: et malesuada fames: ac turpis egestas:
Terribiles visu formę: lœtumq; laborq;:
Tum consanguineus leti sopor: & mala mētis
Gaudia: mortiferũq; aduerso in limine bellũ.
Ferreiq; eumenidum thalami: & discordia demens:
Vipereũ crinem vittis innexa cruentis:
In medio ramos annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca ingens: quã sedē somnia vulgo
Vana tenere ferũt: foliisq; sub omnibus hęret.
Multaq; pręterea variarum monstra ferarũ.
Cētauri in foribus stabulãt: scyllęq; biformes:
Et centũ geminus Briareus: ac belua lernę
Horrēdũ stridens: flammisq; armata chymera:

Gorgones harpieq;:et forma tricorpis vmbrę.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrū
Aeneas:strictāq; atiem venientibus offert:
Et ni docta comes tenuis sine corpore vittas
Admoneat volitare caua sub imagine formę:
Irruat:& frustra ferro diuerberet vmbras:

bat. Reuera mōs in lycia est Carię cōterminus de q̄ vide Seruium.
q Gorgones. SER. Gorgones tres fuerūt in extrema aphrica circa Atlantē montē:quę om̄es vnum oculū habebāt:q̊ inuicem vtebant̄ Sthenio Euriale Medusa. Serenus tñ dicit puellas fuisse vni⁹ pulchritudinis:q̄s cum vidissent adolescētes stupore torpebant:vnde fingitur quod si quis eas vidisset vertebatur in lapidem. C. Gorgones Phorci. & Ceto filię fūt: Sthenio Euryale: et Medusa. Harum primę duę immortales fuerunt Medusa mortalis. q̄ quia in templo Palladis cum Neptunno concubuit: irata dea crines suos q̊rꝫ splēdore capt⁹ fuerat neptūn⁹ in serpētes cōuertit: Quo pacto autem a Persio ie̵r fecta sit describit Oui. Ex



eius morientis vtero emicuere duo foetus Chrisaor sic dict⁹: quia cũ aureo ense natus ẽ:& hic ad deos ascendit Ioui fulmen:et tonitruum ferens. Et equus alatus:qui pegasus est appellatus ἀπὸ τῶν πηγῶν .i.a fontibus Oceani iuxta quos sit natus. De Harpiis dictũ est in tertio. Oĩa hęc monstruosa sunt. Omnis aũt monstruositas vitiosa:quoniam aut excedunt:aut deficiunt. Ergo in vestibulo inferni defect⁹:& excessus sunt. Quapropter inde via est ad tartara.i.ad habitus vitiorum:vnde est charon: id est priuatio gaudii.

te secures. f Stant lumina flãma. DO.inflexibi'es oculi quasi flammam emittebant. CRI. Duo lumina flammę. Quia liberum arbitrium advtrũq; tendere potest:ad lumẽ rationis:& ad ardorem cupiditatis:quod autem hic d: charone dicimus:idem & Sene.in descensu Herculis intelligere videtur. It eñ ad eum Hercules cedente turba:quoniã erat in tertio genere virtutum animi iam purgati:vbi non diuinasolũ in electione preferimus:sed tanq̃ nihil aliud sit intuemur:hocq; pacto liberũ arbitrium absolutum est:& cedit ei turba perturbationum. Exclamat charon: quo pergis audax:quia liberũ arbitriũ vellet discutere qd esset agendum:aut virt⁹ ipsa heroica:quoniã iam electionem fecit:pellit moras:& nautam conto domitat.i.cogitat liberũ arbitrium in suum habitũ: sua electione consumata eñ virtus amplius nõ deliberat. Charõ ob receptũ Herculem:anno in cõpedibus fuit:quia arbitriũ in habitu virtutis heroicę non amplius liberum est: in vitia fluere:actu scilicet non potentia potest.

r Harpięq;. S. Aut iam occisas intelligit:aut secũdum Platonem & alios: simulacra licet viuarũ illic fuisse. Nam dicunt omnium rerum quasdã: ibi eẽ imagines:ad quarũ similitudinem procreãtur vniuersa. Hinc est q̃ in Statio Thyodomas Plutõi dicit. Omnibus finitor esse videris:mihi vero & sator. Harum autem simulacra bene apud inferos sunt:q̃ esse dicuntur & furię.
s Tricorporis vmbrę. S. Eryli & Gerionis.
t Offert. S. non ad feriendum:sed ad repellendas vmbras:vnde et offert dixit:sacerdos aũt ferire phibet. v Tartarei acherõtis. S. Acherõta vult quasi de imo nasci tartaro. huius estuaria stygem creari.de styge autẽ nasci cocytõ. Et est ethimologia: nam physiologia hoc habet. qui caret gaudio :sine dubio tristis ẽ:tristitia autem sine dubio vicina luctui est:qui procreatur ex morte: vñ hęc esse apud inferos dicit.

Hinc via tartarei quę fert acherontis advndas.
Turbidus hic cęno:vastaq; voragine gurges
Aestuat:atq; omnem cocyto eructat harenam.
Portitor has horrẽd⁹ aquas et flumina seruat
Terribili squalore charon:cui plurima mento
Canities inculta iacet:stãt lumina flamma:
Sordidus exhumeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit:velisq; ministrat:
Et ferruginea subuectat corpora cymba.
Iam senior:sed cruda deo viridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat
Matres atq; viri:defunctaq; corpora vita
Magnanimũ heroũ:pueri innuptęq; puellę:
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quã multi in syluis autumni frigore primo

g Sordidus amictus: DONAT. Sordidum erat velamen:neq; tantum vt totum tegeret corpus: & nõ fibula.sed nodo nectebatur.
h Ipse ratem. DONA: non agendi potestatem: sed pœnam habebat: qa multa simul officia implebat. Nam dabat vela:vectabat corpora:subigebat idest non sine labore agebat. i Velisq; ministrat. S. aut per vela:& est septimus:aut velis obsequitur:& est datiu⁹. k Ferruginea. S. nigra tristi. Nam lugubrẽ esse hunc colorem ostẽdit dicens. Cũ caput obscura nitidũ ferrugie texit. C. Ferruginea.a ferro et ferrugo Color est purpureus ad nigrũ tendens:vt lugubris sit. Sta. Et ferrugineũ nemo astupet ipsaq; tellus miratur potuisse retro.
l Corpora cymba. S. omne quod potest videri corpus dicitur. Nam paulopost discretionem fecit dicẽs. Corpora viua nefas stygia vectare carina. m Iam senior. S. aut cõparatiuũ pro positiuo posuit. Aut vt diximus senior est: virens senex:vt Iunior inter iuuenẽ est.quã rem a Varrõe tractam confirmat etiam Plinius. n Cruda deo viridisq; senectus. S.f. ἀκμαῖον quia in deo. DO. Viridis non ppter colorem:sed quę adhuc non parum de pristinis tẽporibus retinent. Cruda & viridis:quia nõndum tendebat ad maturitatem. o Pueri & virgines. DO. quos in spem posteritatis seruandę conuenerat in longum senium perduci:distinguit sexus & ętates. vt ostendat mortem omnibus esse cõmunẽ:nec moriendi esse ordinem. o Iuuenes. D. Qui adhuc suis cõmodis in seruire patrię potuissent.
q Autumni frigore primo. SER. Extremitatẽ vult ostẽdere:quod ait Iuuena. Iam lętifero cędant pruinis autumno. Nam et⁹ prima pars feruet:vt totoq; autumni incãduit ęstu. Sane sciendum secũdum Pliniũ. Folia autumnali tẽpore ideo cadere:quia omnis tũc in arboribus humor:ęstatis colore inuenitur exhaustus. Ergo cadunt:non quia siccari incipiant;sed quia tunc eis iam deest humori.

x Turbidus hic coeno. D. p qualitate inferni fuit natura aquę turbida:cenosa odoris pessimi:vt pote quę ructaretur a coeno. y Cocyto eructat harenam. S. in cocytum.s.per stygem. ʒ Portitor. S. portitor proprie qui portat:abusiue etiam qui portatur portitor dicit̃ sicut vector. D. Is proprie est q portũ obseruat:vt nullus ei⁹ iniussu in alienas regiones trãseat:his igitur aquis tam male olentibus:tam horridi aspectus erat par custos:nec dissimilis loco & religioni. C. Portitor charon. Si nauis voluptatis typum habet:pro libertatis arbitrio capitur charõ. Ergo charon agit nauem.i. voluntatem conto.i. electione qua arbitrium se dirigit. Dicit̃ eñ cõtus quasi conitus. Nam ex tereti in acutum tẽdit qua figura conus appellatur. Ministramus igitur nauem.i. voluntatem velis.i. pręparam⁹ coelesti voluntati:quoniã quod influit coelum libenter vult:nisi sese ratio opponat:cuius est syderib⁹ dominari. Senex fingitur:quia nihil antiqui⁹ anima in qua liberum arbitrium semper fuit. Sed viridis senectus:quia nũq; deficit. Per amictum solidum intellige corpus:qd putre corruptibileq; est.
a Has horrendus aquas. S. ppter tria flumina.
b Terribili squalore. SER. terribilis squaloris.
c Charon. SER. Per antiphrasim:quasi acharon.
d Mento canities. SER. veteres eñ non solum comas ornabant:sed etiam barbam.vt i nõnullis vidimus statuas. e Stant. SER. horrent.& est polysemus sermo:vt diximus sup. Cõto subigit pro impellit sursum agit regitq; ẽ polysem⁹ sermo:nã & acuit significat vt subigũtq; in cute secures.

r Quam multę.DO.Ex hac comparatione quanta fuerit turba ostenditur. s Glomerantur aues.S.Bene rebus volitantibus comparauit animas:quia & ipsę volant. t Immittit apricis.S i.sine frigore.vt diximus supra:vñ & nonnulli aphricam dictam volunt. v Stabant.C. astabant illi:vel stabant quasi non descendebant:sed perse uerabant in orando:& ita vt vnusquisq; primus esse con tenderet. x Primi trãsmittere.S.Figura greca est:vt pri mi transirent. y Transmittere cursum.CRI. emittere cursũ trans fluuiũ.i.vel o ci nauigatione transire.

Lapsa cadũt folia:aut ad terrã gurgite ab alto
Quã multę glomerant aues:vbi frigidus ann⁹
Trans pontũ fugat:& terris immittit apricis.
Stabant orantes primi transmittere cursum:
Tendebantq; manus ripę vlterioris amore.
Nauita sed tristis:nunc hos:nunc accipit illos:
Ast alios longe summotos arcet harena.
Aeneas.(miratus em motusq; tumulum)
Dic ait o virgo:quid vult concursus ad amnẽ:
Quidue petũt animę:vel quo discrimĩe ripas
Helinquunt:illę remis vada liuida verrunt:
Olli sic breuiter fata est longęua sacerdos.
Anchisa generate:deum certissima proles:
Cocyti stagna alta vides:stygiamq; paludem:
Dii cuius iurare timent & fallere numen:
Hęc omis quã cernis inops ĩhũataq; turba est.
Portitor ille charon:hi quos vehit vnda sepulti.
Nec ripas datur horrendas:nec rauca fluẽta
Transportare prius:quã sedibus ossa quierut.
Centum errant annos:volitãt hęc littora circũ.
Tum demũ admissi stagna exoptata reuisunt.

z Tendebant.C. Prote sis palmis orabant. a Nauita.C. pro nauta per epẽthesim. b Tristis.S.asper & mi rabilis.D.Tristis.dur⁹ & nunq; affabilis. C.Tristis.seuerus:qui nõ ex cupiditate illorum.sed ex iusto ordine eos admit tebat: hoc autem signifi cat q; ex ardore perturba tionum omnes in vitium ruere cupiũt.Id em est ad inferos descendere:verum non transuehuntur:nisi q̃ rũ corpora sepulta sunt: idest qui ex habitu viciis penitus sunt obruti:inse pulti autẽ:idest hi qui nõ iacent in habitu demersi: errãt circum littora:id est peccãt frequẽtib⁹actib⁹:& post centum annos:id est post diuturnum tempus admittuntur:quia ex illis efficitur habitus.

c Nunc hos.DO.Nã omnes simul nõ poterat. d Aeneas.S.ordo est ae neas ait dic o virgo.Cęte tera per parẽthesim sunt. e Cõcursus.C.Nã aboi bus pari studio curritur. f Discrimie.S.differẽtia. g Linquunt.SER.rede untes non transeuntes. h Liuida.SER. nigra. Nam liuidum :id est in ui dum : non nisi apud ne otericos inuenies.Lucan⁹ Liuor edax tibi cuncta negat.LicetOuidius dixe rit.Liuor edax viciũ mo res non exit in altos.CRI STO.Liuida.Nam om nia coelestia candida sunt sic inferna nigra.possum⁹ & ad descensum illum q̃ speculationem vitiorum exprimimus ita rem referre.cõcur runt ad nautam :q; omnes natura scire cupimus.Sed libe rum mentis arbitrium non omnes admittit ad speculati onem:Quod autem non admittantur inhumatis:qui cor poribus sunt: notat per corpora perturbationes animor um:quę a contagione corporis sunt:quę nisi penitus hu mentur : nos ad speculationem proficisci non sinunt.Nã quod de centum annis refert:id ex egyptiorum consuetudi ne poetice admiscet.Et de qua Seru⁹ & Sene.referunt.sed Hora.ex hac egyptiorũ cõsuetudine ait:Orpheum inferorũ fabulam scripsisse. i Breuiter.D.Ne qua fieret rebus ne cessariis mora. k Longęua.SER.Apollo Sibyllam pie

dilexit:& poscere iussit quod vellet arbitrium dedit:illa hausit harenam manibus:& tam longã vitam poposcit:id Apol lo posse fieri respondit si Erythream insulam relinqueret il lam nunq; reuisura.Venit ergo Cumas vbi corporis virib⁹ deserta:vitã in sola voce retinuit:hoc intelligentes eius ciues siue inuidia:siue cõmiseratione moti:epistolam miserũt:cre ta antiquo more signatã.At illa visa terra patria in mortẽ resoluta est:vnde sunt:qui dicũt hanc esse:quę Romana fa ta scripsit :quod incenso Apollinis templo : inde Romã illa ti sunt ab libi:vñ hęc fue rat. l Certissima pro les.S.cũ subire inferos po tuerit.Multi em ad gloriã sibi genus fingunt.vt Ro mulus ex Marte Alexan der ex Ioue Hamone:sic de Hercule Salue vera Io uis proles.D. Certissima proles.Natus ex homine non immerito paues:sed nihil debes metuere: quia a diis principiũ ducis. m Cocyti stagna.D.Nõ auget moram:quia respõ det ad id quod non inter rogat:sed minuit:nam cu rat ne postea interroget. Stagnũ igitur inquit cocy ti habet nomen. n Paludem.DO.Pau lus:q̃ ex superfusiõe aquę efficitur styx appellat.Nec indiget probatiõe q; inse pulti non transportentur. quoniam cernit ibi quos sepelire non potuit. o Fallere numen.S.pro pter victorię fauorẽ Sty gis filię.nam statuit Iup piter si quis fefellisset eius numen:vno anno & no uem diebus ambrosia:& nectare priuaretur.Sed iõ est q; ideo per stygem dii iurant:quia tristitia cõtra ria est ęternitati.

p Inops inhumata.S: duo dicit:q; neq; legitimã habet:nec imaginariã se pulturã.inopem em dicit sine pulueris iactu:nã op⁹ terra est: inops sine terra: sine humatione:Vult aũt ostendere tantũ valere in anem :quantum plenam sepulturã.Nã & deipho bi vmbra transuecta est: cui Aeneas coeno aphi um fecit vt tunc egomet tumulum rhetęo in litto re inanem constitui.Bene autem sepultos .i fletos.Nam si ne fletu sepultura non est.Vnde legimus inhumata infletã q; turba facit supradicta flumina transire :quibus luctus nomen imposuit.Centũ autem annos ideo dicit:quia illi sunt legitimi vitę humanę:quib⁹ completis potest anima transire ripas.i.ad locũ purgationis venire:vt redeat reuer sus in corpora.Sane sciẽdum:quia cũ terrã dicim⁹ hęc ops facit.Si nymphã dicim⁹ hęc opis.si diuitias hę opes nume ro tm plurali. q Rauca fluẽta.S.aut remota .i.ęstuaria dicit:aut bñ pluraliter:quia de tribus loquit. r Sedib⁹ os.qui.S.i.prius q̃ corp⁹ in naturã suam redeat.i.in terrã. Stagna exoptata reuisunt.S.lethei.s.flum inis.

Cõstitit anchisa satus: et vestigia pressit:
Multa putãs: sorteq́ꝫ animo miseratus iniquã.
Cernit ibi mœstos: & mortis honore carentes:
Leucaspim: & licię ductorem classis orontem.
Quos simul a troia ventosa per ęquora vectos
Obruit auster: aqua inuoluens nauemq́ꝫ virosq́ꝫ.
Ecce gubernator sese palinurus agebat.
Qui lybico nuper cursu dũ sydera seruat.
Exciderat puppi: mediis effusus in vndis.
Huncvbi vix multa mœstũ cognouit ĩ vmbra.
Sic prior alloquitur: quis te palinure deorum
Eripuit nobis: medioq́ꝫ sub ęquore mersit:
Dic age: namq́ꝫ mihi fallax haud ante repertus.
Hoc vno responso animũ delusit apollo.
Qui fore te ponto incolumẽ: finesq́ꝫ canebat
Venturũ ausonios: en hęc promissa fides est.
Ille autem: neq́ꝫ te phœbi cortina fefellit
Dux anchisiade: nec me deus ęquore mersit:
Namq́ꝫ gubernaclũ multa vi forte reuulsum:
Cui datus herebã custos cursusq́ꝫ regebam:
Precipitans traxi mecũ: maria aspera iuro:
Nõ vllũ pro me tantum cœpisse timorem
Quã tua ne spoliata armis: excussa magistro:
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis:
Tris nothus hibernas ĩmẽsa per ęquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto

t Vestigia pres. S. cogitatiõe. s. v Putãs. S. reputans: cũ aĩo pertractas. x Sorteq́ꝫ aĩo mi. ini. S. iniqua em̃ sors est puniri propter alteri⁹ negligentiã: nec em̃ quis culpa sua caret sepulchro. Bene aũt oĩs: quasi represago: vt alibi. Pręsaga mali mens. Ipse em̃ Aeneas insepultus iacebit: vt mediusq́ꝫ inhumatus harena. y Mortis honore. S sepultura. vt quisquis honor tumuli.

ʒ Leucaspim. C. id enĩ nomen erat magistro nauis orõtis: quod ille in primo libello omiserat: dixit em̃ excutitur pronusq́ꝫ magister. a Ductorẽ clas. S. apertũ exemplum classem etiam dici vnam nauem. Nã legimus vnã: q̃ lycios fidũq́ꝫ vehebat orontẽ. b Quos simul a troia. D. Reuocat in memoriã legenti q isti essent: & vbi: & qñ. & qua vi periissent. et simul ne qs daret vitio Aeneę: ne suos sepelisset: qm̃ sepelire nõ potuit. c Auster. S. Hic distinguendũ. d Sese agebat. S. Sese agere est sine negocio incedere.

e Qui ly. nu. cur. S. Bñ lybico. Nauigatio em̃ nõ a diuerticulo: sed ab intentione accipit nomen.

f Effusus in vndis. S. sarchaismos est Quãq́ꝫ Donatus esse ordinem velit: dũ seruat sydera in vndis mediis. D. In vndis. Non effusus in vndis: ne sit vitiũ in casu: sed effusus cũ in vndis esset. g Multa mœ. co. in vm. S. Prudentiores dicunt animas recentes a corporibus sordidiores esse donec purgentur: quę purgatę incipiunt essent clariores: vnde paulopost: donec longa dies pfecto tẽpis orbe cõcretã exemit labẽ purũq́ꝫ reliqt: æthereũ sẽsũ atq́ꝫ auri simplicis ignẽ. i. nõ vrentẽ: vt ẽ sol. Inde ẽ ꝙ alię aĩę lunarẽ cirulũ: alię solstitialẽ retinere dicuntur pro modo purgatiõis. Recte ergo Palinurũ obscura vmbra circũdatum dicit. & vix agnitum: qa nec ad loca qdẽ venerat purgatõꝝ. Sic et de Didone. agnouitq́ꝫ p vmbrã obscurã. DO. Multa vm. hoc excusat ꝙ amicũ non statim agnouerit.

h Prior. C. hoc pertinet ad clementiam ducis.

Quis deorũ. S grece τις θεων. CRIS. Quis deorũ admiratur aliquẽ deũ vsum esse tanta crudelitate:

k Eripuit. C. vt ostendat & vim illatã: & damnũ: nec putabat hoc euenisse nisi a deo: cũ Apollo illũ incolumẽ in italiã venturum pręd̃ixisset. At ille respondet venisse quidẽ in italiã: sed ibi cęsum fuisse. Cõpone aũt. Nec cortina phœbi fefellit te nec me. l Nobis. S. Nã gubernator cõi perit periculo. m Sub ęquore mersit. S. Temere s submersit ęquore. n Qui fore ponto. D. nihil dixerat de Palinuro Apollo: sed tacẽdo de suis aduersis: boni aliquid p̄misisse videt̃. o Ventu turum. S. κατα τὸ σεσημαινόμενον ĩtelligim⁹. ❡ Cortinã: vl' quod cor teneat: Vel ꝙ tripos septus erat coria serpentis: vel quia ὅτι τὴν κόρην τείνει. i. extẽdit puellã: vt maiorq́ꝫ videri. p Nec me. S. Hic distinguendũ ne sit cõtrariũ: nã eũ somnũ decit: q̃q́ꝫ alii frustra dicãt: qd credebat phorbantẽ: cum extinctis diuinãdi sit concessa licentia: vt iam nunc sciat somnum fuisse.

q Deus. DO. Cognouit vim illã eẽ diuinã. sed qs deus fuerit ignorat. quia nõ vidit: nisi phorbantẽ.

r Gubernaclũ. S. vt sit verisimile ꝙ venerit ad italiã. C. Gubernaclũ. temonẽ. Et facit narrationem verisimilẽ: nã sine temone nõ erat credendũ illũ tam diu natare potuisse.

s Vi reuulsũ. D. oñdit p virib⁹ pugnasse vt excuset factũ. t Pręcipitãs. S. dũ p̄cipitarer. v Aspa. C. Ex affectu natantis: vl' epithetõ est ęternũ maris: nã tẽpestas nulla fuerat fauẽte neptũno. x Iuro. S. aut execratio. aut quasi nauta iurat p maria.

y Nõ vllũ. C. Exprimit q̃ sit vera amicitia: & q̃les ĩ amicos eẽ debeam⁹. Simul ẽt Palinur⁹ beniuolẽtiã captat. vt facili⁹ possit q̊d petit ĩpetrare. ʒ Spoliata ar. S. p̄dita gubernaculo. a Excussa ma. S. Noue dictũ: de q̃ fuerat excuss⁹ mgr̃. ❡ Surgẽtibus vndis. signat fuisse pelagus tumẽs: nã tẽpestas fauẽte neptũno non erat: nec de æneę p̄itia dubitauit: sed p̄pter p̄ditũ gubernaculũ. b Tãtis s. C. Atqui trãqlla fuerat nauigatio. sed loquit̃ ex ea q̃ sibi erat solicitudie: & ex eo q̊d sępe id sibi acciderat: aut qa sic natãti videri potuit: nã et mediocres: vnde videri ingẽtes natãti possunt. c Hibernas. S. aspas: & retulit ad affectũ nauigãtis. d Vix lu. C. q̃si pathos. a diuturnitate tp̄is vẽ septẽ illũ p̄hibẽt totos ex ordine mẽses. Et septia p⁹ troię excidiũ iã p̄rit̃ estas. e Sũma. C. docẽt mathematici reliq́ꝫ

elementorũ ita aquę corpus sphęricũ esse: ac ppterea mare non planũ esse: sed turgescere: vnde est q̃ propter interpositũ hunc tumorem maris aliquis positus in naui non videbit montẽ e regione positũ: quẽ tñ videbit: qui est in summitate mali eiusdẽ nauis. f Adnabã. S. & hic distingui potest adnabã terrę. C. Paulatim adnabã. Oñdit difficultatẽ. & fessitudinẽ. g Terrę iã tuta. C. Pathos ab eo q̃d est p̃ter spem. Nam vbi tutus esse credidit ibi crudelissime occisus est. h Gens crudelis. S. lucanorũ: & dicit eũ a veliensibus interemptũ: vt portusq̧ require velinos: Sed velia quo tempore Aeneas in italiam venit nondũ erat: q̃ anticipatio si a poetę persona fit: est tollerabilis. Si per alium: est viciosa. Sed q̧ Palinuri diuinãdi scientiam dant. quasi ab vmbra sit dictũ. Velia autem dicta est a paludibus quibus cingitur quas grę cũ ἑλη dicũt. fuit ergo helia: sed accepit digamon: vt enetus venet⁹. C. Crudelis. Et quia in naufragum nulla iniuria puocati fuissent: & quia spoliati sepulturã neglexissent. i Madida cũ ve. gra. C. Et quę sequentur huiusmodi sunt: vt etiam in immanissimis cõmiseratiões cõmouere potuerint: ergo crudelis gens. k Prensãtẽ. C. ponit rẽ añ oculos: nã sępe p̃hẽdebat. quia sępe a fluctibus illinc remouebat̃. l Capita asp. D. aspa saxorũ: q̃ ex montibus radicib⁹ veluti capita in mare extãt. m Montis. S. saxi. alibi contra. Saxi de vertice pastor. i. montis. Item fertur in abruptũ magno mõs improbus actu. pro saxo: nam ista reciproca sunt. n Ferro inuasisset. C. pathos a mõ & a materia. o Prędamq̧ ig. C. rẽ verisimilem facit. Qui em̃ inuasissent vuisi, questũ inde sperarẽt: Sed nõ propter hoc minuitur crudelitas.

p Me flu. ha: S. Quia secũdũ philosophos corp⁹ solum nostrũ est: quod nobiscũ oritur: nobiscũ morit̃. Anima generalitatis est: et adeo nõ est nostra: vt etiã in alia corpora trãseat plerũq;. q Versant in lit. ven. D. ne in profũdo esse videretur. r Per iocũ. D. quia apud inferos non est iocũdũ. q. d. per id quod cupis remouere. C. Iocũdũ. ex affectu inferorũ: vita em̃ nostra huiuscemodi est: vt si illam inferis cõpares: iucũdissima esse videat̃. Sin aũt superis calamitosa fit. s Per genitorẽ. D. cuius causa tot subis labores. t Eripe me. S. corp⁹ meũ: quod est hominis proprũ. Est aũt Homer. αὐτὸν δ' ἐλκομένων [illegible] ℭ Coeli iocũdũ: bñ iocũdũ addidit. Est em̃ etiã apud inferos: sed nõ iocũdũ. v His inuicte malis. S. qui iferos subire potuisti. his aũt. ac si diceret quę cernis. C. Inuicte. ergo potes. x Malis his. D. Captat hinc cõmiserationẽ. y Terram inice. S. Bene aũt maius petit: vt vł hoc impetraret. Terrę aũt iniectio secundũ pontificalem r. tam potest fieri & circa cadauer: & circa absentiũ corpora quibusdam solennibus sacris. D. Inice terram. Ostendit facultatẽ. C. Terram inice. Fac coenothaphiũ. sic alibi. Tunc egomet rhetęo in littore inanem constitui. z Nãq̧ potes. S. vbi q̧ eum rerum diuinarum inducit peritum. C. Nãq̧ potes: Sic Horatius. Qua inq̧ festinas nõ est mora longa licebit, iniecto tertio puluere curras. a Portus requirevelinos. D. Remouet laborem querẽdi. b Si qua via est. S. Si est vlla ratio. D. Si qua est. Ostendit illum posse: & quia tãto vir est corporis robore: & animi ingenio: qa nat⁹ ex diis: quia venerem matrẽ habz: quia sibi maiora dii concesserunt. qñ viuenti hunc descensum permiserũt. c Diua creatrix. S. Rerũ omniũ generaliter. C. Creatrix. Sic lucret. Aeneadũ genitrix hominũ: diuumq̧ voluptas. Quę mare nauigerũ quę terras frugiferentes concelebras p̃ te q̃m gen⁹ oẽ a antũ cõcipit: visitq̧ exortũ lumina solis. vł poti⁹ creatrix tua ex q̃ facili⁹ ẽt posse illum oñdit. d Innare. S. nauigare more suo. e Da dextrã. S. da auxiliũ. Vmbra ei nũq̧ tenet: vt ter frustra cõpressa manus effugit imago. f Misero. C. Si miseri q̃ iferno mergũt̃ q̃d miseri⁹ eo q̃ nec hoc q̃dẽ asseq̧ pt. g Saltem in morte quiescã. S. nam nautę semper vagantur. C. Saltem. Pathos q̧ nunq̧ inuita quieuerit: & nunc etiã in morte nulla quietis spes dat̃. h Talia fat⁹ erat. C. Orõ indignatiõe plena: quę nõ solũ verbis oñditur. verũ etiã festinatioẽ respõsionis cũ vix expectauerit: vt ille finiret. i Coepit cũ talia vates. D. rñdit sibylla: cui leges inferorũ notiores essent. k Vnde. C. Ad dubitatio auget indignationẽ: cũ videat̃. q̃d ne suspicari q̃dẽ possit: vñ hęc cupido illi veniat. l Tã di. cu. S. ex deo ũ ira veniẽs. aut magna: vt sua cuiq̧ de⁹ fit dira cupido: m Tu sty. in. C. Grauissima interrogatio: cũ ita vrgem⁹ aduersariũ: vt nõ possit: nisi id q̃d nobis placet rñdere. Habẽt aũt hęc singula verba magnũ pond⁹. Tu. q. d. cui nullũ tale meritũ est vt supra fata q̃cq̧ sit tribuẽdũ: stygias q̃s in tãta dii venerãtõe hñt. Inhumat⁹. cũ magno põdere. q. d. q̃d nũq̧ factitatũ est. n Seuerũ. S. tristẽ. & sũt reciproca. C. Seuerũ. q. d. vis q̃cq̧ i eo flumie aduers⁹ ius facere. i q̃ sũma sp̃ obseruata sit seueritas. o Eumenidũ. S circa quẽ hĩtat Eumẽides. C. Eumenidũ q̃ oim scelerũ vltrices sũt. p Aspicies &c. C. si tm̃ admirat̃ si aspiciat: q̃d erat si transeat. Repete ergo. Tu q̃ nihil extra sorte a diis mereris: nulloq̧ ill' sãguie cõiũct⁹ es: inhũat⁹: q̃d sp̃ nefas fuit. talẽ fluuiũ: et q̃ tales h3 vltrices: nõ dicã trãsib: sed aspicies. Aut abibis ripã: vt oñdat maximũ nefas eẽ: ipm̃ trãsire etiã si p⁹ trãsitũ a ripa nõ discedẽs: vlteri⁹ n̄ p̄gredias̃. q Ripã abi. S. vt abeo in thuscos: alii hñt adibis.

prospexi italiam sũma sublimis ab vnda.
paulatim adnabam terrę: et iã tuta tenebam:
Ni gens crudelis madida cũ veste grauatũ
prensantẽq̧ vncis manibus capita aspa mõtis
Ferro inuasisset: prędãq̧ ignarã putasset.
Nũc me fluctus habet: versantq̧ in littore vẽti.
Quod te per coeli iocundũ lumen: & auras:
Per genitorem oro: per spes surgentis Iuli
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Iniice: nãq̧ potes: portusq̧ require velinos.
Aut tu si qua via est: si quã tibi diua creatrix
Ostendit: (neq̧ em̃ credo sine numine diuũ
Flumina tanta paras stygiãq̧ innare paludem)
Da dextrã misero: et tecũ me tolle per vndas:
Sedibus vt saltẽ placidis in morte quiescã.
Talia fatus erat: coepit cũ talia vates.
Vnde hęc o palinure tibi tam dira cupido?
Tu stygias inhumatus aquas: amnemq̧ seuerũ
Eumenidũ aspicies. ripãue iniussus abibis?

r Fata. S. quę ſemul dii decreuerũt: & locutus ẽ ſecũdum Epicureos: qui dicunt: nec bene pro meritis capitur: nec tangitur ira. D. Fata. fatum dixit iudicatũ: cuius firmitas moueri non poſſit. C. Deſine fata deũ flecti ſperate precã. Oſtẽdit ꝙ tranſire fluuiũ aliquem inhumatũ: ſit velle flectere fata: quę ſecũdum Stoicos ne a Ioue quidem frãgi poſſunt. De fato ita ſcribit Auguſtinus in quinto eius voluminis ꝙ inſcribitur de ciuitate dei. Qui non aſtrorũ conſtitutionẽ ſicuti eſt cum quodꝗ concipitur: vel naſcitur: vel inchoatur: ſed omnem cõnexionem ſeriemꝗ cauſarũ: qua fit omne quod fit: fati nomine appellant: non multũ cum his de vi verbi eſt laborandũ: qm̃ hanc ſeriẽ: dei voluntati: et poteſtati ſubiiciunt: qui cũcta ſcit anteꝗ fiant: & nihil inordinatum relinquit: a quo ſunt omniũ ptãtes ꝗuis ab illo ſunt omniũ volũtates. Hęc Auguſtinus. Seneca autem his verſib⁹ oſtendit: dei volũtatem: cuius ptãs per cũcta porrigit: fatũ illos dicere duc me ſũme pater: altiꝗ dñator poli quocũꝗ placuit. nulla parẽdi mora eſt: aſſum impiger: fac nolle comitabor gemẽs: maluſꝗ patior facere: q̃d licuit bono. ducũt volentẽ fata nolẽtem trahunt. Poſtremo addit Auguſtinus: ordinẽ cauſarũ vbi dei voluntas plurimũ valet: nec negam⁹: nec fati vocabulo nũcupam⁹: niſi forte a fãdo fatũ dicam⁹. Nã ſcriptũ eſt in libris ſanctis ſemel locutus eſt deus: q̃m ptãs dei eſt: & tibi dñe miſericordia. Semel. i. in cõmutabiliter oĩa factur⁹ ẽ. Hac ergo rõe fatũ appellare poſſum⁹ a fando: ſed qm̃ in alia re intelligi ſolet: corda hominũ nolu[i]us inclinare. Plato ſcribit. Fatũ eſſe diuinã legẽ per quã i[ne]uitabiles cogitationes dei: ac incœpta complentur. Hanc aũt legem in mũdi animo inſitã: ingenitã ab ipſa dei prouidentia putat: vt idem ſit hic fatũ quod in mente dei eſt puidentia. Anim⁹ eñ mũdi: miniſter eſt dei: quia ea quę puidentia ſanxit: & nouit diligenter exequit: ac cõplet: ac omnis exequẽda miniſtris ſuis. i. ſyderibus: ac demonibus mandat. Quo fit vt lex adminiſtrandi mundi: ſit & in principe deo: & in mundi ſpiritu: ac ſyderibus: hoc omne exprimit Plato: ineuitabiles primo dixit cogitatiões dei. Secũdo legẽ per quã illę cõplentur: & alibi dicit fatũ eẽ ſyderꝝ legẽ: vt onderet puidẽtiã i deo eẽ: fatũ vero in mũdi ſpũ: ac ſyderib⁹. Sępe etiã vniuerſi mẽtẽ fato nuncupãt. Sępe & ipſi⁹ legis executionẽ: ergo apud platonicos ꝗtuor ſignãt fatũ: Mentẽ ipſã cœli: legẽ: ꝗ illi ingenita eſt. Legẽ ꝗ cęteris diis attribuit. Ac deniꝗ executionẽ: quã ſanxit de⁹ prim⁹: quas adminiſtrandas accœperũt ſecũdi. Hęc de Platone. Trimegeſt⁹ aũt primo dedit diffinitionẽ. ꝗ ad ipſius legis tẽporalẽ executionẽ pertinet: dicẽs fatũ eẽ neceſſitatẽ oim ꝗ gerunt: ſemp ſibi catenatis nexib⁹ iunctã. Secũdo appellauit mũdi animũ fati noĩe. & ſimul aliã diffinitionẽ poſuit: ꝗ fatũ: & in mũdi mẽte. & in ceteris diis poſuit: dicit em̃ fatum eſt: aut ſecũdus deus. i. vniuerſitatis animus: aut oim cęleſtiũ terrenoꝝꝗ firmata diuĩs legib⁹ diſciplĩa. i. rõ: & ordo reꝝ adminiſtrãdaꝝ in diis in ſũma dei puidẽtia. Ac idẽ Trimegeſt⁹ tria putat in reb⁹ adminiſtrãdis principatũ tenere his verbis. hęc tria fatũ: neceſſitas: ordo nutu dei effecta ſunt. Prima igit eſt puidẽtia diuina gubernans mundum: a qua gubernanda: mũdi rõ: ſimilis mũdi menti tradita eſt: quã hic fatũ nominat: ab hoc neceſſitatẽ vult oriri. i. rationis huius ineuitabilem executionem. A neceſſitate cenſet ordinem emanare. Hęc autẽ ſunt eius verba. Fatũ: & neceſſitas ambo ſibi inuicẽ indiuiduo nexę ſunt glutino. Fatũ rerũ initia parit: neceſſitas cogit effectũ: ꝗ ex illius primordiis pendet. has ordo cõſequitur. i. textus & diſpoſitio tp̃is rerũ perficiendaꝝ. Nihil eñ eſt ſine ordinis diſpoſitiõe. Eſt igit (eodẽ Trymegeſto teſte) prouidentia reꝝ agẽdarũ in ſũmo principe conſtituta. ab hoc fluit fatũ: lex. ſ. puidentię ſimilis: ſed in mundi ſpiritu inſita: hinc neceſſitas: deindi ordo. Cęteri philoſophi nõ integrã hãc Trymegiſti ſentẽtiã acceperunt: preter Platonẽ. Pythagoras em̃ prouidẽtia mũdũ admiſtrari dixit. Fatũ ãt diffiniẽs: idq̃d ad legẽ et ad legis executioneordinẽ explicuit: ſcribẽs fatũ eẽ eoꝝ quę ſunt per ptes adminiſtrãdo cũ cauſam. Ad idẽ quoꝗ reſpiciens Ariſtotiles: fatũ inqt eſt decretũ cauſaꝝ an tractu ſe inuicem cõtinẽtiũ: Stoici. idẽ pene exprimũt cũ dicũt fatũ eſſe connexã rerũ ſeriẽ: ſiue rõnẽ: per quã mundus adminiſtratur. Democritus autẽ Heraclit⁹ Empedocles xenophanes: & Melliſſus ſolã neceſſitatẽ in fati diffinitione poſuerũt: dicũt enim fatũ eſſe euentũ ineuitabilem: ac neceſſariũ. Boetius autẽ ſolã executiõis cõnexionẽ poſuit. Fatum em̃ ait: Eſt inhęrens reb⁹ mobilibus diſpoſitio: per quã diuina prouidẽtia ſuis queꝗ nectit ordinibus. hęc fortaſſe dum breuitati ſtudeo: obſcuri⁹ ꝗ par erat reuli. Sed inuenies apud Marſilium noſtrum vicinũ: & hęc & plurima alia enodatius explicatiuſꝗ ſcripta:

Deſine fata deum flecti ſperare precando:
Sed cape dicta memor: duri ſolatia caſus:
Nam tua finitimi longe lateꝗ per vrbes
Prodigiis acti cœleſtibus oſſa piabunt:
Et ſtatuent tumulũ: & tumulo ſolẽnia mittẽt:
Aeternũmꝗ locus palinuri nomen habebit.
His dictis curę emotę: pulſuſꝗ parumper
Corde dolor triſti: gaudet cognomine terra.
¶ Ergo iter inceptũ pagũt: fluuioꝗ ppinqnt.
Nauita ꝗs iã inde vt ſtygia pſpexit ab vnda

s Memor. C. quaſi diceret: quę te nõ fallent: nam qui narrat: non iubet memorię mandari: quę non credat futura: ne aliqñ mendatio argui poſſit. t Duri. S. impoſſibilis ad mutationẽ. v Longe lateꝗ. S. de hyſtoria eſt Lucanis em̃ peſte laborantibus reſpondit oraculũ: manes palinuri eſſe placandos: quãobrem haud procul a velia: & nemus ei dederũt: & cœnotaphiũ. x Prodigiis cœleſtib⁹. S. & peſtilentiã & oraculũ cõpẽdioſe tangit. C. Cœleſtib⁹. q. d. quę a te nõ ſũt cõtemnẽda: ergo nõ eſt dubitandũ qui exequatur. y Piabunt. S. expiabunt placabunt.

b Iacet extra sy. tellus. S. Nulla est tell⁹ q̃ nõ sub iaceat syderib⁹: vñ perite addidit: Extra anni solisq; &c. c Extra anni solisq; vias. S. vt ostẽderet xii. signa: in qbus est circulus solis: significat aũt Maurorũ Aethiopiã: vbi est Athlas: de qua ait Lucanus: Aethiopũq; solũ: quod nõ p̃meret ab vlla signiferi regiõe poli nisi poplite lapso vltia curuati p̃cederet vngula tauri. D. Anni et solis. Annũ p̃ nocte: solẽ pro luce posuit. Vult ergo aliquid vlterius Saturnus qui etiam Poeta: qd̃ sol nesciat & mũd⁹ excludat. Ergo meli⁹ Cęsar: qui ad tm̃ spacium imperium proferet q̃ in sola regnauit italia. CRISTO. Extra anni solisq;. i. extra zodiaci circulũ: p quẽ est via solis: a q̃ cõficit ann⁹: sed nulla ps terrę est q̃ exrra zodiacũ sit. Ergo extra. i. pene extra qd̃ euenit ęthiopię Maurorũ: vt docet Ser. d Torquet. S. sustinet. e Aptũ. S. vicinũ: vt dixim⁹. s. f Iã nunc et cas. reg. S. fines Assyriorũ in qbus sunt portę caspię. Q; autẽ dicit: verũ est. Nã & Suetoni⁹ ait in vita cęsaris: respõsa esse data p totũ orbẽ: nasci inuictũ imperatorẽ. g Responsis. C. Nã et qntiliã⁹ ĩ tertio lib. in de laudib⁹ hoim: etiã oracula põit. h Meotica tel. SE. Scythica tellus: cui⁹ palus est meotis. C. Meotica. Scythia a meoti palude. i Septem ge. S. septemflui. C. Septẽ ge. nili. Qui erumpit in mare p septẽ hostia. Nilus mediũ ęgyptum secans vsq; ad cercasorũ vrbẽ vnus fluit. Deĩn in tres ptes diuidit: quaȝ vna versus aurorã fert: quod os Pelusiũ vocat. Altera ad Hesperum vergens: os canopicũ dr̃. Media vero q̃ recto cursu fluit eã ęgypti partẽ intersecat: quã deltam vocant. Dicit autẽ os sebeniticum: hoc aũt ñ natura: sed regũ opa ĩ pl̃a ora diuisum est. Nã hoc saiticicum: illud mendesiũ: aliud molbitinum & bucolitum dicitur.

k Turbant. S. turbant. l Nec vero alcides. D. Nunc cõparat illũ Herculi: deĩn libero pr̃i: qui ambo pl̃ima loca superarũt: Laudat ergo alios: vt potiorẽ Cęsarẽ faciat. Sic assentator ille Terentian⁹ Gnato: cum dictũ esset. Magnas vero gr̃as Thais mihi: R̃ndit: Ingentes: vt cõfirmatiõe audentius assentatiõe superaret: nã si magnas rñdisset ñ p̃merebat patronũ. ¶ Alcides. Optime cõparatõe illum extollit. Nã ait Cice. Est & cum cęteris p̃stantib⁹ viris compatio in laudatione pręclara.

Secula: quę rursus latio regnata per arua
Saturno q̃ndã: superet garamãtas ad indos:
proferet imperiũ: iacet extra sydera tellus:
Extra anni: solisq; vias: vbi celifer atlas
Axem humero torquet stellis ardentib⁹ aptũ.
Huius in aduentũ iam nunc & caspia regna
Responsis horrent diuũ: et meotica tellus:
Et septem gemini turbant trepida hostia nili.
Nec vero alcides tantum telluris obiuit:
Fixerit æripedem ceruã licet: aut erymanthi
placarit nemora: & lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber: agens celso Nysę de vertice tygres.
Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis.
Aut metus ausonia prohibet consistere terra.
Quis procul ille autem ramis insignis oliuę

m Fixerit aeripedem ceruam. SER. Pro aeripedẽ vicit autẽ cerintim ceruã dictã a loco. Fixerit autẽ strauerit: delassauerit. C. Ceruam. Hęc in menalo monte fuit ęreis pedibus & aureis cornib⁹: et oĩno velocissima: quã tñ cursu supauit hercules. Volunt ceruã pro metu positam: quã Hercules. i. vir fortis omnino superat.

n Erymanthi. S. Mons Archadię: in q̃ aper ferocissimus fuit. C. Erymãthus est mõs ĩ Archadia in q̃ Hercules aprum domuit: ⁊ viuũ ad Euristheum detulit o Lernã tre. ar. S. pro hydra paludẽ ipsam posuit: & intelligamus eã añ sagittis fuisse cõfixã: post exectam: & adultã. p Liber agens ce. Nysę. C. Nõ boeticus: sed egypti⁹: qui auctore Eusebio regnante danao floruit: et in India vrbẽ Nysam condidit anno mũdi vigesimonono sup tria milia et septigentos. Idem affirmat Stra. Curtius aũt hãc ab Alexandro obsessam: & tandẽ sese Nyseos illi dedidisse: seq; a libero conditos affirmasse refert. Est hęc vrbs sita in radicibus montis: quẽ Moronẽ appellãt. Et quia meron grece femur significat: fortasse fabulati sunt poetę: Bacchum añ tẽpus e mr̃is vtero eductum: femori Iouis assutum fuisse: quãuis ego hoc figmentum ad rem physicã: vt alibi dixi: libẽtius retulerim. Diodorus p̃terea scribit Bacchũ a nymphis apud Nysam Arabię vrbem nutritum fuisse: & a Nysa et Ioue patre: quẽ gręci dia appellant: vocatũ esse Dionysum. Est et tertia Nysa in Helicone boetię monte: vt refert Strabo.

q Nysę de vertice tygres. S. mons est indię: de quo loquitur. Cęterum est & Nysę ciuitas in monte Parnasso. In q̃ liber colitur: vnde nyseus dictus est.

r Et dubitamus. SER. pro dubitas. miscuit personam suam. Est autem sensus: cum sit tanta pręparata posteritas: dubitas virtutem factis extendere: id est gloriam. D. Et dubitamus. Fuit ornamenti quo impelleret filium: ne frangeretur tarditate veniendi. s Aut metus. S. aut est aliquis timor: qui te a regnis Italię reuocet. t Quis procul il. ãt ra. S. Nunc redit ad Romãos reges: q septẽ fuerunt. Romulus: Numa Pompili⁹: Tullus Hostilius: Ancus Marcus. Tarqn⁹ priscus: Serui⁹ Tullus: Tarqu⁹ supb⁹. Mira ãt vti fantasia: vt q̃si oñdat se ñ agnoscere eũ q de gẽte Romana ñ fuerat. Romulo ei mortuo cũ anno senatus regnasset p decurias: tediosũ visũ est: & q̃situs est rex: Sed cũ in vrbe nullus idone⁹ esset inuentus: orta est bona

Sacra ferens: nosco crines: incanaq; menta
Regis romani: primam qui legibus vrbem
Fundabit: curibus paruis: & paupere terra
Missus ĩ imperiũ magnũ: cui deinde subibit
Otia qui rumpet patrie: residesq; mouebit
Tullus ĩ arma viros: & iam desueta triũphis
Agmina: quẽ iuxta sequit̃ iactantior Ancus:
Nunc q3 iam nimiũ gaudẽs popularib9 auris.
Vis & tarquinos reges: animamq; superbam:
Vltoris bruti fascesq; videre receptos:

Pompilii fama q; esset apud Cures ciuitatẽ Sabinorũ: Rogatus itaq; p legatos: accepit impiũ: q ferotiam ppli a bellis ad sacra contulit. Vñ etiam numa dict9 est. ἀπὸ τῶν νόμων. Hic etiam can9 fuit a prima etate: ad q̊d alludẽs ait: Incanaq; mẽta. Item pter sacerdotiũ. Ramis insignis oliue. D. Quis procul ꝛc. Multa dat signa: vt cognoscat̃ in multitudie. Magna aũt laus: vt p modicas vires ad magnũ tendit imperiũ. v Incanaq; menta CR. Numam Pompiliũ notat: qui Curib9 vrbe Sabinoꝝ oriũdus omi religione & pietate prudẽtiaq; & iustciaq; singlis adeo insignis fuit: vt sequẽtia secta illũ Pythagore discipulũ: q Tullo regnante fuit crediderint: sed fuit nõ tã artib9 pegrinis instruct9 q; disciplina tetrica: ac tristi veterũ Sabinoꝝ. Pplm ad studia pacis trãstulit: & vt illũ sub metu religiõis contineret multa sacra inuenit: que fingebat a nympha egeria accipe: annũ ad cursũ Lune. xii. mensib9 fiunt Ioui Marti: & Quirino flãmines instituit. virgines veste legit: duodecim salios Marti instituit: qui ancilia ferrent. Lucũ in q̊ cũ Egeria sine tabitris loq̃ fingebat musis dicauit. In eodẽ luco soli fidei sacrariũ statuit: in q̃ mãu ad digitos inuoluta sacrificabat̃: Regnauit annis. xliii. cũ vixisset supra octogita, dissolutusq; est senectute pmanente eodem ingenio donec fuit in vita q̊ olim fuerat: fuit lex Nume. Q3 si pater filio vxorẽ ducere pmitteret: et nõ amplius hr̃et ptãtem filii vendendi. Cum Romuli lex potestatẽ patri in filiũ p omẽ tempus concederet verberandi: vendẽdi: et occidendi: vt ait Dionysi9 halicar. Tullus hostilius originẽ duxit ex medulla vrbe olim condita ab Albanis. Sed Romul9 illã fœdere suscipiẽs Coloniã Romanorũ fecit. In hac fuit nobilitate & diuitiis insignis Tull9 qui Romã cõmigrãs: vxorẽ duxit seruili filiã Sabinã mulierem: que gentilib9 fœminis psuasit: vt inter viros et patres de concordia ageretur. Hic igit̃ sub Romulo fortiter dimicans: in bello Sabino extinct9 est. Ex eo relict9 filius Tullum hũc regẽ genuit: qui fuit vir pmpt9 & alacer. Rex est factus secundo ãno septime et vigesime Olympiadis. Fuit pter ceteros liberalis. Nã quicq̃d agri Romul9 bello Sabino susceperat: & numa: eius fructus in rẽ diuinã: et domesticũ sumptũ cõuertebat. Tullus his duibus q nullã sortẽ habebãt diuidi iussit: pr̃na hereditate ad id sibi sufficiente. Extinctus est cũ regnasset annos duos ac triginta absumptus cũ vniuersa familia igne: q̊ dom9 sua inuoluta cõflagrauit: siue id dolo Antius Martius parauerit: dolens filios Tulli in regno successuros: cũ ipse ex9 filia Nume nepos priuatus degeret: siue q̊d magis credidit Dionysi9 halicar. Fulmẽ domũ pcusserit: Marcus cognomine Ancus successit Tullo: ãno scd̃o trigesime q̃rte Olympiadis: qui pleraq; sacra a Numa auo materno instituta cũ illa neglecta uideret reuocauit: & cultores agrorũ pp̃t opulentiã negligentiores animaduertens: ad antiquã diligentiã cõpulit. eademq; pacis cupiditas fuit: q̃ fuerat Nume: sed nõ eadẽ fortuna. Nã et latini et sabini sepius eum inuadentes ad bellũ compulerũt. Quapropter sua sapientia ac fortitudine mltos debellauit. et mira quadã clemẽtia victos seruauit: et nõnullos pplos Romã traduxit: illisq; locũ in vrbe habitandũ tradidit: Regnauit ãnis quatuor ac. xx. vrbem relinq̃ns potentiorẽ q; inuenit. Successitq; Tarqnus: huic pr̃ fuerat Damaratus corinthi9 ex brachiadum familia. Hic cum naui oneraria propriis mercibus onusta: in Etruriã venit: fœliciq; vtens mercatura: et Etrustorũ in greciam: & grecorũ in Italiã transferẽs merces: ad sũmas diuitias pueit: et cũ tyrãnis Cipseli Brachadũ factiõi instaret: patriã pp̃ter metũ oĩno reliq̃t: & Tarquiniis vrbe Etrurie opulẽta domiciliũ cõstituit. Suscepit duos filios q̊s etruscis noĩbus appellãs: alterũ Aruntẽ: alterũ Lucumonẽ nũcupauit: & greca Etruscaq; disciplina erudiuit: Sed mortuo Demarato atq; Arunte: sol9 Lucumo patrimoniũ accepit. Et cum in ea vrbe (quia peregrinus eẽt) maiorib9 honorib9 nõ dignaret̃: audiretq; rome etiã externis honores dari: illuc cõtendit: maxie adhortãte Tanaquille ei9 vxore: q̃ Etrusca disciplina ĩbuta: maxĩos illuc honores illũ assecutorũ esse p̃dixit. Romeq; ciuis fact9: sibi p lucumone Luciũ nomẽ ipbsuit. Et Tarqnũ ab vrbe vñ venerat cognoĩauit. Hic Anco successit: Multaq; egregia domi: militieq; facinora edidit. Octogenari9 ãt fact9: ab Anci filiis dolose occiditur.

x Otia q rũ: pa. S. De hoc Liui9. Hic ñ solũ pxĩmo regi dissimil: sed ferocior etiã q; Romul9 fuit. y Resides. S. otiosos: nimiũ sedẽtes. z Desueta. S. a cõsuetudie triumphandi dissuescentia. a Iactantior An. S. amans ppli fauorẽ. Hic hostiã fecit. Ancus ãt dictus. ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος. id est a cubito: quẽ incuruũ habuisse dr̃. DONAT. Iactantior. Iactat se q̃sq̃s plimũ sibi arrogat. b Auris. S. fauorib9. Vñ etiã Aurarii dicũt̃ fautores. D. Popularibus auris. Hi sunt fautores ppli q̊s nõ q̃runt sapientes. c Vis et tar. re. aĩam sup. S. V. n9 eñi de Targnis fuit superbus. d Vltoris bruti. S. sc3 vis videre fascesq; receptos: Historia ãt hoc h3. Targni9. ob multa q̃dẽ supb9 ẽ dict9: p̃cipue tñ ob hanc cãm. Mãdauit aliq̃ñ sexto filio q minim9 ex tribus erat: vt pr̃is in se seuitiã intolerabilẽ conq̃rens Gabios trãsfugeret: q̊ cũ venisset: & supbiã pr̃is ab alienis ĩ suos versã diceret: nihil vsq; sibi tutũ: nisi apud hostẽ Tarqni pr̃is credidisset: multisq; ĩ Gabinoꝝ fraudẽ simulatq;: dux ad vltimũ belli cõtra prẽm legit̃. Itaq; p̃luis q̃busdã fœliciter gestis: cũ tãtã charitatẽ ab oĩbus adept9 foret: vt nõ pr̃ Targni9 potentior Rome q; filius Gabiis esset: Satis iam viriũ ad conatus sibi collectũ existimans: ex suis vnũ satellitẽ sciscitatũ ad patrẽ Romã mittit: q̃d iam se facere vellet: q̊d cũ Tarquino sateles renũciasset: rex ip se: quia dubie fidei nũti9 videbat̃: nihil voce rñdit. sed deambulãs cũ virga in hortis: velut deliberabund9: capita decussit papauerũ: vt ea re p satellitẽ renunciata filius quid fieri vellet cognosceret: & primores ciuitatis q̊ quo modo interimeret. quod et ab eo factũ ẽ. Hui9 filius vitiauit nobilissimã matronã Lucretiã: q̊d illa dolens: se interemit. Tunc eius auũculus Brutus rapto ex eius corpe gladio: processit ad populũ: & de hac re contionatus est: tunc omnibus placuit ne reciperetur rex: qui tũc ardeam expugnabat. Quo facto, Targnus se cum filiis ad Porsenam regem Thuscie contulit: & bellũ gessit grauissimum contra populum Romanũ: tunc duo creati sunt Cõsules: Brutus et Tricipitinus pater Lucretie. Iste & Tarquinus dicebat̃: ob quod solũ est vrbe pulsus: & in eius loco subrogatus est Valerius publicola. Quo mortuo item alter est factus: & alter. Q̃d cernens tediosum esse Virgili9: solũ Brutum posuit: qui annũ solus impleuit. Sed Bruti filii erãt amici filiis Tarquini: cum quibus cũ iniuissent consilium: vt per noctem eos intromitterent: proditi sunt

Cōsulis imperiū hic primus: sęuasq; secures
Accipiet: natosq; pater noua bella mouētes
Ad pœnam: pulchra pro libertate vocabit:
Infœlix: vtcunq; ferent ea facta minores:
Vincit amor patrię: laudūq; immēsa cupido.
Quin decios: drusosq; procul: sęuūq; securi
Aspice torquatū: & referentē signa camillum.
Ille autem paribus quas fulgere cernis ī armis
Concordes animę nunc: et dū nocte p̄munt:
Heu quantū inter se bellum: si lumina vitę
Attigerint: quantas acies stragemq; ciebūt.

a seruo vinditio: & a patre interempti sunt. Iō ergo victoris. scilicet & libertatis publicę: & Lucretię pudoris.
e Sęuasq; secures. S. Quę etiā sęuierūt cōtra liberos. D. Sęuasq; secures. Infœlix q̄uis ob cōmodū publicū te laudent: tamē infœlix eris propter natos cęsos. C. Secures. Fasces virgarū in q̄bus inclusę essent secures. Fiebāt aūt fasces ex Betulia gallica arbore cādidissima. Sed et in hoc loco quid de insignib⁹ magistratuū sentiat Dionysi⁹ halicarnaseus breuiter aperiā: Victis a Tarquino Ethruscis eo bello: q̄d nouē annis cū illis gessit. q̄uis illos liberos reliq̄rit: tamē ipsi tanq̄ victi insignia eorū principatus regi attulerūt. quib⁹ ipsi suos reges adornabant. coronā auream. Sellam eburneā. sceptrū hñs supra caput aquilā. Tunicā purpureā cum signis aureis. Amictū purpureū variū: quales lydorū Persarūq; reges ferebāt. preterq̄ q̄ nō sunt figura quadrangulari: vt sunt illi sed semicirculari. Talia aūt vestimēta Romāi togas: greci thebanum vocāt. Tulerūt etiā vt q̄busdā hystoricis placet duodeci secures: q̄ ex vrbib⁹ singul' singlas sumebāt. Mos ei erat Etruscis vnicuiq; regi lictorē vnū anteire: fascē virgarum in q̄ inclusa esset securis ferentem. Si vero fieret cōmunis oīm ciuitatū exercit⁹ xii. illas securesvni illi tradebant: qui dux factus esset omniū copiarū. Alii dicunt: alios quoq; reges Romanos antea duodecim lictoribus fasces ferētib⁹ ornatos incessisse: Moremq; hūc Romulū instituisse. Tamen nihil prohibet insignia fuisse Etruscorū: & ea sil' cū reliqs tūc fuisse ad Tarquinū lata. Sed nūc quoq; sceptro et Diademata Romani donāt reges: cum volunt illos cōfirmare. Hęc igit' accipiens Tarqnus cognitionē ei⁹ rei reiecit ad senatū & ad pp̄lm. At illi decreuerūt illa esse accipienda. Sicq; et ipsi et reliq post eū reges coronam tulerūt aureā: & vestem purpureā pictam: et sceptrū eburneū astantib⁹. xii. lictoribus: qui etiā illos euntes ante ibant: et in sella sedebant eburnea ius dicturi. idē mos & consulibus: p̄ter coronā aureā: et vestem purpureā pictā: Hęc ei vt res inuidiosa ablata sūt illis: nisi cū victores triūphabant. Hęc Diony. At Macrobi⁹ refert Tullū hostiliū tertiū Romanorū regem debellatis Etruscis Sellā curulē. lictores togam pictā et p̄textā insignia magistratuum Etruscorū ad Romāos transtulisse: sed p̄textā illo tp̄e puerilem ętatē nō vsurpasse. Sed Tarqnū priscū cū Sabinos superassz: filiū q̄tuordecim ānos natū q̄m in hostē pcussisset: & pro contiōe laudasse: & bulla aurea q̄ gestamen prius triūphantiū erat: et p̄texta q̄ sola magistrat⁹ vtebātur insignisse. In bulla em̄ triūphantes gestabāt inclusa remedia contra inuidiā valdissima: Hinc mos fuit vt p̄texta & bulla pueri vterent'. Alii dicūt Tarquinū instituisse ad ornatū ingenuorū puerorum: vt pueri pretexta: & bulla vterentur: sed hi dumtaxat: quorum patres curulē magistratum gesserant. Cęteris aūt vsq; ad eos: quorum patres equo iusta stipendia meruissent: sola pretexta concessa est. Libertinis & peregrinis vti p̄texta nō licebat. Deinde cum in secundo bello punico institutū esset: vt in eo sacrificio: q̄d ex collatis pecuniis faciundū esset libertinę quoq;: sed illę solę: q̄ longa vestē vterentur: pecuniā conferrent: concessum est vt libertinorū filii; qui ex iusta matre concepti essent: prętexta vterent': & lorum pro bulla in collo ferrent.
f Natos. CRI. L. Iunius Brutus filios habuit Tytum et Tyberiū: hos Brutus ex vxore sua furore vitelliorū sustulerat. Sed cū vitellii contra rempublicam de reducendis regibus: sua auctoritate filios Bruti: quibus auunculi erant in eandē coniurationē traxerūt: Mox coniuratiōe per seruum patefacta: Brutus qui tunc consul erat filios: ac reliquos coniuratos verberibus cędi: & securi percuti iussit.
g Pulchra pro libertate. SER. Ingenti arte loquit' consideratione p̄sonarū: factū enim laudat dicens: Pulchra pro libertate. p̄sonā vituperat: vt cunq; ea facta minores: etiā si laudet is a posteris nō extorq̄re debet vim naturę amor patrię.
h Infœlix. C. Infœlix fuit q̄dem dign⁹ laude Brutus: qui patrię libertatē filiis proposuerit. Sed et si vir optimus: tamē infœlix q̄ in eā calamitatē inciderit: vt filios necare coact⁹ sit. Ergo hominis virtutē laudat: fortunā vituperat.
i Quin decios. S. quinimo. Decios respice. Hi duo fuerūt q̄ mures' dicti sunt pater et filius. Horū alter se bello gallico: alter Samnitico vouit pro republica: cum terra et mari vniuersum bello vellēt exercitū perdere.
k Drusosq;. SER. Hi duo fuerunt. Horum prior vicit Hasdrubalem. Alter filius Iulię sororis Augusti. CRIST. Drusos. Drusum intelligit: qui scordiscos gentē Thratię effrenatā repssit: potiusq; eū, qui in promulgatiōe legis agrarię magna incendia belli ciuilis relinquit.
l Sęuūq; securi: aspice. S. Hic gallum quendā singulari certamine superauit: & eius sibi torquem imposuit: vnde et nomen accepit. Hic ad vrbē pergens: p̄cepit filio: ut tantū castra tueret'. Ille nacta occasiōe victoriam cōsecutus est. Reuersus postea pater laudauit fortunam populi Ro. sed filium (vt dicit Liuius) fustuario necauit. Sęuum ergo iure occidendi: non ferri genere: Nam securi nō animaduertit in filiū.
m Torquatū: CRI. Erat bellū cū latinis graue et periculosum quippe: cū et mores et arma et virtus cū Romanis par esset. Consules edixerant: ne quis extra ordinē pugnaret. Tytus aūt Mallius consulis filius a Metio equite Tusculano ad singulare certamen prouocatus: siue pudore: siue ira recusare prohibitus accessit ac superauit. Māltus aūt consul in contione: quando inquit Māli spreto cōsulari imperio eo me impulisti: vt aut meorū: aut reipub. obliuiscendū sit nos potius delicto nr̄o plectamur: q̄ā respub. suo damno nostra pctā luat. Triste exemplū: sed in posterū salubre iuuētuti erim⁹: deinde securi pcuti filiū iussit. Ait Liui⁹ in. viii.
n Referentē signa ca. S. Brenno duce Galli apud Alliam fluuiū deletis legiōibus euerterunt vrbē Romanā: absq; capitolio: p̄q̄ imēsam pecuniā acceperūt. tūc Camillus absens dictator ē fact⁹: cū diu eēt apd Ardeā i exilio p̄pter veientanā p̄dā nō ęquo iure diuisam: et Gallos iā abeūtes secutus est: quib⁹ interemptis aurū oēe recepit. Post hoc tn̄ factū: rediit in exiliū: vnde rogatus reuersus est.
o Fulgere. s. ab eo q̄d est fulgo fulgis accentū i prima.
p Et dū nocte p̄munt. S. Bene allusit: Nam dum pauperes fuerūt: concordes manserūt: et concordiā in humilitate tenuerunt: cū nobilitate vero in bella venerūt.

Aggeribus socer alpinis atq; arce monęci
Descendens: gener aduersis instructus eois.
Ne pueri ne tanta animis assuescite bella:
Neu patrię validas in viscera vertite vires.
Tuq; prior tu parce: genus qui ducis olympo:
Proiice tela manu sanguis meus.
Ille triumphata capitolia ad alta corynthо
Victor aget currum: cęsis insignis achiuis.
Eruet ille argos: agamēnoniasq; mycenas:
Ipsumq; Aeacidē genus armipotentis achilli:
Vltus auos troię: tēpla & temerata Mineruę.
Quis te magne Cato tacitū: aut te Cosse reliqt:
Quis Gracchi gen⁹: aut geīnos duo fulmia belli
Scipiades: cladem libyę: paruoq; potentem

q Aggeribus socer alpinis atq; S. munimentis alpium: Hęc em italię murorū exhibent vicem. Socer vero quia Pō peius habuit Iuliā filiam Cęsaris: quę in partu periit. vñ isti etiā facile in bella venerūt. Vnde Luca. Morte tua discussa fides belliq; mouere permissum est ducib⁹: r Arce mo nęci. S. de lyguria. vbi est portus Monœci Herculis. Dictus aūt μονοικος vel q pulsis omnibus illic solus habi tauit: vl' q in eius templo nunq; aliquis deorū simul colit: Sic in vt Iouis Minerua: et Iuno: In Venerę Cupido. s Ad uersis Eois. SERVI. ori entis em auxiliis vsus est t Pueri. D. Nam quisqs cū nascitur puer est: tanq; autē optimus pater recte consulit posteris: eo q sa pienter admonet v Assuescite bel. S. Mo re dictū est: ab ipsis enim quasi consuetudinem fe cit populus roman⁹ bel lorū ciuiliū. Octies em ge sta sunt. Ter a Cęsare con tra Pompeiū in Thessalia. Item contra eius filiū ma gnū in hyspania. Item cō tra Iubam & Catonē in affrica. mortuo Cęsare ab Augusto contra Cassiū: & Brutū in philippicis ci uitate Thessalię. Cōtra Lu ciū Antoniū perusii. Con tra Marcum Antonium: & Cleopatrā in Epyro: et Sex. Pōpeiū in Sycilia. x Tuq; prior tu par. S. Cęsari dicit quē clementē circa Pompeiāos legim⁹: cui vult hoc tunc esse mā datum. y Ille trium phata. S. Mumiū signifi cat. C. Triumphata Mu miū intelligit. hic cū Ache is: et Boetis: & Chalcidē sibus pugnās ad Isthmū vicit: totāq; achaiā ī potestatē Po. Ro redegit. Corynthū ex sena. cō. diruit: qa ibi romanorū legati violati fuerant. Thebas: quoq; & Chalciden: quia auxilio Acheis fuerunt di ruit. vir adeo abstinens: vt ex tot opibus ornamētisq; quę prędiues Corinthus habuit: nihil sibi sumpserit. In triūpho suo magnā vim signorū ęreorū. ac marmoreorū: ac pictarū tabularū tulit. z Ipsumq; æacidem. S. Necesse est: vt ille subaudiamus. Pyrrhū enim quē Aeacidem dicit. Curius & Fabricius uicerunt ferentē tarentinis auxiliū. Hic postea fugit in Gręciā: & illic occisus est. Nam cū Argos obsideret ictu tegulę periit. Argos vero. & Mycenas alii vicerunt. C. Aeacidem. Aeacus. auctor huius familię fuit Iouis filius ex Aegina Asopi filia. Isti igitur Peleū genuerūt: & ipe Ach illem sūmis laudibus ab Homero celebratum. Ex hoc na tus est Pyrrhus: qui & Neoptolem⁹ est appellatus. Ex ea dem familia lōga successione natus est Pyrrhus Epirotarū rex. Iginius tñ in hoc loco remouendū censuit. Eruet ille ar gos: si sequit ipsumq; Aeacidem. Nam & in illo posset esse causa: q L. Mumi⁹ qui vicit Achaiā vicisset argos & My cenas eiusdē ditionis vrbes. Sed hoc ipsumq; Aeacidē delē dū est. Et si superuixisset Virgilius deleuisset: quia nullo pa cto conuenit L. Mumii cū ętate curii. Sed quęso cur non po test sic legi ille triumphata s. Nam L. Mumi⁹. deinde cum dicit ipsūq; Aeacidem intellegam⁹ ille alius. s. Curius. Nā multo obscurior est in Bucc. quid loquar aut scyllā: nisi: an aliā scyllā q fama secuta est. a Armipotētis. C Nā Ho merus illum omniū grecorū fortissimum scribit. b Vl tus auos. S, aut distinguendū est; vt sit Troię Mineruę pro troianę: principale pro deriuatiuo. Aut certe auos troię non quos Troia habuit auos. sed qui de Troia fuerunt. i. auos troianorum. DO. Vltus auos troię. vehementer reficit ani mū filii interitū gretię: & vltionē troię pmittens. Atq; hęc mirantibus addit. transitus quidā: ne vna & continua nar ratio tediosa sit. Hinc em generibus varietas nascitur: & q si noua initia aliarum narrationū fiunt. c Magne Ca to. S. Censorinū dicit qui scripsit hystorias multas: & etiā multa bella confecit. Nam vticensem presente Augusto cō tra quē pater eius dimica uit: et iq; anthicathōes scri psit laudare non poterat. Supra aūt Mineruę tem pla temerata per stuprū Cassandre dicit. CRI. Ma gne Cato. Si de cęsornio loquitur iure magnū ap pellat. Nā sententia omni um tribus maximis reb⁹ excelluit Maxim⁹ em ora tor: maximus imperator: maximus senator fuit. In uidia inimicorū quater ac quadragies accusat⁹: semp absolutus est. hic Tusculi natus fuit: & in ciuitatē receptus principiū portię familię prestitit. Duas ha buit vxores. Ex prima hā buit filiū qui pretor desi gnatus: viuo patre mortu us est: & egregios de iuris disciplina libros reliquit: Huius filius fuit M. Cato cognominatus M. nepos orator satis vehemēs. et cū Q. Martio rege in aphrica defunctus est. Qui & fili um habuit: qui edilis: et p tor fact⁹: in gallia Narbo nensi est defunctus. Ex se cūda vxore q̄ soloni: cliētis sui filia fuit: duos sustulit filios L et M catōes ex M. Catotone nat⁹ est M. cato vticensis oīm virtutū exemplar: cuius filius M. cato cū Bruto in prœlio philippensi occisus ē. Portia familia (vt apparet ī nono macedonici belli libro) plebeia erat. d Cosse reliquat. S. Cossus Tribunus mili taris fuit. Hic Larē Tholomiū a loco dictū occidit: et opia spolia reportauit. Erit aūt nominatiuus: hic lar: hui⁹ lartis. e Quis gracchi genus. S. Gracchos seditiosos constat fuis se: nobiles tñ genere. Nāq; per Corneliā nepotes Scipiōis af fricani: vnde Iuue. ad eā. Tolle tuū precor Hanibalem victū q syphacem. Ergo Scipiones dicit per Gracchi genus. Duo aūt fuerūt maior affricanus et Emilius minor: qui obsidio ne Carthaginis: ab Italia reuocauit Hanibalem. C. Gracchi. T Gracchus bis consul: bis triumphator: bis cēsor. Corne liā affricani maioris filiā vxorem habuit: quā adeo dilexit: vt eius salutem suę proposuerit. et ipsa eo mortuo nuptias Ptolomei Aegyptiorū regis cōtempsit T. et. C Gracchos filios oratores excellentissimos reddidit. In Tito aspectu: et ingenio humanitas apparuit. C. asper et pcitatus fuit: Am bo q̄uis diuersis tēmporibus cū agrariā legem aduersante senatu ferre tentarent cęsi sunt. f Scipiadas. S. Hi gemi ni fratres fuerunt: qui cū fortissime dimicarent: in hyspania apud Carthaginē nouam: quę Spartaria dicit interempti sunt: quorū alter pater: alter patruus Scipionis Affricani ma ioris fuerunt. C. Scipiadas. Patronymicū pro nomine pro prio posuit metri causa. Nā Scipiones nō recipit hexame ter versus. Sic Lucre. Scipiadas belli fulmē Carthaginis hor ror. fuerunt hi gemini fratres. s. Cn. Cornelius Scipio: Corne lius scipio quoq; P consul ad Ticiniū flumē cū Hanibale for

Fabriciū: vel te sulco Serrane serentem:
Quo fessum rapitis fabii: tu maximus ille es:
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alii spirantia mollius æra:
Credo equidē viuos ducent de marmore vult9:
Orabunt causas melius: cœliq3 meatus
Describent radio: & surgentia sydera dicent:
Tu regere imperio populos romane memento:
He tibi erunt artes: paciq3 imponere morem:
parcere subiectis: et debellare superbos:

titer dimicādo vulneratus: ab adolescente filio qui africanus maior fuit: a mortis periculo liberat9 est. Hi ambo in hyspania Hasdrubale Hanibalis fratre ꝓfligato afrorū milia .xxv. occidere. decem vero milia cepere postremo insidiis Afrorū oppressi: eodem die ambo periere. Sed Cn. filius fuit Cn. Cornelii scipio Nasica qui senatus totius iudici optimus iudicatus est. Et in hyspania quinquaginta rebellātium opida imperio restituit. Lusitanos atie vicit: Cū bois bellum gessit: quorū .xxv. milia prostrauit. Dalmaticos repressit. Publii filii duo fuerūt P. Scipio Affricanus: Et L. Scipio Asiatic9 Publius vt dixi patrem liberauit. Hasdrubalē hyspania pepulit. Inde Carthaginē vicit. hic filios duos habuit. Alterū ita a patre degenerātem: vt vecordia et amentia monstro similis fuerit. Alterū Publiū scilicet corpore imbecillē: animo vero prestantissimū: qui filiis carēs: Aemiliū Pauli Aemilii filiū adoptauit. qui Scipio Affricanus minor est cognominatus: qui Celtiberos: vacceos: et cātabros vicit. Carthaginem euertit. Postremo in hyspaniā reuersus ꝓfectus numantiā sustulit L. aūt Scipio sup̱ioris affricani frater primus vi vltra Hellespontū in Asiam traiecit: Antiochū vno & insigni prœlio sup̱auit: & q̄nquagita hominū milib9 cesis. Asiā romano imperio adiecit.

¶ Cosse. æmilius Mamercus dictator: veheientes fidenates: & faliscos iuxta fidenas prœlio vicit: vbi Aulus Corneli9 Cassius vir nobilis: & corporis ꝛ animi fortitudine excellens animiaduertens regem Tolunniū cum equitibus omnem pugnā sustinere: cicato equo eū percussit: & ad terram deiecit: ac mox ipse desiliens vulneribus cōfecit: caputq3 ei9 abscissum: & pilo affixum per agmen circum ferens: regiis spoliis insignē terrorē hostibus: suis vero animū auxit: Itaq3 spolia opima in templū Iouis feretrii iuxta spolia Romuli fixit. Erat tunc Cassius tribunus militum: vt reliqui auctores ante Liuiū ponūt. Verū cū spolia opima non sint: nisi que dux duci detraxit: credit ip̄e illum Cōsulē fuisse. Referteq3 Augustū cū templū vetustate prolapsū restauraret: affirmasse se in torace linthei inuenisse titulū consulis.

g Cladē libye. Scipiones affricanos duos maiorē & minorem: quorū alter vicit Carthaginem: alter deleuit.

h Fabriciū. S. paupertate gloriosum. hic est qui respondit legatis samnitū aurū sibi afferentibus: Romanos non aurū habere velle: sed habentibus aurū imperare. i Serrane serentē. S. Attilius quidam senator fuit: qui cū agrum suū coleret: euocatus propter virtutē meruit dictaturā. Seranus aūt a serendo dictus est. CRI. Serrane. Sunt qui intelligāt de Attilio serano: q̄m serenti dati sunt populi Romani honores. Alii putant de L. Quintio Cincinnato hec dici: quem a serendo seranū appellat. Ruperant Equi fœdus: & Graccho cloelio duce Lauiniū & tusculanū agrū inuaserant: & in algido Minutiū consulē obsidebant. Erat L. Quinti9 Cincinatus: qui trans tyberim: vbi postea naualia fuerūt quattuor iugerū agrū colebat: que prata Quintia appellebant. Colebat ergo agrū: siue arans: siue fossam fodiens: cū nuntius venit eū dictatorē esse creatū: Quaꝓpter togam a Racilia vxore accipiens in vrbem accersitus venit: Et indicta iustitia: nihilq3 priuatim agi permittens: cū maximo exercitu in Algidū venit. Equio prœlio vicit: Gracchūq3 ducem in deditionem accœpit: & hostibus subiugū missis: predā omnem suis militibus; nō aūt consularibus diuisit: Consulemq3 magistratū abire iussit: quā ignominiā modeste tulit consul. magis beneficii q̄ ignominie memor. Quintus a cōsulari exercitu corona aurea donatus triumphauit. Et sextodecimo die dictatura: quā in sex menses accœperat se abdicauit. k Quo fessū rapi fabii. S. Cur. me. o. fabii fessum ad vestram narrationē: aut certe fessum tristē: vt ter fessus valde resedit. s. propter eorum mortem: nam trecēti sex fuerunt de familia vna: qui cōiurati cū seruis & clientibus suis contra vehientes dimicarunt: & insidiis apud Cremerā fluuiū interempti sunt: vnus aūt superfuit. s. Fabius maximus. Qui propter tenerem adhuc pueritiā in ciuitate remanserat: a quo per temporis successionē longioris: Fabius ille maximus creatus est: q postea cū Hanibalis impetum ferre non posset: mora eū elusit: & ad Cāpaniā traxit: vbi deliciis virtus eius obtorpuit. Hic est de quo Ennius: vnus homo nobis cūctando restituit rem: non ponebat em̄ rumorē ante salutē. Ergo postq3 magisq3 viri nūc gloria claret. Sciens enim Virgi. quasi pro exemplo hūc versū posuit. C. Fabii familia hec multisq3 variisq3 tp̱ib9 optie de repub. cū sua gl̄ia merita est. Primus aūt in ea fabi9 dict9 est a fabis. Nam vt refert Plini. cū in magno pretio agricultura esset: qui lentibus amplioribus reliquos anteiret lētulus Qui Ciceribus Cicero: & qui fabis fabius est nominatus: Eratq3 amplissima laus: si quis probus vir: & bonus colonus noīaretur: nam probos dictos esse asserūt: q probe foderēt. Prim9 aūt ex fabiorū familia cōsul fuit Q. Fabi9 q equos & volscos superauit: & tres annos cōsul fuit. Sed & M. fabius volscos & vehiētes vicit. ¶ Tu maxim9 vide Seruiū: l Excudēt. S. alii cudendo efficient: & est rhetoric9 locus: C. Excudent. Cudere percutere: Excudere vero est cudendo aliquid perficere. m Spirantia æra. S. animata. Hora. Et molles imitabitur ære capillos. C. Spirantia. Ita exacte ꝑfecta: vt spirare. i. viuere videantur. omne em̄ animal quod sanguinē habet pulmonē quoq3 habet: quo veluti follibus quibusdā aer hauritur et remittitur: quo cor multo sanguine calefactū refrigorat: g vitā sine hoc spiritu ducere nō p̄t: vt diximus ibi. Vitalis carpis auras. Que vero sanguine carent vel pulmōe quoq3 carēt: vt sunt Cicade: formice: apes: & cetera insecta: in quib9 nulla est vox: que nascitur ex spiritu illo a pulmonibus remisso: & in ore reuerberato: Spirantia æra. Ars ip̄a aut sculptilis ē: vt in marmore. Aut Plastice: vt in terra: & gypso: Aut fusilis: vt in ære ceterisq3 metallis. n Aera. S. pet Aera Corintheos indicat: p marmor parios: p actionē causarū Athenienses per astronomiā Aegytios: & caldeos. o Viuos vultus. S. hoc est quod dixit spirantia. C. Viuos vultus. i. mutationes illas in facie: que ex diuersis animorū affectib9 diuerse gignuntur: que nisi in viuentibus esse non possunt. p Cœliq3 meatus. CRI. mot9 & fluxus: & cōuersiones cœlorū: & stellarū: quā sciētiā inuenerūt: vel egyptii: vel Assirii: vel vt aliis placet Atlas lybie filius. q Radio. C. de hoc in bucco.

r Populos. C. q. d. cui tāta ierit prudētia tāta animi magnitudo: tantaq3 iustitia: & in ipsa iustitia tanta innocentia: vt non solum se ipsum: sed reliquos quoq3 populos recte administrare possis. s Tu romane. C. q. d. in quo ꝑfecta absolutaq3 est disciplina reipu. administrande. Hinc Cice. in tusculanis. Rē vero publicā nostri maiores certe melioribus artib9 temperarunt; vt institutis & legib9. t He artes:

C.q.d.tā admirabiles artes.& relíqrū omniū p̄clarissime que salutē & dignitatē publicam continent.Nam bonum quāto magis vniuersale est:tāto preclarius: administratio vero rei publice o:a cōplectit̄.Ergo ceteris oibus virtutib⁹ est p̄ponēda. v Tibi.C.q.d.& nō aliis. x Pacis amo. S.leges pacis: y Parcere subie.C.designat quid propriū it eorū qui reipu.p̄sunt.Cū em̄ quies & pax ciuitatis primū bonū sit:ea maxime rōne bella gerenda eē videantur: vt nihil nisi pax quesitū esse videat̄. Itaq; erit officiū eorū: qetos: & leg b⁹ obtēperātes tutos esse iubere:eosq; ab omni iniuria ,phibere:superbos vero:& contumaces:et qui aduersus leges alienum otium sua immanitate conturbant: bello insectari:& vt legib⁹ obtemperent cogere & illorū ceruices frangere.



Sic pater anchises:atq; hec mirātibus addit,
Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis

z Spoliis mar.op.S.Hic Gallos et poenos equestro certamine superauit.Viridomarū etiā Gallorū ducē manu ,ppria interemit: & opima retulit spolia:q̄ dux detraxerat duci.:sic Cossus larti Tolūnio.C.Spoliis mar,op.Postulat loc⁹:vt de Ioue Feretrio quedā alti⁹ repetamus.Romulus ergo:vt Dyonisius ha. Ceniensiū exercitu ī fines Romanos irruēte ceso:vrbē ipsī īgrediens ceninē Acronē illius regē cū valida manu sibi obuiā intra vrbē factū sua manu interfecit.Superauit etiā Antē

nates: Deinde Acrontis spoliis insignis victor adiit domū p̄dā omnē reducens: comamq; lauro coronatus: & q̄drigis inuectus sequentib⁹ equestribus: pedestribusq; copiis egregie instructus: diisq; primū prędę primitias offerēs multa sacrificia fecit: vltimusq; is post pōpā ibat purpurea veste amictus: deos laudantibus cū versibus patriis: qui etiam duce ipsum ex tēporaneis carminibus extollebāt. Cuncti etiā illi obuiā ex vrbe venerūt cū vxorib⁹. & liberis: ex vtraq; vię parte: lętitiā ex victoria ostendētes: vrbē autē ingressi crateribus vino¦ plenis occurrunt: potare volentibus: & mensę apud excellētiores familias in ꝓmptu erāt omni genere epularū refertę: victorialis igitur: & tropheophera pompa: & imolatio: quā Romani triumphū vocant: a Romulo huiuscemodi prima instituta fuit: quę nostra ętate sumptuosissima & insolens: & ad diuitiarū poti⁹ ostētationē q̄ virtutis decantata: priscę parcitatis formā prorsus exit. Post pompā vero: & sacrificiū Romulus extructo templo in Capitolio Ioui: quē feretriū Romani vocant nec magno: nā adhuc vestigia extāt: vbi maiora latera denū pedū habet: minora quinū pedū: Cenisiensiū regis spolia sua manu cęsi cōsecrauit. Hūc autē feretriū: si qs velit triumphū vocare: siue: vt aliis placet: stilophoron: siue quia oēs excellit: omnēq; rerū naturam in circuitu comprehendit t hyppheretem non aberrabit. Hęc Dyoni. Liuius aūt scribit. Romulus igitur tēplū cōditur⁹ ita ait. Iuppiter feretri: hęc tibi victor Romulus rex regia arma ferens: templū his regionibus: quas mō aīo meditatus sum dedico sedē opimis spoliis: quę regib⁹ ducibusq; hostiū cęsis me auctorē sequētes posteri ferent. Feretrius Iuppiter appellat̄: q̄ fulminet. Sylius. Tertia qui tulerit sublimis opima tonanti. Numa Pompilius in cōmentariis suis: vt Plutarchus meminit Spolia opima sic consecrari instituit. Prima Ioui feretrio: cū. ccc. assibus. Secunda Marti cum. lxxx. assib⁹. Tertia Quirino cū cētū assibus. Post Romulū secutus est Cossus de quo dictū est. Tertius fuit Marcellus M. Claudius Marcell⁹. M. Claudii fili⁹: a matre nomē accœpit ꝓpter p̄stātiā rei militaris: vt Possidonius scribit gręcis litteris erudit⁹: primo edilis curulis. Inde augur. Postremo consul creatus: & missus contra Gallos insubres Briomathū: vel vt alii dicūt Vitromanū ducem cecidit: cuius opima spolia Ioui feretrio tulit. Tertius a romulo quinquies cōsul fuit. Quarto cōsulatu auertit Syracusas secūdo bello punico: ī quo sępe numero exercitū pœnorū cecidit. Quinto cōsul apud Brutios vaticinio monēti nō credidit: īsidiis ab Hanibile circūuentus interfectus est. Corpus Hanibal d̄epto annulo magnifice cremauit: reliqasq; in argēteo vase ad filiū remisit: q̄s vt ait Corneli⁹ nepos: Numidę obuii raptas dissiparūt. Liui⁹ & Augustus illesas delatas aiūt. Eius nepos Marcellus qui iteriit: cū in aphricā naues traiiceret monumētū erexit: vt Pedian⁹ Asconius cū tali titulo. Hic siti sunt Marcelli tres nouies cōsules: auus quinquies: filius semel: nepos ter.

a Supeminēt] oīs. S. virtutis ſ genere. b Rem ro. S. statū reipu. c Turbante tu. S. Turbante tu. iō tumultu qa in italia res geritur. d Sistet. S. cōfirmabit. e Tertia

Ingreditur: victorq; viros supereminet omnis.
Hic rem romanā magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet pœnos: gallūq; rebellem:
Tertiaq; arma patri suspendet capta quirino.
Atq; hic Aeneas: (vna namq; ire videbat
Egregiū iuuenē forma: & fulgentibus armis:
Sed frons lęta parū: & deiecto lumina vultu:)
Quis pater ille: virum qui sic comitatur euntē:
Fili⁹: an ne aliquis magna de stirpe nepotum:
Quis strepit⁹ circa comitū: quātū instar ī ipo ē.
Sed nox atra caput tristi circunuolat vmbra.
Tū pater anchises lachrymis ingressus abortis:
O nate ingentem luctum ne quęre tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata: neq; vltra

q; ar. ꝛc. S. Captaq; hęc tertia opima spolia suspēdet patri i. Ioui. f Capta Quiri. S. Qualia & Quirinus cœperat. i. Romulus de Acrone rege Cēniensiū: & ea Ioui suspēderat possumus & q̊d est meli⁹ secūdū legē Numę hūc locū accipere: qui p̄cipit prima opima spolia Ioui Feretrio debere suspendi: q̊d Romulus fecerat. Secūda Marti: q̊d Cossus fecit. Tertia Quirino quod fecit Marcellus: Quirinus aūt est mars: q̄ p̄est paci & intra ciuitatē colitur. Nā belli mars extra ciuitatē tēplū habuit. Ergo vt suspendet p̄ri. i. Ioui: aut suspēdet p̄ri Quirino. Varie de hoc loco tractāt cōmētatores Numę legis immemores. Hui⁹ facit mētionem Liuius.

g Egregiū iuue. for. & ful: ar. S. Tria sunt secundū Carminiū: Pl̄chritudo ętas: & virt⁹. Significat autem Marcellū filiū Octauię sororis Augusti. Quē August⁹ sibi adoptauit: Hic. xvi. anni incidit ī valitudinem & periit. xviii. anno in Baiano: cū ędilitatem gereret: hui⁹ mortē ciuitas vehementer doluit: nam affabilis fuit: & Augusti fili⁹. Ad funeris huius honorē Augustus sexcentos lectos intra ciuitatē ire iussit. Hoc autem apud maiores gloriosum fuerat: etiā dabat̄ ꝓ qualitate fortunę. Nā Sylla sex milia habuit. Ig̊ t cū ingēti gloria & pompa elatus & ī campo Martio est sepultus. Ergo mō in Augusti adolationē q̄si Epithaphiū ei dicit. Etiā constat hunc librū tanta p̄nūtiatiōe Augusto & Octauię esse recitatum: vt fletu nimio imperarēt silentiū: nisi Virgili⁹. finē esse dixisset: qui p̄ hoc ęre graui donatus est. i. massis. C. Egregiū for. ful. Miro ingenio: & artificio: laudat iuuenē ab indole: qm̄ p̄ ętatē nihil p̄stare potuit: q̊d laude dignū esset: p̄ter spem futurarū virtutū. Itaq; cū a principio summā captasset attentionē. ostēdens Aeneā tā cupidum sciendi: laudat eū a forma corporis: & a spe futurę fortitudinis: Captat & summam cōmiserationē ex eo q̄ sit frons lęta parū: demōstrat em̄ tātę virtuti fortunā inuisurā: neq; passurā illā perfici posse.

h Sed frons lę. pa. S. Omen est mortis cito futurę. Contra alibi. incipe parue puer risu cognoscere matrē. i Virū. S. qui sic comitatur euntē: Marcellū cui similis est. D. Quis pa. ille. vi? Interrogat Aeneas cū admiret̄ formā Iuuenis & tristitiā in fronte quis sit. k Quis strepitus. S. ꝓpter ędilitatē. l Instar. S. similitudo: & est nomē q̊d non recipit p̄positionē. Ad instar em̄ nō dicim⁹ q̊d ꝑbus declinat.

m Lachrymis ab. C. Non potuit cōmodius alia rōne extollere nomē adolescentis q̄ ostēdere q̄ iniquo animo illi⁹ īmaturū interitū ferat Anchises: cui totius generis conditio data esset. n Ingentē. C. q̊d est plus q̄ magnū.

o Luctū ne quęre. C. dixit ne q̄re. q. d. q̊d & mihi narranti: & tibi audienti molestissimū sit futurū. Luctū: quia nihil nisi luctū illaturū sit. p Tuorū. C. ac si dicat popu lariter omniū: veluti q̄ iactura sit oīno publica.

q Ostendēt ter. ꝛc. S. parum illucescet & mox peribit. C. Ostendit terris. q. d. tā diu viuet donec magnā de se spem apertissime p̄beat: nec vltra ꝓgreditur: ne quid p̄stare possit. r Nimiū vobis. C. plenissima indignatiōe exclamatio. Nec nisi maximā Romani generis iacturā videret. tam pius vir deos inuidia accusaret: sed superauit affectus ma

gnitudo ipsam rationē: quod nisi ex magno dolore accide re non potuit. Nimiū potens: quasi velit inferre q̄ humanā cōditionē tāto citte transcensura sit. s Visa potēs su: S. cū indignatione dictū inuidistis glorię Romanę: & vestris muneribus: Nā fœlicitas vr̄a sunt munera. t Propria. S. perpetua: vt propriaq̄ dicabo. C. Propria. ppetua. vt da propriā tymbree domū: Donū em dei oportuit esse tantum virū: sed nō fuisse diuturnū. v Quantos ge. C. qui ex vero dolore puenitū: nā non accidit gemitus: nisi per summā angustiā animi: neq̄ illa ē nisi a sūmo dolore: vides ergo q̄t locos: vt laudaret ibi inuenerit vbi pene nullos putares. x Virum. C. i. fortissimorū hominū quib⁹ nisi res maximi pōderis sit: nihil graue esse solet. proprie etiā gemit⁹ virorū dixit: qa plorare: aut eiulare (vt dixit Cicero) viro non dat. Igit nō solum muliebres: & plebeis citabit luctus: sed etiā virorū fortiū gemitus. y Mauortis cam. S. in quo ē sepultus. z Funera. S. p pter sexcētos lectulos. C. Quę funera. Nā magna funera non parantur: nisi magnis. a Nec puer. CRI. cū plurima dixisset in laudē: tandē cōcludit: q̄ q̄uis: & troiani maximos habuerint viros: & q̄uis romāi a romlo filio mart sint: de neie maiora sparare poterūt. b In tm̄ spe to. a. Exiget generis antiquitatē: & rethorice spē laudat in puero: quia facta nō inuenit. Est autem Cicerōis i dialogo cā difficilis laudare puerū. Non em̄ res laudanda: sed spes est. c Nec romula quōdā. S. Pro romulea: vt q̄s affrica terra triūphis diues alit. Quondā aūt pōt et p̄teriti esse & futuri. d Heu pietas. C. dolet tantas virtutes inchoatas perituras. Nā pietas & fides vniuersam iustitiam amplecti videntur. Quia nihil in hominū societate ad quietem cōtinendā mei⁹ est. Fortitudo aūt in re militari omnia pericula arcet: quę in hoc & pedestris summa erat: & equestris. Heu. dolet quia peritura est. Pietas autē nō solū in sanguine coniūctos: sed in vniuersam patriā officiū suū prestat. f fides prisca. C. integerrima. qualis apud priscos fuit. e Foderit calcarib⁹. S. species p genere. g Equi armos. S. p equo posuit. Non enim possunt armi calcaribus fodi. g Fata aspera rū. S. Posse aliqua rōne fata dirūpi p transitum docet. h Tu mar. eris. S. talis qualis est marcellus. C. Tu mar. eris Marcellus ille de quo supra dictū est. propter mirificas inumerasq̄ virtutes: reliquorū omniū Marcellorū famā: gloriamq̄ itaq̄ occupauit: vt cū hui⁹ hominis mentio facta esset: ille solus p quandā Antonomasiā intelligeret. verū si fata sua hic frangere possit: illū ita superabit: vt cū marcellus absolute noiaretur: nō amplius ille: sed hic intelligat. Marcellorū familia maximū detrimētum accœpit de morte ei⁹ marcelli. p cuius restitutiōe extat gratiaȝ actio Ciceronis ad Cęsarē. Postremo in huius marcelli: qui Augusti ex sorore nepos fuit morte penitus visa est extingui. Fuit in eo magna indolis spes. Decē aūt & octo annos natum ingrauescente p bienniū morbo in baiano suo mortu⁹ est edilis curilis. Corpus trāslatū est Romā cōmuni luctu i cāpo martio magnificentissime sepultū prope tyberim Octauia mater sub filii marcelli noie theatrū: & bibliothecam dedicauit. i Manibus ple. DO. plena officia significat. k Purpureos flo: S. vt sępe dixim⁹ propter sanguinis similitudinem: quia aut a.i.a est: aut sedes animę. l Nepotis. S. posteri, nō eīn reuera nepos fuit. m Inani munere. S. secūdū Epicureos ī p. futuro. n Sic. S. ista noscētes. D. Sic tota passim regione vagantur. Nō cōplexuit: omia: quę apud inferos agebant. Esset enim vitiū si totū velit suo carmine cōplecti: quia & lōgū & impossibile.

Esse sinent: nimium vobis Romana propago
Visa potens superi: propria hec si dona fuisset.
Quantos ille virum magnā mauortis ad vrbē
Cāpus aget gemitus: vel quę tiberine videbis
Funera: cum tumulum preterlabere recentem.
Nec puer iliaca quisq̄ de gente latinos
In tantum spe tollet auos: nec romula quondā
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas: heu prisca fides: inuictaq̄ bello
Dextera: non illi se quisq̄ impune tulisset
Obuius armato: seu cū pedes iret in hostem:
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer: si qua fata aspera rumpas
Tu marcellus eris: manibus date lilia plenis:
purpureos spargam flores: animamq̄ nepotis
His saltem accumulē donis: & fungor inani
Munere: sic toto passim regione vagantur
Aeris in campis latis: atq̄ omnia lustrant.
Quę postquā anchises natū p singula duxit:
Incenditq̄ animū famę venientis amore.
Exin bella viro memorat: quę deinde gerenda:
Laurentisq̄ docet populos: vrbemq̄ latini:
Et quo queq̄ modo fugiatq̄ feratq̄ laborem.
Sunt geminę somni portę: quarū altera fertur

o Aeris. S. aeris in cāpis Collisionē fecit. locutus est aūt secūdū eos qui putāt elysiū lunarem esse circulū. p Incēditq̄ anim. S. Nā sup ait. Et dubitam⁹ adhuc virtutē extēdere factis q. q Exin. S. deinde. Confert aūt in cōpēdium narrationis plixitatē. Ter. ppter longū actū ait. Intus despondebit: intus trāsiget si quid est quod restat. D. Exin bella. Narrauit primo leta. Tristia p̄termis t pter q̄ de marcello. Deinde docuit quō quedā ęquo animo ferre posset. C. Exin bella viro. Artificiosissime locutus est Anchises. prius em̄ accendit illū amore futurę glorię: q̄ dura: & aduersa: quę ventura erant pdiceret: q̄ em̄ aio ferim⁹ aduersa. ex quibus iocūda & honorifica puentura sint. Nihil em̄ difficile est viro excelso aio predito: vn̄ tā dē gloriā specter. deiñ cū aduersa pdixisset: pponit spē euadendi: cū huiuscemodi illa esse ostendat: vt perferri a fortissimo viro: partim vitari a sapientissimo possunt. r Sūt ge. som. por. S. p somnioꝝ. Est aūt in hoc loco Home. secutus. in hoc tñ differt: q̄ ille p vtrāq̄ portā somnia exire dicit: hic vmbras veras p quas somnia indicat vera: & poeticę apertus est sensus: vult autē intelligi falsa oīa quę dixit. physiologia vero hoc habet: per portā corneā oculi significant. q & cornei sunt coloris: & duriores ceteris mē

Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Sed falsa ad celũ mittunt insomnia manes:
His vbi tum natum anchises: vnaq̃ sibyllã
prosequitur dictis: portaq̃ emittit eburna.
Ille viam secat ad naues: sotiosq̃ reuisit.
Tum se ad caietę recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes

boris. Nã frigus nõ sentiũt sicut etiã Cice. dicit in lib. de deorũ natura. Per eburneã vero portã os significatur a dentib⁹. Et scim⁹: quã que loquimur falsa eẽ possunt. Et q̃ videm⁹ sine dubio vera sunt. Iõ æneas p eburneã mittit portã. Est & alter sensus. Somnũ cũ cornu nouimus pingi. Et qui scripserũt de somniis: dicũt ea q̃ secũdũ fortunã & psonę possibilitatẽ videntur hre effectũ. & hęc vicina sunt cornu. vñ cornea vera fingit porta: ea vero q̃ supra fortunã sũt: & habẽt nimiũ ornatũ: vanã q̃ iactãtiã dicũt falsa eẽ vñ eburnea quasi ornatior porta fingitur. C. Sũt geminę. Placent q̃ de portis referunt a Seruio. Sed excellẽtissima Macrobii sententia est. Ait ei cũ geminas somni portas ponat Maro: & q̃dã vera & q̃dã falsa eẽ: amplecti illã Porphirii sentẽtiã. qui inqt: latet oẽ verũ: hoc tñ aĩa ab officiis corporis somno eius paululũ liberũ est. iterdũ aspicit: nõnũq̃ intẽdit atiẽ: nec tñ puenit in cognitionẽ: & cũ aspicit nõ tñ libero & directo lumine videt: sed interiecto velamie: q̃d nexus naturę caligãtis obducit; hoc aũt in natura eẽ idẽ Virgi. asserit in secũdo lib. vbi ait. Aspice nãq̃ oẽm q̃ nũc obducta tuenti. Mortalis hebetat vultus: atq̃ humida circum Caligat nubẽ eripiã. Hoc igitur velamẽ cũ inquiete ad verũ vsq̃ atiẽ aĩę introspiciẽtẽ admittat de cornu credit: cuius natura est. vt tenuatim puitũ sit visui. Cũ aũt a vero hebetẽ reddit obtutũ: atq̃ repellit: ebur putatur cuius corpus ob densitatem: ne tenuatim quidẽ visũ admittat. s Somni. C. Nõ est apocope: vt sit somni p insomnii: sed portę p quas somno vmbrę. i. obscura: & advmbrata somnia proueniũt. t Veris vmbris. C. veris: sed obscuris somniis: v Falsa insomnia. S. i. somnia. x Porta eburna. C. vt oñdat: q̃ scribit oia ficta eẽ. y Secat. S. tenet vñ sectas dicimus ab eo q̃ ppositũ tenent. D. viã secat. Quid eñ prius facere debuit q̃ suos reuisere. z Ad Caiete portũ. S. a persona poetę plepsis. Nã Caieta nõ dũ dicebatur: quia adhuc non erat. z Recto littore. D. Aut quia nullũ littus rectũ: sed dicimus rectã vitã agere: quando nihil aliud agimus: nisi iter continuum: & nullo alio actu illud rumpimus. Nam cupida suorũ mens nihil aliud agere debuit. CRISTOFE. Recto littore. Omnia littora incurua sunt. ergo non recta: sed volunt ostẽdere eum quã breuissimo itinere vsum fuisse: vt nusquã deflecteret; vt dicimus. recta ad me profectus est.

Finis sexti libri.

Argumentum.
p. Virgi. Ma. in Septimum Aneidos Librũ

Tandem deueniunt laurentia Troes in arua.
Et pace accepta lęti noua mœnia cõdũt:
Nocte satam Iuno furiã vocat: illa latinos.
a Omen. C. potestas: vt patribusq; regamus auspiciis. b Curia templũ. S. Quia vt diximus supra. Curia nõ nisi in augurato erat loco. c Epulis. C. pro dapibus pofuit. i. sacrificiis. d Hic ariete ceso. S. Hoc sacrificium in fauna palacii: festis dieb⁹ fiebat. e Perpetuis mensis. S. longis ad ordinẽ exequatis sedentiũ. Maiores eñ nostri sedentes epulabantur: quẽ morem habuerunt a laconibus: et cretensibus: vt Varro docet in libro de gente populi Romani: in q̃bus dicit quid a quaq; traxerit gente. f Ex ordine auorũ. S. prout successerant sibi. Sane intelligẽdũ est ita vt nati fuerant: sic eorũ imagines fuisse compositas. g Antiqua e cedro. S. q̃d lignũ non facile consumitur a vetustate: hoc gen⁹ ligni tineã nescit corruptiõẽ: tineã ex antiquitate non sentit: aut cedria: peruncta ligna custodiata conseruat. Vnde & Persius: & cedro digna locut⁹. D. Cedro. ex cedro facte: q: hoc lignũ cariẽ ñ sentit. Vel cedria vncte: q̃ ligna conseruat. h Italus. C. Italia ab italo dicta est: cũ Italus pronepos fuit Saturni qui inter duos sinus ipauit. Neptunniũ: & Syllaceũ. Vl intelligas de Italo Vlissis & Circes filio. i Sabinus. C. de Sabinorũ nomine: non idem omnes scriptores tradũt. Poeta aũt assentire videt. Portio⁹ Catõi: qui (teste Dyo. halicarnaseo ait) Sabinos dictos eẽ a Sabino rege: et illũ quidẽ filiũ fuisse Sangi cuiusdam gentilis diui: qui a quibusdã pistius sit vocatus. Ergo Sabinus pater: aut quia illius gentis auctor extiterit aut q̃a non solũ rex: sed deorũ sanguine: nam omnes dii patres appellãtur. Hunc Silius Sabũ appellat. sic: ps sanctũ voce canebat Auctorẽ gentis: pars laudes ore ferebant: Sabe tuas: q̃ de proprio cognomĩe primus. Rexisti populos magna ditione sabinos. Alii tamen dicũt Sabinos dictos eẽ: quos Romani Sabellos nũcupãt. k Vitisator. S. non inuentor vitis. Sed qui genus vitis italis demonstrauit populis. l Sub imagine falcem. S. aut Statuę exprimit gestũ: vt dicat: ita tenebat falcẽ: vt eã sub vltu haberet. Aut sub imagĩe: sub theca dr̃: q̃ falci fil's est: m Saturnusq; senex. S. antiqui reges nomina sibi plerũq; vendicabãt deorũ. Ergo Saturn⁹ rex fuit Italię: nam & supra ait. Veterum effigies ex ordine auorũ: & isert. Aliiq; ab origine reges: hinc est quod apud Cretam esse dicit Iouis sepulchrum. Gabalus etiam imperator Romanus: solẽ se dici voluit. Nam Heliogabalus dictus est. n Aborigĩe. S. pro aboriginũ reges: sed est metro prohibitus. D. Aliiq; aborigine; reges. Refert se a specialitate ad generalitatem: et vt cõpendio vteret: & numeꝝ augeret: in generalitate enim infinita extimatio est: & plus intelligitur q̃ veritas habet. o Martia. C. De Saturno alibi diximus. Laudat aũt omnes hos reges. Nam ostendit non tyranos fuisse qui omnia ad suum cõmodũ referentes pro pastoribus lupi suis ciuibus fiunt. Sed fuisse q̃ p patria pugnantes mortẽ subire non dubitarent. p Pugnando vulnera passi. S. quasi reges passi. DON. Vulnera passi. vt gloriam ex defensiõe libertatis ostenderet. q Multaq; preterea. C. Quod argumentum erat illos viros fortes fuisse: & hostes sibi iniuriã inferentes semper superasse. Nam ɔsueuerãt exuuiis hostilibus templa exornare antiqui: vt & diis cõsecrarent: que deorũ auxilio acquisiuerant: & suę virtutis monumentum relinquerent sempiternũ. hinc Sta. Hic ego maiorum pugnas: vultusq; trementes. Magnanimũ effingam regũ: fingamq; superbis Armatolis: quę ĩpe meo⁹ quesita reuexi sanguine. Enumerat oĩa pugnandi genera. Nam p currus et cristas et galeas pugnã: quę collatis signis fit ostendit: per claustra portarum expugnatione vrbium: & p rostra erepta carinis: certamẽ nauale indicat. r Sacris in postib⁹: S. vbi spolia ɔsecrabãtur. D. in postibus ar. Indicia hęc sunt virtutis. s Captiui. S. p captiuorũ. nota figura est. t Curueq;. DO. oĩa sine numero posuit vt plus arbitraremur. v Criste. S. galeę. a parte totum posuit. x Ingentia. D. vt oñdat q̃nto labore retracta sint. y Ereptaq; rostra car. S. Bene de omni genere pliorũ spolia illic fuisse demonstrat. z Carinis: D. vt appareat ẽt nauali bello illos vicisse. a Quirinali lituo. S. litu⁹ incuru⁹ augurũ baculus quo vtebant ad designãda cœli spatia: nã manu non licebat. Quirinalẽ autem ex psona sua dixit: q̃lem postea Quirinus habuit: nã tũc adhuc nõ fuerat Romulus: vl lituũ. i. regiũ baculũ: in q̃ ptãs erat dirimendaꝝ litiũ. Et hoc etiã dicit Donatus. C. Ipse Quirinali. At qui Romulus: qui Quirinus dicitur nondũ erat. Ergo quirinali. i. quali vsus fuit deinde Quirinus: vl Quirinali martio: q̃a Quirin⁹ mars sit. Ipse vt ostẽdat magestati regię augurale q̃q; dignitatẽ addidisse. Picus enim vt refert Augustius Saturni filius fuit prim⁹ Laurẽtũ rex fuit: q̃ tpe hebreis iudicauit Delbora fœmina: q̃ pphetissa fuit. assyriorũ rex erat lamperes. Hui⁹ fabula notissima est. q̃d a Circe in auẽ sui nominis sit mutatus. Sunt qui dicãt q̃ illi pater sterion fuit optimus agrorũ cultor, a quo fim⁹ quo agri pinguescũt stercus appellat. De lituo vero iam dictũ est. b Parua. D. Vel quia tales extãt: aut nõ magni precii: quia veteres non erant ambitiosi cultus. c Succinctus tra S. Toga est augurũ de cocco & purpura. d Ancyle gerebat. S. Ancyle scutũ breue est regnante Numa cœlo hmõi scutũ lapsum est: & data responsa sunt: illic fore sũmã imperii vbi esset: quod nec aliq̃n hostis agnosceret. per Mamuriũ fabrũ multa similia fecerũt: cui & diẽ cõsecrauerunt: quo pellem virgis feriũt ad artis similitudinẽ

Dicimus aūt hoc ancyle:& hęc ancylia:ancyliorū vero vsu pauit. Hora. Ancylorū et nominis togę oblitus. C. Ancyle. Nondum fuerat ancyle:quod subsequētibus temporibus regnante Numa de cœlo lapsum est:& de quo dicemus in sequentibus:sed ostendit illū Numę similē in religione fuisse. e Equū domitor. C. fortissim⁹ in pugna equestri: & qui bene & pro arbitrio suo equis vteret. Expssit em id qd ab Home. dr. ἱππόδαμος. f Capta cupidine cōiux. S. cōiuux vero nō quę erat:sed quę esse cupiebat. vt q̄s ego sum totiens iā dedignata m. Picū amauit Pomona dea pomorū:& eius volē tis est sortita cōiugiū. Postea Circe eū cū amaret:et sperneret:irata in auē picū cōuertit. Nā altera est pica:hoc aūt iō fingitur: qa augur fuit:& domi habuit picū p quē futura noscebat:quod & pontificales indicant libri. Bene aūt ei supra lituum dedit:quod est augurū ꝓpriū: nā ancyle et trabea cōia sunt cō diali vel martiali sacerdoti. C. Capta cu .con. Non quę esset:sed quę esse cuperet:sic em̄ Corebum Priamí generum dixit.

an error aduexit. D. Errore vię:quia in obscuro cœlo ī quo via est nauigantibus:ab illa errare possunt:vel vi tempestatis inde abstrahi. n Qualia multa. S. ad duo respexit errorē:& necessitatē. o Portuq̄ sedetis. S. aut em̄ pro portu erat illic exitus fluminis. p Ne fugite. S. ne fugiatis. D. Ne fugite hospitiū. non modo cōcedit:q̄ sua auctoritate iā sumpserāt q̄ ripas intrauerūt:sed vltra id hospitiū offertur. Ex cognatione autē quę troianis cū Italis est:ostēdit eos posse cape omnē fiduciā. q Ne ve ignorate. S. ignorate. S. ignoretis.

g Aurea circe. S. Nā aliter non stat versus. Et aurea p ironiā dixit. D. Aurea: ironice:quasi itelligat pessima:& indignationem citat:q̄ talem virum ita tractasset. h Fecit auē Circe. C. picū Martium: hęc auis arbores rostri duritie cauat:nidificat in cauis arborū. Est auctor Trebius clauū:vel cuneū q̄uis magna adact⁹ sit vi:arbores in quibus nidū habēt pici statim extrudere cū crepitu arboris:ipsi principales sūt in auguriis teste Plinio a rege:qui nomē huic aui dedit. In capite L. Tuberōis pretoris vrbani in foro iura reddentis:ita placide sedit:vt manu apprehenderetur. Rñdere vates exitiū imperio portēdi: si dimitteret. si vero examiaretur ptori:Et ille protin⁹ ꝯscripsit:nec mlto post impleuit pdigiū i. Prior p pter affectū quo vrgebat: vt filiā peregrinis locaret.

Aurea:percussum virga:versumq̄ venenis
Fecit auem Circe:sparsitq̄ coloribus alas.
Talis intus templo diuū patriaq̄ latinus
Sede sedens:teucros ad sese in tecta vocauit.
Atq̄ hęc ingressis placido prior edidit ore.
Dicite dardanidæ (neq̄ em̄ nescimus & vrbē
Et genus:auditiq̄ auertitis equore cursum)
Quid petitis?quę causa rates:aut cuius egētes
Littus ad ausoniū tot per vada cęrula vexit.
Siue errore vię:seu tempestatibus acti:
Qualia multa mari nautę patiuntur in alto:
Fluminis intrastis ripas:portuq̄ sedetis:
Ne fugite hospitiū:neue ignorate latinos
Saturni gentē:haud vinclo nec legibus ęquam:
Sponte sua:veterisq̄ dei se more tenentem.
Atq̄ equidē memini (fama est obscurior annis)
Hinc illum coryti tyrrhena ab sede profectum
Threiciamq̄ samum:quę nūc samothratia fertur
Auruncos ita ferre senes:his ortus vt agris
Dardanus ideas phrygię penetrauit ad vrbes:

r Saturni gentē. S. laus generis. s Sponte sua. S. Xenocratis est: qui cū primus scholā aparuisset: q̄d antea in porticibus de phia tractaretur: & interrogatus esset quid p̄stare posset discipl'is suis?respōdit:vt id homines voluntate faciant:quod alii iure coguntur. t Veteres. S. antiqui. ac si diceret. aurei seculi imagine viuimus. v Fama est obscurior annis. S. ac si diceret. nisi esset iam vos scíretis: x Arūcos ita ferre se. S. Apud veteres hystorię hoc gen⁹ fuit:vt maiores natu antea acta posteris indicarēt:q̄d hic indicat locus. Lucan⁹ apertius cū esset de Anteo narratur⁹. Cognita p multos;docuit rudis icola patres. Arunci vero Italię populi fuerunt.. C. Arunca. Antiquissima italię vrbs fuit edificata ab Ausone Vlyssis & Calypsus filio: a quo Ausonia nominata est. y Ferre. S. quasi cū ostentatione iactare. z Dardanns. S. Iuppiter cū Electra Atlantis filia Coriti regis Italię vxore cō cubuit:sed ex Iouis semīe nat⁹ est Dardanus. Ex Coriti Iasius. Dardanus profectus ad phrygiā Iliū cōdidit. Iasius vero Thratiā tenuit. vbi est samos: quā & Samothratiā noīauit. Nā Iunōis alia est samos insula: q̄q̄ ciuitas thratię:quę est icephalenia Same dicatur. Vnde cum postea responsum esset Antiquā exquirite matrē:&

Placido prior. S. Legatorū em̄ fuerat:vt ipsi ante loquerent̄:sicut in secūdo. Vltra flens ipse videbar: k Dicite dardanidę. S. Aut ex veste eos troianos esse cognoscit:quę erat propria gentiū singularū:aut κατὰ τὸ σιωπώμενον. intelligimus famam:quę eos venisse renunciauerit:eandā etiā Troianos esse dixisse. Vnde infert auditiq̄ aduertitis ęquore c. Dardanidę aūt ac si diceret cognati. D. Dicite dar: Prim⁹ verba facit:vt facilitatē suā:et beniuolentiā in eos demonstret. Potuit aūt ex veste : latinus qui multa experientia esset:troianos cognoscere:quod non poterant per teneram ętatē illi qui erant extra portas.
l Vada cerula. S. Cerulum est viride cū nigro. i. mare.
m Siue errore vię:seu tēpestatibus acti. S. duo quęrit. Si voluntate venistis:quid petitis? Si necessitate:tēpestas vos

Aeneas Italiā peteret:profectus ad Thratiā:Samothracas deos sustulit & pertulit secū ꝓpter originē matris. D. Dardanus. Iam explicat:q̄d ꝓposuerat. cū dixit dicite Dardanidę. C. Dardanus de hoc dicta plurima sūt:pauca tū hęc repetā. Duxit hic Crisen Pallantis filiā. vnde sunt nati Ideus & Dimas in Archadia regnarūt vsq̄ ad diluuiū. Hęc Dyonisius. qui ait Atlantē fuisse Archadię regē. Cum vero p diluuiū campi in Archadia in lacunas essent versi: propterea q̄ habitatio montuosa difficilis esset:atq̄ sterilis. Dimate in Archadia cū parte copiarū relicto Dardan⁹ in Samothratiā venit:ibiq̄ Iasio a fulmine percusso:quia Cereris concubitū appetiuerat ꝓfectus est in phrygiā:& defuncta Cryse Batheā filiā teucri duxit:mortuoq̄ Theucro in regno successit. Ex hac genuit Erichtonium. Ex erichtonio:& Calliare

Scamandri filiã Tros nascit̃: ex Troe Assarac⁹: ex hoc Capys. Ex quo & ex Naide Nymphe oritur anchises. Diod. refert Iasiũ: & Dardanũ natos in Samo insula: que nomẽ a Samo Mercurii filio habebat: inde aduentu Thracũ colonorũ Samothracia est appellata: mortuo Iasio Dardanus: et corybantus Phrygiã petiere: Vbi defuncta Chryse Dardan⁹ Batteã filiã Teucri duxit: & Teucro ĩ regno successit. Latini aũt dicũt Dardanũ & Corytho in Samothratiã. & inde in Phrygiã profectũ. a Ideas Phrygie. S. quia erant & Cretẽsiõ addidit phrygie. b Coryti. S. oppidũ & mons dictus a rege patre Dardani.

que non mõ dea est ex selectis. Ponit em̃ Varro in sextodecimo volumie deos selectos Ianũ Iouẽ Saturnũ Geniũ Mercuriũ: Apollinẽ: Martẽ: Vulcanũ: Neptũnũ: Solẽ: Picũ: Liberũ patrẽ: Tellurẽ: Cererem: Iunonẽ: Lunã: Dianã: Mineruã Venerem & vestam. Sunt itaq; duodecim mares: octo foeminẽ dii selecti. Ergo cum per Venerem matrẽ vnã ex selectis nepos Iouis sit Aeneas: iure de gente suprema Iouis eẽ dicetur. n Tua ad limina. C. vt ostenderet nihil illos sibi arroganter assumpturos: sed precibus exornaturos.

c Accipit. S. auget adiectione. s. nominis sui. d Voce secutus. S. Plerũq; em̃ cõsentimus & taciti. e Rex. S. Cõciliatio ab honore: inde a genere. D. Rex genus egregiũ. Cũ se beniuolum ostendisset latinus: nõ multum laborauit in texendo exordio Ilioneus: nec tamẽ penit⁹ omisit. C. Rex. In genere deliberatiuo oratio est. In qua pacem: sedemq; sibi Troiani petiũt. Captat autem beniuolentiam: a nomine: & a nobilitate. Cõmẽdat petitionem suam a necessitate: quoniam sic volentibus fatis (quibus repugnare latinũ non deceat) illuc deuenerint: sicq; cõfutat quod ille dixerat potuisse troianos venire deceptos errore vie: aut impulsos tempestatibus. Et simul a seipsis captat beniuolentiã: quia ostendit suum consilium troianos fatis accõmodasse: et id vult: quia illa disponũt Cõcitat simul: & misericordiã cũ ostẽdit se ex florẽti fortuna in magnam calamitatẽ incidisse.
f Fauni. D. Vnde hoc cognouit Ilioneus? nempe ex simulacris: que erant in vestibulo. Breuissime autẽ amplectitur q̃cunq; dixit latinus: nec potuit in tanta breuitate magis extollere genus troianorũ.
g Succedere terris. S. vt succedoq; oneri.
g Nec sidus. S. Aspectus siderũ: nam tempestas supra dixit: i Vrbem afferimur. S. ad vrbem referimur. k Extremo veniẽs. S. primo. nã alias rediens diceret non veniens. l Ab Ioue principiũ. D. plus dixit q̃ latinus. Ille em̃ Dardanum ex italia venisse: hic vtriq; generi a Ioue principiũ esse demonstrat: & confirmãde rei causa rem sepius repetit. C. Ab Ioue principiũ. Cõmendat se a genere. m Dardana pubes. Gaudet auo: rex ipse Iouis. S. Generis origine: Nã auus nõ est troianorũ Iuppiter. Sed Aenee per venerem. n Suprema. D. vt enumeratione maiorũ: ipse videatur finis propinquior. causa ostenditur Aeneas: qui nepos erat Iouis. C. de gente suprema. Non solũ a Ioue esse Aeneã ostendit: sed ita a Ioue: vt non per vulgarem parentẽ illi nepos sit: sed per venerem

b Aurea nunc solio stellantis regia coeli
c Accipit: & numerũ diuorũ altaribus auget.
d Dixerat. & dicta Ilioneus sic voce secutus:
e f Rex genus egregiũ fauni: nec fluctibus actos
g Atra subegit hyems vestris succedere terris:
h Nec sydus regione vie: littusue fefellit:
i Consilio hanc oẽs animisq; volentibus vrbem
Afferimur: pulsi regnis que maxima quondã
k Extremo veniens sol aspiciebat olympo.
l Ab Ioue principiũ generis: Ioue dardana pubes
m Gaudet auo: rex ipse Iouis de gente suprema
n Troius Aeneas: tua nos ad limina misit:
p Quanta per ideos seuis effusa mycenis
q Tempestas ierit campos: quibus actus vterq;
r s Europe: atq; asie: fatis cõcurrerit orbis:
t Audiit & si que tellus extrema refuso
v x Summouet oceano: & si quem extẽta plagarũ
y 3 Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
a Diluuio ex illo: tot vasta per equora vecti:
c Diis sedẽ exiguã patriis: littusq; rogamus
Innocuũ: & cunctis vndamq; aurãq; patentẽ:

p Quinta p ideos. S. Ad illud respexit. Auditiq; aduertitis egre cursum: nam non mirũ te audisse: que vniuersus orbis agnouit. D. Quanta: vt cõmiserationem concitaret: narrande erant calamitates: sed remouende erãt more: vt q̃ prius legatiõẽ expõeret. Ergo breuiter illas tangit: q Tempestas. S. vis bellorũ. r Actus. SER. collisus. s Fatis. S. per transitũ: & excusat troiãos: et grecorum laudem minuit. t Audiit & quẽ. C vniuersã hãc sphericã rõem explicauimus in Georgicis: vbi de qnq; zonis meminit. v Tellus extrema. S. vt est Britanie: & omniũ insularũ Oceani. x Refuso. S. refluo vt indicat Luc. Quaq; iacet littus dubium: quod terra fretumq; vendicat alternis vicibus. cum funditur ingens Oceanus: vel cum refugis se fluctib⁹ aufert: & est Homeri. y Et si quem ex pla. S. Audierunt etiam illi qui separãtur zona ea que est in medio quattuor .i. feruens: significat autem antipodas. 3 Plaga ini. S. intemperati: vel ardentis. a Diluuio ex illo. S. ex illa vastitate. Alii hic distinguũt & mutant sensum: vt sit. quos dirimit plaga solis ardentis: ex quo mũdus est cõstitut⁹: hoc ẽ ex quo chaos esse desiit. D. Diluuio nõ bello: Nã ex bello aliquid remanet: ex diluuio vero nihil: nã oĩa tolli

C. Diluuio ex illo. translatio est Fit aũt trãslatio: cũ verbũ ex quadã re transfertur in aliã rem: q̃d propter similitudinẽ recte transferri videtur: vt cũ fiat: aut rei ante oculos ponende: aut augende: aut minuende: aut ornande causa: aut vt obscenitas vitet: aut vt breuiter narretur: hic breuitatis causa posita est translatio. Cum em̃ dixit diluuio ex illo: denotat q̃ quemadmodũ diluuio oĩa ruũt: trahũtur: sternunt euertunturq;: ita in eo bello demonstrat incẽdia: rapinas: depopulatiões: cedes: euersiones: irruptiones: inuasiones: captiuitates: Quapropter vt ex nobilitate gentis & opulẽtia regni sese nobilitaret: et dignos demonstrauerat: quibus sedes dãde essent. Sic huiuscemodi calamitate misericordiã commouet: & metũ omnẽ: ne superbius quid agant submoueat

b Tot vasta. D. post calamitatem belli, durior casus nos excepit. c Diis sedem exiguã pa. S. pia & verecũda petitio. D. Diis sedem ex. Facilem & honestam petitionẽ ostẽdit. Ex cõmemoratiõe autem deorũ etiã hoibus petere videt. Nã que numinibus prębebit sedes cultore neglecto? C. Diis sedem. Cõmendat petitionẽ suam a modestia. d Litusq; ro. Innocuũ. S. non quod nulli noceat: sed cui⁹ vẽdicatõ nlli possit nocere: aliter serpentes innocuos dicimus. D. Littus. vt demonstret quod ad homines pertinet: nec difficile: nec onerosum. C. Innocuum. In quo vobis nullũ afferemus detrimẽtum: nã cum dabũt litt⁹ sterile: nihil ex eorũ libertate iminuet. e Cunctis vndãq; aurãq; pa. S. Ista em cõmunia sunt. f Indecores. S. Decus decor; facit decor decoris: sed hic indecor dicim⁹: hic indecus non possumus dicere: vñ indecores: cũ co breuis sit: aut systole est: aut certe dicim⁹ nõiatiuũ non inueniri. vt ĩ multis nominibus fit: nã indecus lectũ nõ est: quod et melius est. Nã systole sine exemplis fieri non debet. Verecũde autẽ hoc dicit: sua coniunctione etiam ornari italos D. nõ erimus indecores: Noluit dicere ornabimus regnũ: ne sit arrogans. C. Nõ erimus: non solũ non erimus detrimẽto: sed erimus decori. conatur autẽ summũ seruare tẽperamẽtum: ne aut propter nobilitatem: magnitudinemq; nominis Troiani: illorum sotietas periclosa veniat. ne ve rursus propter illorũ calamitates: sint ita afflicti: vt sint contẽnendi: ac ne quęrat latinus: cur non secũdas sedes suas posuerint apud illos: qui eos sibi iungere voluerunt. Repetit Ilioneus qd iã posuerat: fato huc eẽ adactos Troianos. g Abolescet. S. abolebitur: & vsus est inchoatiua forma cũ opus nõ esset. h Troiam. S. Troianos. i Fata p ęneę iuro. S: q iã nouit latinus oraculo. s. fauni p quod audiit externi veniet generi: k Siue fide seu qs &c. S. In his dextra cõprobat fide & virtute. D. Fide. laudat fidẽ: quę necessaria est in societate regni. l Vittas. S. quę religabantur ad ramum. m Huc repetit dar. S: Aeneas: & bene repetit non petit. q si ad sua. n Ingẽtib⁹. S. de his quę magna cõstat fuisse. o Dat prę D. Quõ pterea cũ nihil pri⁹ dederit: sed sic cõiũgẽ misit nos ad te Aeneas: & preterea. i. vltra id qd misit dat munera parua respectu prioris fortunę. p Fortuna parua prioris. S. Bene mediũ tenuit: nam ne laudare videretur ait parua: ne deformare (nã durum est aliquid de infoelicib⁹ accipere) ait fortunę prioris. C. Fortunę par. prio. dicit pua ne sua iactanter laudet. Dicit fortunę prioris: ne viderent contẽnenda: nec caret cõmiseratione hic loc⁹. cũ oñdat: ex q excelso gradu in q humilẽ ciciderint q Receptas. C. cõmẽdat a labore. Sic alibi. Preterea duo; nec tuta mihi valle reperti. r Hoc pater anchises auro libabat ad aras. S: Pateram significat: D. hoc pater. Nã si per se non sint digna: sunt tñ ga taliũ virorum fuerũt. C. Hoc auro. i. vase aureo. & est denoĩatio. Cõmendauerat dona a prisca fortuna: nunc cõmendat ab auctore. s Hoc priami gestamẽ erat S. Diadema dicit: nam sceptrũ dictur⁹ est. t Cum iura vo. C: vt nõ solũ ostenderet Priamũ illo vsum fuisse: sed vsum in maximis celebrationibus. v Sacerq; tyaras. Pileũ phrygiũ dicit. Et sciendũ hic tyaras per vsurpationẽ dictũ. nã hęc tiara dicimus. Meli⁹ ergo Iuue. Et phrygea vestitur bucca tyara. D. Tyaras. pile⁹ est: quo phryges vtũtur: cũ celebrant sacra: vñ sacrum dixit. x Iliadũ. C. ab artificib⁹ laus ẽ. nã pter cęteros mortales phrygũ hunc intexendi artẽ colebãt. vnde phrygiões dicebantur huiuscemodi artifices. y Labor. C. q si dicat industria: quę nõ est sine labore. Optĩe autem post orationẽ adhibuit munera: quia plurimũ ad psuadendũ valet. z Obtutu tenet ora. S. ordo est. Latinus defixa tenet ora: & obtutu. i. intuitu, solo hęret immobilis. a Intentos voluens oculos. S. cogitantis est gest⁹ sic de Bocco Sal. Vult⁹: & oculis pariter: atq; aio varius. D. Intentos oculos. Quod est sapientis cõsilium: nã oculi p diuersa vagantes: secũ animũ trahũt & a fixa cogitatione abstrahũt: Sed si itentos: quõ voluẽs? quia tacitarũ cogitationũ est mouere oculos: cũ animi gẽ⁹ per diuersa rapiuntur: ita quo ierit redieritq; animus: oculorũ signis ostendit. b Regẽ picta mouet. S. qppe regem & hoc est labor Iliadũ. c Sceptra mouent tãtũ. D. q. d. admirabatur quidẽ dona: sed tñ nihil magis curabat: q cõniugiũ filię. Cõmendat aũt regem a sũma prudentia: qui nihil temere constitueri: sed longa ratiotinatiõe cõsiderãdo qui essent troiani: & repetendo oracula Fauni vere cõclusit esse recipiendos Troianos. Ergo tandẽ dixit. i. post diuturnã disputationẽ. d Veteris. C. q. d. veridici: nam ea quę falsa deprehendunt oracula: diu non durant.

Non erimus regno indecores: nec vestra feret
Fama leuis: tantiue abolescet gratia facti.
Non troiã ausonios gremio excœpisse pigebit.
Fata per æneę iuro: dextramq; potentem:
Siue fide: seu quis bello est expertus & armis.
Multi nos populi: multę (ne temne quod vltro
Preferimus manibus vittas: ac verba precãtũ)
Et petiere sibi: & voluere adiungere gentes:
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperiis egere suis: hinc dardanus ortus:
Huc repetit: iussisq; ingentibus vrget Apollo.
Tyrrhenum ad tybrim, et fontis uada sacra numici.
Dat tibi preterea fortunę parua prioris
Munera: relliquias troia ex ardente recœptas.
Hoc pater anchises auro libabat ad aras.
Hoc priami gestamen erat: cum iura vocatis
More daret populis: sceptrumq; sacerq; tyaras:
Iliadumq; labor vestis.

Talibus Ilionei dictis: defixa latinus
Obtutu tenet ora: soloq; immobilisq; heret.
Intentos voluens oculos: nec purpura regem
Picta mouet: nec sceptra mouet priameia tãtũ.
Quantum in cõnubio natę thalamoq; morat:
Et veteris fauni voluit sub pectore sortem:

Nunc illum fatis extrema a sede profectum
Portendi generum: paribusq; in regna vocari
Auspiciis: hinc progeniẽ virtute futuram
Egregiam: & totum que viribus occupet orbẽ.
Tandem letus ait: dii nostra incoepta secundẽt:
Auguriumq; suũ: dabitur troiane quod optas:
Munera nec sperno: non vobis rege latino
Diuitis vber agri: troie ue opulentia deerit.
Ipse modo æneas: (nostri si tanta cupido est:
Si iungi hospitio properat: sotius ve vocari)
Adueniat: vultus neue exhorrescat amicos.
pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte:
Est mihi nata: viro gentis quã iungere nostre
Non patrio ex adyto sortes: nõ plurima coelo
Monstra sinũt: generos externis affore aboris
Hoc latio restare canunt: qui sanguine nostrũ
Nomen in astra ferant: hunc illũ poscere fata
Et reor: & si quid veri mens augurat: opto.
Hec effatus: equos numero pater elegit omni.
Stabant ter centum nitidi in p̃sepibus altis
Omnibus extemplo teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes: pictisq; tapetis:
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro. fuluũ mandunt sub dẽtibus aurũ.
Absenti ænee currũ: geminosq; iugales:
Semine ab ethereo spirantes naribus ignem:

e Portendi. S. porro tendi: p̃duci significari. f Paribus auspiciis. S. pari potestate: & tractũ est ex comitiis: vt diximus supra. g Tandem. D. post diuturnã cogitationẽ. h Letus. D. quia respexerat foelices exitus. i Dii nr̃a. incoe. secũ. S. Antiquo more locut⁹ de publicis rebus .i. de pace & nuptiis filie: & de regis nuptiis: facit añ deorũ cõmemorationẽ: sicuti etiã in oibus Catonis traditionibus legimus. Hinc est in diuinatione. Si quid ex veteratione est Iouem ego maximũ optimũ: Ipse etiam Virgi⁹. Prefat⁹ diuos solio rex infit ab alto. D. Nostra incoepta. q̃d magnopere desideramus compleri optamus: hoc optatum p̱tinet ad nuptias filie: de quibus diutius cogitauerat. k Auguriũ. S. propter que dicta sunt supra. l Quod optas. S. i. pax. D. Quod optas. breuis: sed plenissima promissio. m Nec sperno. S. quia dixerat fortũe parua prioris. Et est lyptotes id est libẽter accipio. n Vber agri. S. vbertas alibi. Pecori & vitibus almis. Aptius vber erit. Et est maior petitione p̱missio Nã littus illi petierãt. C. Diuitis vber agri. liberalitas: simul & benignitas oñditur regis; qui sterile littus petentibus fertiles pollicet̃ agros. o Troiẽue. D. Nam nomẽ Ilionei cogitabant. p Pacis erit. S. foederis ab eo quod sequit̃ id q̃d precedit. q Tyrãni. S. grece dixit regis: nã apud illos Tyranni & regis nulla discretio est: Licet apud nos incubator imperii Tyrannus dicatur. Declinat̃ aut hic & hec tyrannos. D. Tyranni. hoc nomen posteribus seculis infamatũ est: nã reges q̃z tyranni dicebantur. r Est mihi na. S male multi arguunt Virgi. q̱ latinũ vltro induxit filiã pollicẽtẽ: nec oraculũ considerantes: qa Italo dari nõ poterat: nec ænee meritũ: quẽ decebat rogari. Teren. Hac forma impulsus Chremes vltro ad me venit vnicã natã suã. Hesiodus etiam περι τϖν γυναικϖν. inducit multas heroidas optasse nuptias virorũ fortiũ. D. Est mihi nata. Verecũda oblatio: & aduersus omnẽ exprobrationem munita: ne forte illud dici posset Terentianũ. aliquid mõstri alũt: & q̃ niã nemini obtrudi p̃t: itur ad me. C. Est mi. na. Ingẽs affectus paternus iubet illũ vltro afferre connubiũ q̃d esset ab ænea petendũ: sed cũ p̱pter monstra iã decreuisset filiã externo cõiũgere aduẽtũ aũt externorũ rarũ eorũdẽq; virorũ excellẽtiũ rarissimũ esse cognosceret: erat anxius: ne tãtã occasionẽ fortune iniquitate omitteret. s Sortes. S. abusiue p oraculis posuit. t Plurima coelo. Mõstra sinũt. S. aut p augmentũ dixit: aut & alia visa intelligamus: nã duo nõ sunt plurima. v Hoc la. re. ca. S. Hoc Italie manere significat: nã sic dicim⁹ hoc mihi restat. id ẽ manet me illa res. x Qui sanguine no. Nomẽ i as. fe. C. ostẽdit id m̃rimonium Troianis q̃z gloriosũ fore. y Et reor & opto. C. vt p̱terq̃ q̃d fatis ad hoc ducitur etiã beniuolo aio & amico moueri videatur. z Mens augurat. S. Auguro dicimus secũdũ Plicũ p̃sagio mentis futura colligimus: auguror vero tũ cũ futura veris captamus auguriis. a Opto. D. ad laudẽ ænee. b Numero omni. S. i. tercentũ: & perite dixit: nã in legione nõ nisi tercẽti equites erant: que habebãt sexmilia virorũ: p q̃d oñdit habuisse vnã legionẽ latinũ vñ & alibi. Tercentũ scutati oẽs volscẽte magistro c In presepibus altis. S: multa nõ p̱pter se: sed propter aliud dicũtur: nã et p p̃sepia alta: equorũ magnitudo monstrat̃ Homerus. παχυπεπλους. id ẽ p longas vestes d Extẽplo. C. Cupiebat vti occasiõe de teucris: q̃ primũ: ergo celerrime remisit: & q̃niã viros fortes illos putauit: muneribus q̃ ad fortes viros pertinẽt donauit. Est aũt moralis sensus: vt cũ fortuna sese nobis offert eã q̃ primũ accipiam⁹: ne cũ paulopost ea auolauerit frustra illã inquiram⁹. e Ordie. S. p meritis singulorũ. f Instratos ostro. D. Stratis purpureis ornatos. C. Instratos o. i. habẽtes stramẽta purpurea. dicũtur eñi stramenta selle in quibus in equis insidem⁹: qm̃ eq̃s sternãt. i. eorũ terga exequẽt: q̃ mollius residem⁹. g Tapetis. S. Secũdo declinatur: hoc nomẽ tapetũ tapeti vt hoc tẽplũ tẽpli. Vnde est pictisq; tapetis hoc loco. Itẽ hoc tapete: vt hoc sedile sedilis. Vñ est. Qui forte tapetibus altis extructus. Declinat̃ aũt grece ὁ τάπης τοῦ τάπητος: Vnde est. pulchrosq; tapetas. h Demissa mo. pẽ. S. Suspendẽda p̱nũciatio: & ambit⁹ maior est. Nã monile nõ nisi hoĩm dicim⁹: q̃ nũc ad laudẽ p phaleris posuit. D. Monilia: ornat. In formã mulierũ. miũ aũtẽ beniuolentie in Troianos signũ. Nã q̃ pedib⁹ venerãt: non

debebant ad futurũ gene rũ: nisi equites redire. Ae neq; vero mitt t bigas. ho noris virtutisq; causa. Ho noris: vt curru vectus ad socerũ: cũ dignitate veni ret: Virtutis: quia cur⁹: & equi instrumẽta bellorum sunt: & ne ad generũ po tentissim⁹ rex leue donũ

Illorũ de gente: patri quos dedala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.
Talibus æneade donis: dictisq; latini
Sublimes in equis redeunt: pacemq; reportãt.

est Dedala te'lus.
l Nothos. S. materno ignobiles genere. Est autẽ nomẽ hoc grecũ: nã latie queadmodũ dicas nõ est.
m Furata creauit. CRI. mpta ab antiquis mutua tus est Virgili⁹: verũ multa etiã ex se configurauit: vt cũ dicit: tepidaq; recentẽ

mittere videret: eqs mirifice laudat. i Dente. S. de equis abusiue dixit: quod est hominũ propriũ k Patri quos dedala circe. S. Et hoc fingit eã fecisse. Tractũ aũt est de Ho me. qui tales equos habuisse inducit anchisen. Et bñ est cõ positũ ad id quod supra ait: Troie ue opulẽtia deerit. D. De dala viuacissimo ingenio. vt Dedalus fuit. C. Dedala. inge niosa: & que sũmo artificio sit predita. Nam δαιδάλειν: ornare & variari grece dr. Sumpsit aũt a Lucre. apud quẽ cede locum. cũ locus tepidus cede receti dicendũ sit. Et alio loco: cesserunt equore iussu. i. ipsi iussi. Sic igit dixit hic Sup posita de matre nothos furata creauit. i. furtim. i. clam patre supponẽs matrem. s. equã. equos solis creat. i. creari fecit hos equos nothos. i. quorũ mater mortalis: pater vero diuinus esset: nã proprie nothi dicũtur: quos nobilior pater ex igno bili matre creauit. n Donis dictisq;. S. Eqs & pacis nu ptiarũ pmissiõe. D. Donis. ppt eqs. dictis nã q; pacẽ reportãt.



o Ecce autem. C. hec di ctio semper rem improuis sam: neq; ante aĩaduersã: significat. ergo in maiorẽ perturbationẽ ex impro uisa Troianorũ foelicitate incidit Iuno: nã vt oñdit Cicero in tusculanis: et vt disputant Stoici: oĩa ipro uisa videntur maiora: qa quãta sint que accidũt: cõ siderandi spatiũ non datur.

Ecce autem Inachiis sese referebat ab argis
Seua iouis coniunx: aurasq; inuecta tenebat:
Et letum æneã, classemq; ex ethere longe
Dardaniã: siculo prospexit abusq; pachyno:

dã nũc super argos arat: Fuit & haud longe ab A thenis: quod a siti Dipsõ dictũ est: apud quos erat magna societas inter eos qui vno puteo vtebãtur: Vnde & fratrias dixerũt ἀπὸ τοῦ φρέατος. quas tr bus vocamus: Et notã dũ vbicunq; bonus seqt euentus Troianos: Iuno re

p Inachiis sese referebat ab argis. S. bñ Inachiis. Nõ eñ est vna argos. Fuit eñ et in Italia quã Diomedes condidit: que primo argi: post Agyrippa: post Arpi dicta ẽ: fuit & in Thessalia. Luc. Vbi nobile quõ mouetur & cõgrue: quasi numen inimicũ: quod pñs pos set nocere. q Seua Iouis. C In troianos: nã a iuuãdo di citur Iuno: vel Seua. i. magna. r Aurasq; infecta te. S. p elementũ suũ ibat. s Et letũ. C. Nã quid durius inimi

q deg eē potuit: quā videre ænea letū molietē mœnia. s Abusq. S. Abusq & adusq vsurpatiue dicim⁹: pposito eñ nō aduerbio iūgit̄: nec ppositiōi. vsq aūt aut ppositio est: aut aduerbiū. t Iā fidere terrę. SER. vt. & fidere nocti. v Stetit. S. quod solet esse cogitantiū. x Quassans. C. Quod irascentis: & minantis est. y Effudit. C: Nullo ordie: aut rōne emisit: eo eñ ferebat̄: quo ira dolorq raperet. z Pectore dicta. C. Quę ex imis sensibus prouenirent. a Heu stirpē. C. Omnis oratio pathetica pceps & abruptū initiū habet: qm̄ irat⁹ nō rōne ducit̄: sz variis irarū fluctibus pcipitatur. Sic est illud proh Iuppiter ibit: & quid me alta silentia cogis rumpere. Itē: mene incœpto desistere victā. Verum psens orō non solū principium habet abruptū. sed vniuersa breuibus sentētiis et crebris sentētiarū mutationibus in pceps fert̄ velut inter ęstus iracūdię fluctuet. Incipit igit̄ ab exclamatione quā gręci ἐκφώνησιν dicūt: quę nō solū sūmū dolorem indicat: sed extremā q̄z desperationē: qua etiā magis dolet: q̄a fidet fatis suis: quę regina deorū sit: audere troianos homines exules fata sua opponere. Deinde breues sequunt̄ interrogātiūculę. b Fatis S. volūtatibus. D. Fatis contraria. qui cōtrariis fatis nascunt̄ imortales inter se inimicitias exercēt. Cōfirmat etiā deos fatis agi: dolet igit̄ q debuissent timere fata Iunonis Troiani: & nō timuerunt: dolet q supiores euaserūt: & quicquid cogitare potuerit vicerūt.

c Nū sigeis. C. dolet eñ cū superati fuissent: cū eorum vrbs incēsa: tñ habuisse facultatē euadendi: neq per tuta: sed per medias hostiles acies. d Nū capti potuere capi. S. Cū felle dictū est. Nā si hoc remoueris erit oxymoron: dicit aūt quę cōtigerūt nō videri contigisse. quia nō obfuerūt. Capti aūt capi: sic dixit: vt & Cicero: vt in vberrima Sycilię parte Syciliā quęrem⁹. e Medias acies. D. Per gladios: & p ignes nō extremos: sed medios: quib⁹ nulla possent esse grauiora picula. C. Medias acies Hipbole est. f At credo mea nu. S. Nec fatigata destiti. nec satiata requieui. D. At credo nō eñ fessa sum odiis: nec quieui saturata. C. At credo. Ironiā ponit. g Patria excusos. S. Satis signate locutus est. h Per vndas au. se. C. Ausus suos .in efficaces cōquerit̄. i Me opponere ponto. S. plus est q̄ si diceret: tēpestate. Me autem: per perisologiā: imbres: tonitrua: tēpestates. k Absumptę in teucros vires. C. Alia hipbole: deinde adiungit dispersas querelas: & cū interrogatiōe: quę orationi maiorē affert grauitatē: est itē repetitio quid: & quid est dissolutū: nā breues & cōcisę clausulę sine copula pferuntur. l Aut Scylla mihi. S. Bñ mihi. ac si diceret. et iā q̄ p suā natura solēt nocere me rogāte minime obfuerūt. m Profuit: C. q. d. id q̄d; ceteris rē oēm absoluisset: mihi ne minia q̄dē parte profuit. n Cōdūtur tybri. al. S. Cōdi pprie dicuntur: qui sibi statuūt ciuitatē. cōdūtur ergo: sedē stabilem locant: & sunt pprie verba: q̄ nulla rōne mutant̄: vt sacerdotes creari: virgines rapi dicim⁹. C. Optata cōdūt t. a. potest sine extremo dolore recordari: q nō mō pericula illis ab ea obiectis euaserūt: Verū etiā in terras fatales incolumes peruenerant: nec tñ dolet in Italiā peruenisse q̄tum q tyberino flumine purificatus se etiā sacris placare posset: o Pelagi. S. propter illud Sz terrę grauiora manēt. p Mars pdere gē. S. Bñ belli & vastationis quęrit exēpla i reb⁹ hui⁹cemodi: sicut in primo naufragii. ¶ Pirithous Lapitharum rex: cū vxorē duceret vicinos populos centauros etiā sibi cognatos excepto marte ad cōuiuiū vocauit: Iñ iratū nūq imisit furorē q̄ centauri: & lapithę in bella venerunt. D. Mars perde. gen. ab exemplis iras suas accendit: & ōndit miores deos a d plenū se defendisse. Cōparat causas: delicta: et psonas. C. Mars pdere gētē: a minori argumentū est: q̄ quidē re quid illi durius eē pt: vt mioribus diis licuerit: quod sibi nō licet. q Cōcessit. S. aut ideo dixit: vt ōnderet minora numina nisi impetrauerint nō posse nocere. Stati⁹ de venere. Infādū iratę ɔcessit hōorē. r Antiquā genitor ca. d. S: Oeneus calydonis rex de primitiis oibus numinib⁹ sacrificauit: excœpta Diana: quę irata aprū immisit: q cuncta vastabat: dōec a melegro occideret̄. s Quod scelus ɀc̄. S. hęc est vera lectio: sic & casus pcedit: vt vterq ablatiu⁹ sit: Nā si calydōe legas: vitiū erit: nec sensus pcedit: scelus aūt p pęna posuit: ab eo quod pcedit id q̄d sequit̄. vt scelus expendisse merentē. t Ast ego: C. q̄to hęc dolore pfert: vt maxima dearū cū nihil inausū reliquerit: cū se ad oia cōuerterit. tñ ñ mō nō potuit pdere æneā: sz dic̄ ab illo se vici. v Quę potui in. S. i. nocēs: vt cōtra. Sis fœlix. i. ppitia: vt ēt diximus. sup. v Vincor ab ænea. D. Nomē ppriū p cōuicio posuit. q. d. ab vno eodēq inertissimo. y Quod si numina. C. Quod irascentis ppriū est: cōfirmat se ad nocēdū: & q̄uis despet pficere rē posse: tñ ipedire cōtēta est. Admonet aūt in hoc loco poeta quātū in mentib⁹ nr̄is furor valeat: cū cogat eos etiā q maximi sunt descendere ad oēm indignitatē: neq decoris sui rōnem habere: imo sui ipsi⁹ obliuisci: & omni rōnis luce extincta qua soli hoies sumus: solo furore: q immaniū bestiaꝝ est ferri. Vñ non pudet etiā inferis supplex fieri: & quod sūmę stultitię est: quod desperat perfici posse: tñ ipedire cōanta est: & saturat irā verbis: quādo ipsa re nō pōt. & cū indignatione pfert. z Implorare

Moliri iam tecta videt: iam fidere terrę:
Deseruisse rates: stetit acri fixa dolere.
Tum quassans caput: hęc effudit pectore dicta.
Heu stirpem inuisam: & fatis cōtraria nostris
Fata phrygum: nū sygeis occumbere campis:
Num capti potuere capi: nū incensa cremauit
Troia viros: medias acies: mediosq per ignes
Inuenere viam. at credo mea numina tandē
Fessa iacent: odiis aut exaturata quieui:
Quin etiā patria excussos: infesta per vndas
Ausa sequi: & pfugis toto me opponere pōto.
Absumptę in teucros vires: cœliq marisq.
Quid syrtes: aut scylla mihi: q̄d vasta carybdis
Profuit: optato cōdūtur thybridis alueo:
Securi pelagi: atq mei: mars perdere gentem
Immanem lapithum valuit: concessit in iras
Ipse deū antiquā genitor calydona dianę:
Q̄d scel⁹ aut lapithis tātū: aut calydōte merēte:
Ast ego magna iouis coiunx: nil linq̄re i nausū

Quę potui infœlix: quę memet in omnia verti
Vincor ab Aenea: quod si mea numina nō sunt
Magna satis: dubitē haud equidē īplorare quod vsq; est.
Flectere si nequeo supos: acheronta mouebo.
Non dabit regnis: esto: phibere latinis:
Atq; immota manet fatis lauinia coniunx.
At trahere: atq; moras tātis licet addere rebus:
Et licet amborū populos excindere regum:
Hac gener: atq; socer coeant mercede suorū.
Sanguine troiano: & rutulo dotabere virgo:
Et bellona manet te pronuba: nec face tantum
Cyssęis pregnans ignes enixa iugales:
Quin idē Veneri partus suus: & paris alter:
Funestęq; iterū recidiua in pergama tędę.
Hęc vbi dicta dedit: terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto dirarū a sede sororū:
Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella
Ireq; insidięq; & crimina noxia cordi:
Odit et ipse pater pluton: odere sorores
Tartareę monstrū: tot sese vertit in ora:
Tam seuę facies: tot pullulat atra colubris
Quam Iuno his acuit verbis: ac talia fatur
Hūc mihi da ppriū virgo sata nocte laborē:
Hanc operā: ne noster honos infracta ue cędat
Fama loco: neu cōnubiis ambire latinum
Aeneadę possint: italosq; obsidere fines.
Tu potes vnanimes armare in prœlia fratres:
Atq; odiis versare domos: tu verbera tectis:
Funereasq; inferre faces: tibi nomina mille:

quodusq; est. S. ac si diceret. etiā humilia. Qđ autē Iuno vbiq; alieno vti ītroducit auxilio: physicū est: natura em̄ aeris p se nihil facit: nisi aliena cōiūctiōe: ventorū. s. qui creant nubes: & pluuias. a Nō dabit re. zc. C. Deinde cū quadā voluptate: & hostili insultatiōe addit. At trahere et reliq̄. Iratorꝝ em̄ ē tali iurgio vti. b Atq; moras tātis licet addere rebus. S. Oñdit deos retardare fata: non penit⁹ tollere: vt decēq; alios Priamū supesse p annos. Quę aūt dicit etiā a Creusa dicta sunt: vt regnūq;: & regia cōiunx pta tibi. c Et licet am po. ex. D. magnū factiosę inimicitię cōsiliū vt dissiparet populos: cū regū concordiā nō posset rūpere. Cōuertit āt ad virginē: veluti ipsa cū ænea aliquid egisset. d Sanguine troiano. S. ambitiosā execrationē. e Et bellona. C. Nō em̄ ego ad cuius numē hoc ptinet ero pnuba: sed bellōa q̄ dea belli est. Enio gręce dr̄ furor bellandi: cuius sacerdotes instituebāt iuuenes: et robusti: et qui comā nutrirēt: in annuo sacrificio ictu ferri percutiebāt sibi lacertos brachiorꝝ: sed antiqui sacerdotes secabāt sibi brachia: quā cōsuetudinē seruari suo tēpore iussit Anthoni⁹. f Nec fa. tā. S. tātūmō. C. Nec face tm̄. Mai⁹ ergo incēdiū ex his nuptiis parat italię: q̄ ex ortu paridis paratū est ex q̄ ois Troia periit. g Cyssęis. S. regina Hecuba. filia (secūdū Euripidē) Cyssei: quē Enni⁹. Virgi. z Pacuui⁹: sequūt. Nā Home. Dimātis dicit. hęc se facē parere in somnis vidit: et parim creauit: q cau sa fuit incendii. ergo nunc hoc dicit. talis erit veneris partus. Nā sicut p Parim Troia cōsumpta est: sic p æneā reliquię Troianorū: Cōparatio autem iniuriosa: nam veneri Hecubam: Paridē ænec: Helenā lauinię comparat. h Iugales. S. ꝯiugales. in mr̄imonio cōceptos. i Idem S. similis. k Funestęq; iterū zc. S. Sic tędę recidiuę: vt pgama. l Hęc vbi dicta dedit. C. Iuno quę ambitio est: nō excitat furorem nisi terras petat: nā ex rerꝝ terrenarꝝ cupiditate furit ipa ambitio: mouet aūt ab inferis tenebris: qa ab appetitu pturbato: q̄ ps animi corpea ē: a q̄ pueniat ois furor. Furori autē sp placet bella: & insidię: et omnia scelera. Hanc et Pluto: et sorores oderunt: nā nō solum bonum oderunt furiosi: sed etiā mali.

m Horrenda. D. ex causa magnę iracundię vehemēter cōmota: descriptio autē Alectos ostendit eā esse aptam tāto negocio. n Luctificam Alecto. S. grecus accusatiuus huius declinatōis tres casus vsurpāmus: genitiuū: videlicet vt electus: nominatiuū et accusatiuū: vt alecto. o Odit et ipse pa. plu. S. Venerationis est pater: nā furię: acherontis et noctis filię sunt. p Tot sese vertit in ora. C. Sequit Euripidē in Horeste: qui fingit furias vertere se in varias formas: modoq; appellat fortunā: mō fatū: mō necessitatē. q His acuit verbis. S. Incitauit: et instigauit ei⁹ insaniā.

r Hūc mihi da p. S. aūt tibi aptū: aut certe ppetuū. Indefessū vsq; ad finē pducēdū. Et sciēdū furię nihil p p̄mio dari: qa prestat hoc ipm furię: vt bella cōmoueat: et vt dicat ē defēdisse Iunonē. DO. Da ppriū. Da nō p̄catur: sed imperat: vt sit iō personarū: Propriū. q̄ nō laborabis: qa nihil peto aliēnū a te. C. Propriū: Nam q̄uis furor oib⁹ ardētioribus cupiditatib⁹ insit: tū nulli maior ē: nec magis ppri⁹ q̄ ambitiōi. s Infracta. S. vt valde fracta: aut q̄ fuit añ hac semp infracta: vt in. xi. Turnus vt īfractos aduerso marte latinos. t Cędat fa. lo. S. Vicat. Cicero. loco ille motus est cū ē ex vrbe depulsus. v Ambire latinū. S. amplecti circū retinere nec ob ambitū hoc dixit. nā ambio ad illū dicimus non ambio illū. x Tu potes vnani. ar. S. A maiore ad min⁹. C. Vnanies oñdit q̄d petit facile ab ea p̄stari posse: arguit eī a minori. q̄to em̄ magis accēdet latinos ꝯtra externos: cū posset fr̄es hacten⁹ vnanimes iter se cōcitare: neq; est q̄ exēplū petam⁹ ab Atreo & Thyeste: aut ab Etheocle et Pollinice: nā in omni seculo innumeri inueniuntur.
y Versare domos. SERVIVS. vertere: et vsus est frequentatiuo ad vim augendum.
z Tibi nomina mille. SERVI. facies: vt Et sine nomie corpus: Mille autē secundū Euripidē in cuius tragedia dicitur



Furias non esse vnius potestatis: sed plurimarũ ita factũ secundum necessitatẽ. ita Asper. D. ꝑ nomina formas ondit. in quas cõuersa mutabat: quod poterat vocitari. C. Tibi nomina mille .i. potestates.

Mille nocendi artes: [a] fœcundũ concute pectus:
Dissice [b] compositam pacem: [c] sere [d] crimina belli:
Arma [e] velit: poscatq; simul: rapiatq; iuuentus.

vt ex fatis alia rursus fœcũde pullularẽt.

d Crimia bel. S. causas: vt crimẽ amor vestrum. e Velit. D. plus velle, est q̃ cogi. Velit: primo dein de poscat: & si non detur apiatx. nam rapit: qui sine iuben-tis auctoritate inuadit. CR. Velit. cupiat: sed cum multi velint ferre arma: & tamen non audeant a ducibus poscere: adiunxit poscat. Multi etiã cum poposcerint: si de negetur: non audent rapere. addidit rapiat.

a Fœcũdũ concute pectus. SER. Plenũ malitię efficatię: D. Fœcũdum. nocendi artibus redundans. Solicita autem in causa sua sępius rem cõmendat: ordinatum autem conciliũ est. Prio em̃ fœdꝰ vertẽdũ fuit: vt via pateret ad bellũ. b Cõpositã pa. S. quã sup̃ latinꝰ dederat. c Sere. D.

Exin gorgoneis Alecto infecta venenis:
Principio latium: & laurentis tecta tyranni
Celsa petit: tacitumq; obsedit limen Amatę.
Quā super aduentu teucrū: turniq; hymeneis
Fœmineę ardentem curęq; iręq; coquebant.
Huic dea ceruleis vnū de crinibus anguem
Cōiicit: inq; sinū precordia ad intima subdit:
Quo furibūda domū monstro pmisceat oēm.
Ille inter vestes: & leuia corpora lapsus:
Voluitur attactu nullo: fallitq; furentem:
Vipeream inspirans animā: fit tortile collo
Aurum ingens coluber: fit longe tenia vittę.
Innectitq; comas: & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno:
Pertemtat sensus: atq; ossibus implicat ignem
Nec dū animus toto percœpit pectore flāmā:
Mollius & solito matrum de more locuta est:
Mlta sup nata lachrymās: phrygiisq; hymeneis.
Exulibus ne datur ducenda lauinia teucris:
O genitor: nec te miseret nateq;: tuiq;:
Nec matris miseret: q̄ primo aquilōe relinquet
Perfidus: alta petens abducta virgine predo.
At nō sic phrygius penetrat lacedemōa pastor:
Ledeamq; helenam troianas vexit ad vrbes:
Quid tua sancta fides: quid cura antiq̄ tuorū:
Et consanguineo tociens data dextera turno:

g Exin. S. ordinis aduerbiū. D. Exin. ex eo momento: h Gorgoneis. S. Sęuis pessimis a Gorgone. D. Gorgoneis fuit a forma qua fingitur gorgone. i Tacitum. S. pro tacite. D. tacitum sine strepitu: qn̄ in mœrore iacebat cū audiret filiā dandā Aeneę: vt ipsa tacita: vt facinus nescienti obtemperet. C. tacitum. clanculū nō sentiēte illa. k Obsedit. S. bene obsedit: quasi quę in sidiabatur. l Super. C. i. de. & de propter significat. Cicero. Cupio hoc mřcis de causis. i. propter multas causas. m Fœmineę. C. q. d. maxime. Nam femineus sexus propter imbecillitatē impacientior est i omnib⁹ perturbatiōib⁹. Hinc paulo infra: vt rabiem vehementer ostendat: canes fœminas ponit. n Curęq; iręq; coquebant. S. peruerso ordine respōdit: nā ira in troianos est: & cura de nuptiis: & primo ad aduētū teucrorū dixerat. C. Curęq; irę q; nā cura quā cupiebat de filia irā in troianos excitabat: Vsus est autem plurali numero: vt eas perturbationes vehementiores ostēderet. o Huic dea ceruleis. S. figura per hypbaton: Nā q; talis est ordo: huic dea vnum anguē in sinū coniecit: & vsq; ad itima subdit precordia quę sunt loca cordi vicina: quib⁹ sensus percipitur. Anguē aūt iniecit partem sui. i. furoris. p Vnū. D. quia vnū ad perditionē presentium arbitrata est satis esse. q Inq; sinū. D. Sinus dicitur qui potest aliquid excipere: & tenere. r Precordia. C. optimū elegit membrū: vt videbis vbi expressimus: quid esset precordia dictum est. s Leuia. S. pulchra. t Attactu nullo. S. Sine morsu. v Fallitq; furentem. S: Iniicit furorem sine accipientis sensu: furentē aūt: vt furore teneatur: nā nōdū furebat. C. Fallitq; fu. Nam ita furtim iniicit furorem: vt cū illa fureret: tñ nō aiaduerteret: vnde sit ille furor. x Vipeream animā. D. Pulsa. s. humana. C. Animā. i. anhelitum: sic in Georgi. Animas: & olentia medi ora fouent illo. y Tęnia vittę. S. Tęnia ē vittarū extremitas. D. Tęnia. s. vitta. z Vdo. S. s. veneno. hypalage i sensu veneno vdo quod est de vdo corpore: nāq; serpentum vda sunt corpora adeo vt qua eunt viā humore designēt. a Solito matrū de more. S. iracunde: nā hoc est de matrū more mixta aspirate loquebatur: nam paulopost vero furore quatietur: C Matrū de more. Ita loquebatur: vt amorē maternū exprimeret: & cuncta quę quęretur: inde prouenire videretur: nō autem a furore: vt paulo post. b Multa. C. pro multum. c Exulibus ne datur. S. propter dissuasionem significate loqtur. exules vocās eos: quia propria regna repetebant. D. Exulibus ne datur. Non fuit vtēdum principio: nam nec beniuolus reddendus erat qui esset pater: nec attentus q̄ de re esset sollicit⁹: nec docilis: cū causam sciret. Incipit ergo a questiōibus deformans negocium: et ita agit cum marito quē reuereri oportuit: vt suadere potius q̄ reprehendere videatur. Sūt ergo argumēta. Nullus postulat. Pater ingerit. Erit in naui thalamus filię. quando datur ei qui perpetuis erroribus damnatus est. omnis vita ducetur in fluctibus: nulla coniugis gratia: nullum decus vxoris: quam pater non tradidit: sed abiecit non amplius visurā: ergo non propagatio sanguinis: sed orbatio est. & domus nostrę solitudo ppetua. Antea autē gesta: exempla sunt perfidię ipsorum. Est autem maximū scelus rumpere fidem. d Ducenda. S. abducenda. CRISTO. Ducenda: arguit a damno q̄ filia detur illi qui paulo post abducturus sit. Et hoc facit verisimile: quoniam sit exul: neq; propria s sedes habeat: quo se recipiat. Item a turpi: quoniā cōtra ius atq; fas eripiatur. e O genitor nec te miseret natę. CRISTOFE. ad ad quem potissimum pertineat filię cauere. f Nateq; tuiq;. CRI. id agis: quod nemini prosis omnibus noceas: namq; cū rapietur a conspectu parētum virgo: & nos & illa in miseriam rapiemur: nec frustra id adiunxit. g Nec matris miseret: q̄ primo aquilōe relinquet. CRISTOFERVS. Nam impatientius ferūt hęc incomoda matris q̄ patris vnde repetiuit miseret: h Predo. SERVIVS. Quasi piratam ducit hominē diu in mari morantē. CRISTO. quod facile coniici potest: ex eo q̄ diu per diuersa maria versatus sit. i At non sic phrygius penetrat lacedęmona pastor. SER:

Legitur & an nō: sed hoc absolutum est. Si autem legeris: at. copulatiua particula est ad ornatum solum pertinens. Hora. At o deorum quicquid ī cœlo regit terras: et humanū genus. CRISTO. At nō: maximā vim habet hoc exemplum. Facit eñ credibile hoc in Aenea cum de more illius gentis sit rapere aliena. k Et cō sanguineo Turni. SER. Filius eñ Venilię amatę sororis: DO. Turno. Respōsa deorum sunt cum maxima cautela consideranda: quia implicita sūt & inuoluta.

l Si gener externa petit̄ de gente latinis. S. De qualitate transit ad finem. nā vult Turnum extraneum esse: diffiniri per callidā argumentationem: quia imperso latini non subiacet: cum oraculum de latinis omnibus cauerit. Postea etiam huic occurrit. Turnum grę cum esse ab acrisio cōmemorans: ꝑ quod duas res latērer agit: Nā dicēdo originē ꝯsiderādā: docet Turnū gręcū esse ab acrisio: æneā latinū a Dardano: C. Si gener externa petitur de gēte latinis. Cōfutatio eorum: quę obiici possent de futurorum iussu.

m Premunt iussa. SERVI. vrgent: in hoc compellunt.

e Vrbi. S. Troię quā fecerat Aeneas castrorū in morem. f Maculis quem thratius albis. SER. Nouę albas maculas dixit: cum proprie macularum sit hęc natura: vt obscuritate sua albū aliquid infuscent. g Cristaq; tegit galea aurea rubra. SER. Duo ablatiui sunt: & duo nominatiui: quos metrica ratione discernimus: Nam & rubra crista longę sunt vltimę: quia ablatiui sunt. Sane huiusmodi versus pessimi sunt: h Iaculum. DO. Dedit principiū pugnę: id ei signū fuit an qd nulli licebat arma mouere. i Principiū pugnę. S. Hoc de Romana solēnitate tractū est: cū enim vellent bellū indicere pater patratus: hoc est princeps foecialium pficiscebat ad hostium fines: & prefatus quedā solennia clara voce dicebat se bellum indicere ppter certas causas: aut qa socios lęserant: aut qa nec abrepta animalia: nec obnoxios reddiderāt: & hęc clarigatio dicebat a claritate vocis: postq; clarigationem hasta in eorū fines missa indicabat iam pugnę principium.

k Clamorē exci. so. S. Legitur et clamore. Si clamore sensus erit tal. hastę iactum socii clamore comitant. Si clamorem: intelligimus Turni eos clamorē excepisse: & cū fremitu eum sequunt.

l Inertia corda. S. nō re uera: sed sicut hostib⁹ videbatur. m Aditumq; per auia quęrit. S. Etiā per auia sane exprimitur Turni violētia: nā viam p auia nullus requirit. n Ad caulas. S. munimenta et septa ouium: Est ei grecum nomen. c. detracto. Nam greci aulas vocant animaliū receptacula.

o Nocte sup me. SER. vltra mediā noctē. i. maiorem eius partem: & est bōa elocutio p Sylepsim: vt si dicas legi noctem super mediā. i. vltra mediā noctem. nulla enim sylepsis est: quę nō & casus mutet. & egeat subauditione: vt hāc ego nunc ignaram huius quodcūq; pericli. p Improbus ira C. quē ira facit iprobū: id est insaciabilem:

q Sęuit in ab. S. Fantasiam sęuitię exp̄ssit: qa & lupi circa caulas fremunt vt in ipsis animalib⁹ solēt.

r Ex lōgo rabies. SER. absoluta elocutio: vt si dicas ille fame fatigatur ex longo. s Siccę. CRI. scilicet fauces. i. ex ardore: qui pueniт: ex sanguie arescūt fauces. t Tuēti ignescūt irę. C. cum ei tueant monumēta inexpugnabilia excandescit: qa desperat expugnationem.

v Dolor ardet. C. quia puenit ex ira. Ira eni est accensio sanguinis ad vindictam sumēdam: ergo ardet: quę vindicta: si desperatur gignit dolorem.

a Et qua via clau: S: Qua aduerbiũ loci est: nõ pnomẽ: Nam nõ cõstat versus: si via septim⁹ sit: nõ ntũs: Ergo q̃ via. i. p quã ptẽ vię vallo Troianos excutiat. Legit tñ et quę via: et est sensus absolutio. y Excutiat. C. videbat em̃ posse supari troianos: si ex castris pdirent: sed desperabat ipsos posse elicere.

homo: hęc viderat aut audiuerat: sed musę poetã docuerūt: l Berecyntia magnũ. S. Mater deũ a monte Phrygię berecynto: cui⁹ vltima syllaba caret aspiratõe: quã addimus quotiens montẽ deli cynthũ dicimus. Est aũt tenuis ista discretio: quib⁹ nominib⁹ subtrahi debeat aspiratio: nam ecce Ripęi montes Archadię nõ scribunt cũ aspiratione: quã addim⁹: q̃tiẽs Ryphęos mõtes Scythię significamus. m Da nate petẽti. S. ac si diceret ei quę iubere debuerat. DO. Da. Imperatiua vox ostendit parentis. Nate: quod nomẽ ad imperandum multũ valet.

Qua temptet rõne aditus: & qua via clausos
Excutiat teucros vallo: atq; effundat in ęquor:
Classem que lateri castrorũ adiuncta latebat:
Aggeribus septam circũ: & fluuialibus vndis:
Inuadit: sociosq; incendia poscit ouantis:
Atq; manu pinu flagranti feruidus implet.
Tum vero incũbunt: vrget praesentia Turni:
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris:
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Theda: & cõmixtam vulcanus ad astra fauillã.
Quis deus o musę tam sęua incendia teucris
Auertit: tantis ratibus quis depulit ignes:
Dicite: prisca fides facto: sed fama perennis.
Tẽpore quo primũ phrygia formabat in Ida
Aeneas classem: & pelagi petere alta parabat:
Ipsa deum fertur genitrix berecyntia: magnum
Vocibus his affata Iouem: da nate petenti
Qđ tua cara parẽs domito te poscit olympo:
pinea sylua mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa: quo sacra ferebant:
Nigranti picea: trabibusq; obscurus acernis:
Has ego dardanio iuueni cum classis egeret
Lęta dedi: nunc sollicita timor anxius vrget.
Solue metus: atq; hoc pcib⁹ sine posse parentẽ:
Neu cursu quassatę vllo: neu turbine venti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.

z Classem q̃ la. C. Vna hęc via videbat restare: q̃ exire cõpellerent. s. vt nauibus incẽsis succurrerent. Triplex ergo laus ęneę: q̃ mãdauerat ne se absente in pliũ exirent troianos: q̃ impatori suo obsequẽtes fuerant: & Turni q̃ id sũ opere conaret. a Vrget pñtia tur. D. Plus valet psẽtia eius q̃ pt iubere: q̃ iussio. C. Vrget p. Turni: Null⁹ em̃ tã ignau⁹ ẽ miles: q̃ pñti ipatore aliq̃d declinet periculũ. b Facibus accin. atris. S armatur: instruit. C. Atris: propter fumeos vapores. Vñ sequit: Fumeũ fert picea lumen; c Piceũ fert fumida lu. S. Sordidior em̃ ex thedis et igni fum⁹ ẽ. D. Fumida theda. Cum hoc dicit: exprimit: q̃re dixerit: facibus atris. d Quis de⁹ o mu. S. q̃ res deorũ est & ardua: iõ p se eã nõ põt dicere. Hic aũt gloria Turni latenter ondit: cuius vis nisi a numinib⁹ repelli nõ potuit. C. Quis de⁹. in re difficili scita minimeq; verisimile musas inuocat. e Prisca fi. facto: s; fam. S. ois antiqtas difficilis: puta: et incorrupta manat in posteros. Hoc ei dicit factũ: hoc licet priscũ sit: tñ eius fama nõ ẽ oblitterata vetustate. C. Prisca fides. ergo credenda res: q̃niã nec apud priscos: q̃ rei ppiores erant: defuit fides.

f Sed fama pennis: C: q. d. hęc sola via est: q̃ res prisca: nec litteris mandata sciri potuerit: q̃ fama ppetua conseruata sit. g Quo primũ: S: hoc ẽ initio. Nõ em̃ secundo factę sunt naues apud idã ab Aenea: D. Tempe q̃: verisimilis fit res: cũ tempus & locus exponitur. C. Tempe. Optimum figmentũ: et a summo poetę ingenio profectũ. h Formabat: SER. id est formare cogitabat: nõ enim in Ida: sed apud antandrũ factę sunt; i Alta pela. S. absolutũ est: vt lata camporum. k Ipsa deũ ge. fert. S. Figmentũ hoc licet poeticũ sit: tñ q̃ exemplo caret: notatur a criticis: vnde lõgo pœmio excusatur. nam iõ & prisca rõne religionis: & Iouis beneficio dicit esse perfectũ: vt naues mutarent in nymphas: q̃ vel aliqua ex parte possit eẽ verisimile. D. Ipsa deũ ge. nullus

n Cara. D. vt sit de parenti' quã diligis: & q̃re amat. Rem aũt arduã petiturã causas iustas inserit. o Domito te posc. olipo. S. videt dicere: psta ei: cui⁹ beneficio seruatus ad olympi regna venisti: Saturn⁹ em̃ cũ oẽs filios Iouẽ solum eẽ nõ potuit: celatum matris auxilio: domito ergo olympo in tuas. s. leges p bñficiũ meum mundo redacto.

p Pinea syl. mihi. S. Cõgrue. naz pinus in tutela matris est deum. q Arce fuit summa. S. Hoc ẽ apd gargara: q̃ dicta sunt: quasi κάρα κάρατος. id est caput capitis: altitudis altitudo cara est. κεφαλη. Gargara autem sunt montis idę cacumina: pter q̃d dicit in arce summa. r Nigranti picea. SER. Vmbrosa & picea est genus arboris: vnde pix desudat. Harum aũt secundum Pliniũ quinq; sunt species: sicut etiã supra diximus. s Has ergo. SER. Non trabes: naz de arce naues nõ fiunt. Vnde melius arbores intelligim⁹ referẽtes ad piceas: vel ad pinos. Sane notandũ trabes eũ dixisse de arborib⁹: cum non dicant: nisi iam cęsę: & iam ppositę. t Classis egeret. SER. iusta Aeneę petitio: et concedentis benignitas numinis exclusit piaculum: Nam his remotis sacrilegium cõmitteretur. v Timor anxius. SER. aut perpetuũ est timoris epitheton: aut certe verum timorem voluit significare: vt separet ab eo qui ex cupiditate nascitur prosperorũ: vt. Exultãtia haurit corda pauor pulsans; x Prosit nostris in montibus. SER. Bona breuitas: nam detraxit his & esse: nam plenum est prosit: & his ortas esse in montibus nostris: quod fecit elocutionis causa.

Filius huic contra: torquet [y] qui sydera mundi:
O genitrix quo [z] fata vocas: aut q̄d [a] petis istis:
[b] Mortali ne manu factę: immortale carinę
Fas h[c]abeant: certusqꝫ [d] incerta pericula lustret
Aeneas: cui [e] tanta deo permissa potestas:
Imo vbi defunctę [f] finem: portusqꝫ [g] tenebunt
Ausonios: olim [h] quęcūqꝫ [i] euaserit vndis
Dardaniūqꝫ ducem laurentia aduexerit arua:
[k] Mortalem eripiam formam: magnisqꝫ iubebo
Aequoris esse deas: [l] qualis Nereia clotho:
Et galathea secant spumantē pectore pontum.
Dixerat: idqꝫ ratum stigij ꝑ flumina fratris:
Perpice [m] torrentes: atraqꝫ voragine ripas
Annuit: [n] & totum nutu tremefecit olympum.
Ergo aderat [o] promissa dies: & tempa parcę
Debita complerant: cum [p] turni iniuria matrē
Admonuit: ratibus sacris depellere thędas.
Hic [q] primū noua [r] lux oculis effulsit: & ingens
Visus ab aurora cœlū transcurrere nymbus:
Idęiqꝫ chori: tum vox horrenda per auras
Excidit: & troum rutulorūqꝫ agmīa complet:
Neu [s] trepidate meas teucri defendere naues:
Neue armate manus: maria [t] an̄ exuere turno
Quam sacras dabitur pinus: vos ite solutę:
[v] Ite deę pelagi: genitrix iubet: & sua quęqꝫ
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis:
Delphinūqꝫ modo diuersis æquora rostris
Ima petunt: hinc virgineę (mirabile monstrū)
Reddunt [x] se totidem facies: pontoqꝫ feruntur:
Quot prius ęratę steterant ad littora prorę.
[y] Obstupuere animis rutuli: conterritus ipse

y Torquet. S. qui susti net: regit. D. Torq̄t. qui. s. cui est o'm rerꝫ ptās: sꝫ tn̄ nō debet aliq̄d ꝑstare cō tra fatū: vt illa petit. s. vt et naues et Aeneas n̄ sint subiecti casib⁹. C. Torq̄t qui sydera mundi. In cir cuitu ait. Est em̄ q̄d solū mouet. Et est hęc prima cā: et verus de⁹ ꝑ quē oia sunt. Ipse aūt ꝑ se est. Sta bilisqꝫ manens dat cūcta moueri: est itidem q̄d mo uet et mouet: vt sūt scd'ę causę. est ꝙ solū mouet: vt hęc inferiora. Optime igitur diffiniuit deū: qui torquet sydera mūdi. i. q omia mouet: cū ipē imo bilis maneat. In fabula er go physicū aliq̄d & theo logicū posuit: vt diffini ret verꝫ deū: mox vt poe ta ad fabulas reuoluitur.
z Quo fata vo. S. Ostē dit fata aliq̄ten⁹ trahi: nō tn̄ vsqꝫquaqꝫ. hoc em̄ di cit: quo. i. ad quam rem.

a Petis istis. S. ꝑ istis: Nam sic dicim⁹: peto tibi pro te. b Mortali ne manu fac. C. omia q̄cun qꝫ sunt: a deo sunt. Sed q̄ dam ipse facit immedia te. i. sine aliq̄ medio: & si ne secundis causis: et hęc qm̄ proxima suo factori nullaqꝫ cā interponit in ter se factoremqꝫ suū: a deo retinent de natura fa ctoris q̄ immortal' est: vt parū ab ea degenerēt: & ꝓpterea imortalitatē reti nent: vt sunt aīę hūanę. Quędā vero facit: nō oī no imediate: sed ꝑ secun das causas: vt sunt corꝑa cōposita: & hęc ita dege nerant: vt nō seruēt facto ris immortalitatem.
c Fas habeāt. S: ius. nec enim possent ęterna esse: quę ab hominibus facta sunt. Horati⁹. Debemur morti nos nostraqꝫ. Naꝫ sic animi facta sunt im mortalia: ita corꝑis pere unt. Salustius. Cęterū stu dia nr̄a sicut anima im mortalia sunt.
d Certusqꝫ incer. ꝑicla. S. Hoc dicit. casibus licen tiam hęc petitio vult adi mere. Nā Aeneas forte q̄ homo est nauigatiōis: de bet timere periculū: q̄d perit: si eius nauib⁹ ęternitas detur.
e Cui tanta deo ꝑmis. S. Cui: ac si diceret: nec regi quidē deorū. f Defunctę. S. liberatę: vt. O tandē magnis pe lagi defuncte periclis. g Port⁹qꝫ te. S. Nautico vsus est verbo: cum de nauibus diceret. h Quęcunqꝫ. SER

Hic ostendit aliquas esse perituras. i Euaserit vndis. S. de vndis exierit: cū venerit ad eū locū: de q̄ nauigatur⁹ nō sit. Alii legūt euaserit vndarū pe riculū. k Mortalē eri piā for. S. Bn̄ dixit mor talē. nec em̄ pōt fieri vt ea dē res et mortal' sit: & im mortal'. an̄ est: vt desinat esse mortal'. C. Mortalē eripiā formā. q. d. ipē nul la cā interposita: vt imor tales iure esse possint.
l Qualis nereia clotho. S. Non tales dixit erit. sic supra. Qualis mugitus fu git cū saucius arā taurus.
m Per pice torrentes. S. ardentes: & est figmentū poeticū. n Et totū nu tu tremefe. olym. C. Ma crobius alioqn vir m'ta doctrina excellēs: i hoc lo co a nationis ingenio nō discedit: nā greci oia suis arrogant: nostris contra oia detrahere conant̄. Ait igit̄ phidiā: cū Iouē olym piū finxisset interrogatū: de q̄ diuinam mutuaret̄ effigiē: respōdisse se archi typū Iouis i trib⁹ Home ri versibus inuenisse. tan q̄ꝫ illi vitio det: si quicq̄d Home. dicit: ipse n̄ dicat: ac de supciliis & crinibus totū illi⁹ vultū collegisse: miraturqꝫ hoc a Marōe ꝑtermissum. Sꝫ nō video cur hoc Hemistichio illi⁹ maiestatē nō min⁹ q̄ꝫ Ho merus expresserit.
o Aderat ꝓmis. dies. S. Promissum tp̄s aduene rat. p Turni iniuria. S. scꝫ quā inferebat: & mō iniuria. est αλκηια. i. in iusticia. Hinc et apud Co micos: iniuri⁹ est q audet aliq̄d cōtra ordinē iuris: et bn̄ iniuria: qm̄ et cōtra necessitatē fati: & contra rōnē fœderis bella cōmo uerat. q Hic primū. D. Debuerāt an̄ ꝯiecturatio nē ꝑire signa: ne cassa res facta videat̄: deiñ vox se quit̄: vt cōiectura signorꝫ formet̄. r Noua lux. S. id est nymb⁹ deorꝫ: q̄d & paulo post dicit. s Ne trepidate. S. ꝑ ne festine tis: & ꝑ hoc significat̄: iō ad nauiū defēsionē egres sos nō eē Troianos: quia numē vetuit. t Maria ante. D. Pulchre a loco in q̄ erāt possibilitatē sumpsit. v Ite deę pelagi. S. Alii hucusqꝫ volunt matrē deū locutā. Alii iungunt genitrix iubet.
x Totidē. D. vt appereret ipsas esse quę fuerunt versę.
y Obstupuere animis rutuli. S. timuerunt rutuli.

Turbatis mesapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans: reuocatq; pedē tyberinus ab alto

z Mesapus. S. s. timuit numinis fili⁹. a Et amnis rauca so. S. Licet antiquitas habuerit hic & hęc amnis. meli⁹ tñ est accipe rauca sonans p rauce: q; rauca amnis: b Reuocatq; pedē ty. S. Nūc ipm deū territū dixit supra vndas fuisse perterritas: et ī se repssas: c Tyberinus. S. supple timuit. Per hos autē gradus maior Turni designatur audacia, quale & in quarto. At non infoelix amni phoenissa.



¶ At nō audaci turno fiducia cessit:
Vltro animos tollit dictis: atq; increpat vltro:
Troianos hęc mōstra petūt: his Iuppiter ipse

¶ d Animos tol. dic. S. Magnanimitatē suam cōprobat dictis: tale est illud econtrario. Turbatū q; oculis. e Increpat vltro. D. Temeritas maxima: qui cū fatū intellexisset: debuit potius fortunā suaz deflere. f Hęc monstra petūt, S. appetūt: vt reginā petit. g Iuppiter ipse. SER: Qui oibus pstare consueuit. Vnde & Iuppiter dictus quasi iuuans pater. Ergo auxiliū solitum non circa Troianos accipimus: sed quod ipse prestare consueuit.

h Auxiliũ ſolitũ. D.q.d.qui fugere ſemper ſoliti ſunt. C. Auxiliũ ſolitũ. Maxima prudentia: vt quid ab hoſtib⁹ eſt pro ſe facere argumẽtetur. i Non tela neq; ignes. Expectant rutilos. S.non expectãt troiani: vt rutilorum telis: aut ignibus pereant: qa iã nauiũ amiſſione p̃ierunt. k Maria inuia teucris. S.color eſt: nam rẽ quam troiani pro ſe putabant: in contrarium vertit dicens: nauigatiõis auxiliũ & fugę pdidiſſe troianos: quos conſtat ꝓ fœlicitate habuiſſe nauigationis vitare diſcrimina. l Rer̃ pars altera. S.Humanę em̃ naturę duo elementa cõceſſa ſunt.ſ.mare & terra. C.Rer̃ pars a. cũ mari ac terra mortales vti poſſint: mare ereptũ eẽ remotis nauibus oſtẽdit. terrã vero in ſua poteſtate eſſe: qñ tot Itali in ſuum auxiliũ veniũt m Tot mi.gẽ. D.Sepa. et deinde dic gẽtes. n Nil me fa.ter. S.Tacitis qõnibus occurrit dicẽs ſi fataliter ſe ad italiã veniſſe dicũt: iam venerunt: cõpleta ſunt fata: & callide tacuit: quod erat fatale. Troiani em̃ dicebãt Italię ſibi regna deberi. Et eſt oratorũ: q̃ſtiones ita proponere: vt facilem ſolutionis ſortiantur euentũ. o Si qua phryges p̃ ſe ia. S.quaſi & iſta cõfingant. D. Phryges. ꝓ conuitio poſuit. C.Si qua phryges. mira cõfutatio: Primũ em̃ dicit troianos iactare fata ſua: quod eſt ac ſi dicat falſa eſſe quę loquunt̃: deinde circũſcribit quę negare oĩno non põt: nã dicit voluerunt fata in italiã venire troianos: non autem regnare: & cũ venerint ſatiſfactũ ẽ fatis. Deinde contra opponit fatũ ſuũ: quod q̃uis falſũ ſit: tñ non facile dilui poteſt. Et illud validiſſimũ profert: ſi non fuit illis ſatis rapuiſſe vnam cõiugem.ſ. Helenã: nõ debere eiſe ſatis ꝙ ſemel perierint.

p Sunt & mea cõtra.fatmi. S.Hoc falſum ẽ quod dicit turnus: ſed in arte rhetorica tunc cõcedit̃ vti nobis mẽdatio: cũ redarguere nullus poteſt: vt hoc loco. Quis em̃ vere ſcire poteſt: Turno data eſſent: nec ne reſponſa: quia ſcit falſum eſſe: quod dixit. q Sceleratã gentem. S.Argumentis probare dicta contendit dicens eſſe ſceleratam gentẽ ob raptã ſibi coniugẽ: in quo facto vtit̃ grecorũ exemplo: qui rapta Helena gentẽ deleuere Troianam.
r Coniuge pręrepta. S. Inuidioſe ſponſam cõiugẽ vocat.
s Nec ſolos tangit atridas. Iſte do. S. Cur non in ſimilitudine criminis ſit pœnę ſimilitudo. Si culpa repetit̃: ſupplicia quoq; geminent̃. D. Solos atridas. Si luerũt pœnas prima eſt iniuriarũ in atridas pulſi patria luent: & iſtaq; in nos iã exortes: & ideo imbecilliores. Eſt ergo mirũ exẽplũ deprimit aũt omnia illor̃ geſta apud Troiam: & ſe grecis proponit ꝙ nõ fraude: ſed vi velit adoriri.

[h]Auxiliũ ſolitũ eripuit: non [i]tela: neq; ignes
Expectant rutilos: ergo [k]maria inuia teucris:
Nec ſpes vlla fugę: rerũ pars [l]altera adempta eſt.
Terra autẽ in noſtris manibus: tot [m]milia gẽtes
Arma ferunt Italę: nil me fatalia [n]terrent
[o]Si qua phryges pręſe iactant reſponſa deorum.
Sat fatis venerięq; datũ eſt: tetigere quod arua
Fertilis auſonię troes: ſunt & mea [p]contra
Fata mihi: ferro [q]ſceleratam excindere gentem
[r]Coniuge pręrepta: nec ſolos [s]tangit atridas
Iſte dolor: ſoliſq; licet capere arma mycęnis.
Sed periiſſe ſemel ſatis eſt: peccare fuiſſet
Añ ſatis: [t]penitus mõ nõ genus om̃e peroſum
Fœmineum: quibus [v]hęc medii fiducia valli
[x]Foſſarumq; morę leti diſcrimine paruo
Dant animos: an non [y]viderunt mœnia troię
Neptunni fabricata manu conſidere in ignes?
Sed vos [z]o lecti: ferro quis ſcindere [a]vallum
Apparat? [b]& mecũ inuadit trepidantia caſtra?
[c]Non armis mihi vulcani: non mille carinis
Eſt opus in teucros: [d]addunt ſe protinus om̃es
Hetruſci ſotios: tenebras et inertia furta
palladii: cęſis ſummę cuſtodibus arcis
Ne timeant: nec equi cęca condemur in aluo:
[e]Luce palam certum eſt igni circundare muros.
Haud ſibi cũ danais rem faxo et pube pelaſga

t Penitus mõ non ge.om.per.fœ. S.mõ omne genus femineũ nõ eos penitus peroſos decebat. locutus eſt aũt figurate.
v Nec medii fiducia valli. C.validiſſimum argumentũ: nã ſi nõ potuerũt cũ integri eſſent munitiſſima validiſſimaq; vrbe ſe tueri: quo nã modo nunc multũ imminuti: foſſa & vallo ſe defendent: contra quos nec vulcaniis armis dicit ſibi op⁹ eſſe: neq; mille nauibus: etiam ſi omnes etruſci ab illis pugnent. cũ careant Hectore a quo q decenniũ defenſi ſunt: neq; aut dolis Vlyſſis: quib⁹ paladiũ furat⁹ ẽ: neq; e dolis equi rem aggreſſurũ: Sed aperto Marte acturũ promittit. x Foſſarũ mo. S.quaſi nõ tutela: ſed mortis dilatio. y An non viderũt. S. legitur. At non. Si an non: abſoluta eſt. Si at non: eſt inceptiua particula ad ornatum pertinens Hora. At o deorũ quicquid in cœlo regit. Tale eſt. At non ſic phrygius. penetrat lacedemonia paſtor. z Sed vos. C.Optim⁹ pgreſſus: nã primo ducit hoſtes in cõtemptionẽ: deinde hortat̃ ſuos: vt in illos audeant.
a Vallũ. S.dicit ipa munitio: nam valli fuſtes ſũt quibus vallũ munit̃. Ipſe. de ſuſtentaculis vitiũ. pro vallos ſub tecta referto.
b Mecũ. C.vt oſtẽdit nõ mittere eos ad pericula: q̃ ipſe detractat.

c Non armis mihi vul. S.Bene arma generaliter dixit: nã ipſe habuit a Vulcano: ſed ſolum gladium: vt enſẽ. Quẽ dauno ignipotens deus ipſe parenti fecerat: & ſtygia cãdentẽ tinxerat vnda per hoc autem: quaſi lateuter dicit ſe Achille meliorẽ: qui ſe troianos etiã ſine diutinis armis ſuperare poſſe confidit. d Addant ſe protinus om. S. ne timere videatur auxiliorũ multitudinem dicit eſſe incremẽta victorię. e Luce pallam. S.propter tenebras & furta inertia. f Quos diſtulit hector. S.bene ſolius Hectoris facta eſt cõmemoratio: vt oſtendatur ipe periiſſe qui potuiſſet eſſe terrori. propter quod vult Aeneam nihil fortiter

Esse putent: decimum quos distulit hector in annum.
Nunc adeo melior quoniam pars acta diei:
Quod superest: leti bene gestis corpora rebus
procurate viri: et pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubiis obsidere portas
Cura datur messapo: & mœnia cingere flammis.
Bis septem rutuli muros qui milite seruent
Delecti: ast illos centeni quæque sequuntur:
purpurei cristis iuuenes: auroque corusci
Discurrunt, variantque vices: fusique per herbam
Indulgent vino: & vertunt crateres ahenos.
Collucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hec super e uallo prospectant troes: & armis
Alta tenent: necnon trepidi formidine portas
Explorant: pontesque & pro pungnacula iungunt:
Tela gerunt: instant mnestheus acerque Serestus
Quos pater eneas: si quando aduersa vocaret:
Rectores iuuenum: & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat: exercetque vices: quod cuique tuendum est.
Nisus erat portæ custos acerrimus armis
Hirtacydes: comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix: iaculo celerem leuibusque sagittis.
Et iuxta comes Eurialus: quo pulchrior alter
Non fuit æneadum: troiana neque induit arma:
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat: pariterque in bella ruebant.
Tum quoque communi portam statione tenebant.

fecisse in bello troiano: g Melior. S. q. d. i. maior et prima. h Bene gestis corpora rebus. S. in eo tantum quod hostes non ausi sunt egredi. i Pugnam sperate para. SERVI. s. contra Troianos: non a troianis: ne videatur contra superius predicta omnia nunc sociis inferre timorem. k Vigilum excubiis. S. Excubie sunt diurne: vigilie nocturne. l Centeni quæque. S. Centurionum. s. ex more Romane militie: nam ex numero militum: qui eos sequuntur gradus dignitatis apparet. m Vertunt cra. ahe. S. Potant. Et est hemistichium ennianum: n Noctem insomnem. i. milites insomnes in noctem. o Ludo. C. Nam voluptas que capitur in ludo excitat spiritus: qui excitati somnum arcent. p Hec super. C. vt multa fiducia reddebat rutulos negligentiores: ita contra Troiani ex periculo admoniti: omnia diligentius curabant: facit ergo narrationem verisimilem: quia est secundum naturam. q Trepidi for. S. festini propter formidinem: nam non est iteratio: r Pontesque. S. qui fiunt in muris angustioribus. C. Pontesque. nam cum mœnia sint ita lata: vt discurrentes per illa recipere possint: apponuntur tabulata & velut pontes. s Propugnacula. S. Pinnas. C. Pro pugnacula sunt: quibus e mœnibus pugnando hostes arcemus: & tutos nos reddimus. t Quos pater æ. CRI. Et hoc prudentis imperatoris fuit: vt absuturus aliquos summe rerum preficeret. v Rectores iuuenum. S. legitur & iuueni. Si iuueni: Ascanio. Si iuuenum: magistros militum accipe. D. Iuueni. Ascanio: aut appellatione vnius omnes intellexit. C. Rectores iuuenum. nam illa etas cum animis abundet: et prudentia careat: rectoribus indiget. x Sortita per. S. sorte diuisa ad defensionem pericli. C. Sortita periclum. per sortes accipiens inter se ea in quibus periculum erat. y Quod cuique tu. est. S. Exercet vnusquisque vires ad id quod accipit tuendum. C. Quod cuique tu. Certi enim certis rebus delegandi sunt: nam quod omnibus faciendum relinquitur: a nullo fit.

z Nisus. D. Quam cito dixit nomen: patrem: locum: in quo natus: & quibus esset studiis. C. Nisus erat: Optime iuueni dat robur animi sine mixta prudentia: a Ida venatrix. S. a plerisque ida mater Nisi accipitur: quia dixit venatrix: nam si montem volueris accipere abusiue Idam venatricem dictam intellige pro venationibus abundantem: nam venatrix proprie est: quæ venatur: non que venationibus abundat: b Iaculo cele. S. Bene inducit Nisum esse optimum iaculatorem: & hanc premittit armorum peritiam: que post plurimum poterit in Euryali defensione. c Troiana neque induit arma. S. hoc est qui nondum bellicosa arma induerat. i. acceperat: & hoc dicit pulcher quidem erat: sed nondum bellandi peritus. D. Troiana neque iduit arma. ceteris pulchrior: pulcherrimus autem cum esset armatus. C. Troiana. i. a. non fuit alter ex his qui arma indueret. d Dii ne hunc ardorem mentibus addunt. Euryale: An sua cuique deus fit dira cupido. S. Apud Plotinum philosophum & alios queritur. Vtrum mentis nostre acies per se ad cupiditates: & consilia moueatur: an impulsu alicuius numinis: Et primo dixerunt mentes humanas moueri sua sponte. deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos genio: & numine quodam familiari: quod nobis nascentibus datur. praua vero nostra mente nos cupere: & desiderare: nec enim potest fieri: vt praua numinum voluntate capiamus: quibus nihil malum constat placere. Vnde nunc hic ortus est sensus. Hoc enim dicit Nisus O Euriale dii ne nostris mentibus cupiditates iniiciunt & desideria: an sit deus ipsa mentis cupiditas. CRI. Dii ne hunc ardorem mentibus addunt: an sua cuique deus sit dira cupido. Optima est Seruii expositio: sunt etiam qui dicant animas nostras ita esse istructas suis virtutibus: vt duas extremas operari non sentiamus. ergo queadmodum vegetatiua: que omnium humilima, est: non sentitur a nobis cum operatur: nam neque sentimus corpus crescere: neque decoctionem in stomocho epate ue fieri: neque ve-

Nisus ait:dii ne hunc ardorem mẽtibus addũt
Euryale?an sua cuiq; deus fit dira cupido:
Aut pugnã:aut aliqd iãdudũ inuadere magnũ
Mens agitat mihi:nec placida cõtẽta quiete est,
Cernis:quę rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant:somno vinoq; soluti
Procubuere:silent late loca:percipe porro:
Quid dubitem:& quę nũc aĩo sentẽtia surgat.
Aeneam acciri omnes:populusq; patresq;
Exposcunt:mittiq; viros qui certa reportent.
Si tibi:quę posco promittũt:(nam mihi facti
Fama sat est:)tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros:& mœnia pallentea.
Obstupuit magno laudũ perculsus amore
Euryalus:simul his ardentem affatur amicum.
Mene igitur sociũ summis adiũgere rebus
Nise fugis?solum te in tãta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis assuetus opheltes:
Argolicum terrorem inter:troięq; labores
Sublatum erudiit:nec tecum talia gessi:
Magnanimum æneã:& fata extrema secutus:
Est hic est animis lucis cõtemptor:& istum
Qui vita bene credat emi:quo tendis:honorẽ.
Nisus ad hęc:equidem de te nil tale verebar:
Nec fas:nõ ita me referat tibi magnus ouãtem
Iuppiter:aut quicũq; oculis hęc aspicit ęquis:
Sed si quis (quę multa vides discrimine tali)
Si quis in aduersum rapiat casus ue:deus ue:
Te superesse velim:tua vita dignior ętas:
Sit qui me raptum pugna:pretio ue redemptũ
Mandet humo solita:aut si q̃ id fortũa vetabit;

nas pulsare:& alia multa ita intelligentia:quę supre ma ẽ.Et supra intellectũ posita deo pene coniungi tur:nobis non aduertenti bus agit.Et hęc quidẽ no bis (vt Platonici aiũt) pro deo est. e Mentib⁹ ad dunt.S.Bene addunt:nã anim⁹ sui natura prudẽs ẽ. sed ei addit :vt aliquid im patienter desideret.
f Dira.S.magna aliqd magni s.per hostes transi tum.D.Dira cupido.cogi tationes maximas de⁹ ali qs mouet:an ipa sibi mẽs deus est. g Mens agi tat mihi.S.molitur.
h Quiete.S.modo otio non somno.nam in vigi liis fuerat collocatus.
i Cernis quę rut.habeat fi.re.S.ipsi⁹ desiderii vult esse ratiõabiles causas.C. Cernis quę rut. mouebat ad tã egregiũ facinus ado lescẽtem ingens gloria.& summa reipu.vtilitas :de inde dabat spem perficien di negligẽtia hostiũ:q̃ rerũ secundarũ semper comes esse solet. k Sõno vino q; sep.S.Alterum pendet ex altero.Et sepulti. quasi sine pulsu:& nil sentiẽtes.
l Porro.S. Hortãtis est.
m Quid dubitem. S.id est cogitem.omnis ẽm co gitatus in dubitatione est ante sententiã.
n Populusq; patresq;. S.Transfert in Troianos Romanam consuetudinẽ vt solet plerũq;.prius ẽm iubebat populus:post cõ firmabat senatus:
o Reportent.S.nã re va cat. p Si tibi quę posco. S.poscere est secũdũ Var ronẽ quotiens aliquid ꝓ merito nostro deposcim⁹. Petere vero est cum aliqd humiliter:& precibus po stulamus.Et bene Eury alum ꝙ nolit ducere laten ter ostẽdit.: q Mœnia palãtea.S.vbi nunc credit esse Aeneã. r Obstupu it.C.non periculo:sed cu piditate laudum.
s Me ne.C.Oratio ẽ ab ab amicissimo animo:cũ neq; ab illo spernendum se in societate rerũ magna rum:neq; se illũ in pericu lo deserere dignũ putar.et t Sũmis adiũgere reb⁹. S.Summũ:& extremũ dicimus & laudabile. Be ne ergo in re dubia sermo ne vsus est dubio;nã hoc

dicit:non debes me nec a tua gloria:nec a periculis segregare. v Non ita. C.modeste se laudat cum quicquid in se roboris sit: ab educatiõe:quę propria parentis est:prouenire de mo nstrat. x Genitor bellis as.S. ipse puer est: necdũ probatus:vnde se: & ab illis tpib⁹.& a pa tris virtute cõmendat.
y Argolicũ terrorem.S. quem greci intulerũt.
z Sublatũ .S .suscœptũ.
a Nec tecũ talia gessi.C. nã si aliis per ętatẽ minus cognitus sim:tibi tamen cũ quo semper sum:ꝓbatum me esse oportet.
b Est hic est animus .S. Hic potest esse & aduerbi um demonstrantis:vt sit est hic.i.i meo pectore. po test & sic accipi: vt dicas hic est anim⁹ lucis cõtem ptor:hoc est iste animus: ergo hic & produci potest & corripi. c Quo ten dis.S.i.ad quem diceris:li benter emam vita.i.vitę ꝓ tio. d Nil tale verebar. S:quale tu suspicaris.Nec humana negotia:nec quę loquitur. e Sed si quis in aduersum. D. Omnia huc refert.ꝙ in causa mi nus spei:plus timoris inest.
f Casus.C.secũdũ epicu ros:qui deos humana cu rare negebant:& omia ca su fieri putabant.
g Deus ve.C.Secũdum Achademicos:maxime q prudentia dei omnia regi vt nos volunt.Totus aũt iste locus:& quid valeat amicitia cum vera est: & cõmiseratione sumã pro pe euẽtum demonstrat:q̃ prouenit ab excellẽtia ani morũ vtriusq;.Cõmisera tio ẽm captatur:vt osten dit Cicero:non min⁹ a ma gnitudine animi q; a la chrymis. h Mandet hu mo.S.mfri hic distiguũt: Alii iugunt mãdet humo solita:vt cõmendet in ter ra solita. i Fortuna.S. quę piis inuidere ꝯsueuit. Statius.hinc trahens colo rem ait : inuida fata piis. et sors ingentibus . ausis Rara comes.
k Absenti ferat inferias. S.hoc est cenotaphion fa ciat:& impleat honorem sepulchri.
l E matribus.S.e nobili bus.nam matres non ni si nobiles dicimus :Vnde

& matrōe dictę sunt. Scimus autem non omnes mulieres in Sicilia remansisse: nam legitur ī duodecimo. Et mœstū Iliades crinem de more solutę.
m Ille autem. S. hoc loco esse interruptam orationem i Nisi intelligimus:
n Vigiles simul excitat. S. qui vigiliarum officiū simul habebant.
o Seruantque vices. S. hic distinguendum est: alias sensus non procedit.
p Regemque requirunt. S: regis filium: vt magnū reginę: sed enim miserat⁹ amorem.
q Cętera per terras o. S: Exaggerat more suo vigilantium laborem.
r Consilium summis regni de reb⁹ habebāt. S. Lucilii versus vno sermone mutato: nam ille ait. Consiliū summis hominū de rebus habebant.
s Iam nuntius esset. S: Iam: aut cito: aut cū nullū inuenirent.
t Annixi hastis. S. Ostēdit iam eos diuturna statione fatigatos. Quod autē stant: et romani moris est & bellicę necessitatis. hūc autem standi habitum et Salu. cōmemorat: vt fessi arma sua quisque stantes incumbere.
v Castrorū: & cāpi medio. S. in medio cāpi spacio qui campus castrorū medius fuit.
x Rem magnam preciū que morę fore. S. dicebat se afferre rem magnam cui⁹ mora pciū posset afferre. i. pœnam Terē. Ego p̄cium ob stultitiam fero: vt sit sensus. Si tardi⁹ mittamur ad Aeneam: luem⁹ hostiū pœnas. Alii sic itelligūt. Scimus quidem aduentum nostrū morā vestris afferre consiliis: verū huius morę erit precium: idest remuneratio: namque hoc offerebāt: quod illi cogitabant: vt diximus supra. Quis ue Aeneę iā nūtius esset. y Accoepit trepidos. S. festinos more suo. ʒ Audite o mentibus ęquis. C. Cum causa hęc fide caritura videretur. Captat in primis attētionē: & statim incipit cōfutare validiora argumenta aduersariorū. illi eñ opponere potuisset iuuenilē ętatē: quę vt plurimo con

[k] Absenti ferat inferias: decoretque sepulchro.
Neu matri miserę tanti sim causa doloris:
Quę te sola puer multis e [l] matribus ausa
persequitur. magni nec mœnia curat acestę.
Ille [m] autem: causas nequicquam nectis inanes.
Nec mea iam mutata loco sententia cędit:
Acceleremus ait: [n] vigiles simul excitat: illi
Succedūt: [o] seruantque vices: statione relicta:
Ipse comes niso graditur: [p] regemque requirunt.
Cętera [q] per terras omnes animalia somno
Laxabant curas: & corda oblita laborum:
Ductores teucrum primi delecta iuuentus
[r] Consilium summis regni de rebus habebant
Quid facerent: quis ue æneę iam [s] nuncius esset
[t] Stant longis annixi hastis: & scuta tenentes
[v] Castrorum: & campi medio: tū Nisus: & vna
Euryalus confestim alacres admittier orant:
[x] Rē magnā: preciumque morę fore: primus iulus
[y] Accœpit trepidos: ac nisum dicere iussit.
Tum sic hyrtacides: audite mentibus [ʒ] ęquis
Aeneadę: neue hęc [a] nostris spectentur ab annis
Quę ferimus: rutuli somno vinoque soluti
Conticuere: locum insidiis conspeximus ipsi:
Qui patet in biuio portę. [b] quę proxima ponto.
[c] Interrupti ignes: acerque ad sydera fumus [d]
Erigitur: si fortuna [e] permittitis vti:
[f] Quęsitum æneam: & mœnia pallantea:
Mox hic cum [g] spoliis ingenti cęde peracta.
Affore cernetis: nec nos [h] via fallit euntes:
[i] Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbē
Venatu assiduo: & totum cognouimus amnē.

silio caret. Deī de q̄ pmiserunt eos prestare non posse propter hostiles excubias: quas fallere nequeant. Primo ergo demonstrat non temere rem hāc sumpsisse: sed cū consilio: deinde facilitatē rei: vel saltem possibilitatē ex negligētia hostiū: qui iam ex vino pfundiori somno premāt: Ac denique demonstrat locum iā sibi ad insidias electum. a Ne fle hęc nostris spectēt ab an. S. Bñ excusat: quia scit de ętate puerorum posse dubitari. dicens non ex suggerentum persona: sed suaui consilio ponderanda.
b Portę quę pxima pōto. S. Apparet (vt sup̄ diximus) castra troiana i hostiensi fuisse. Si quidē nullus alter locus in laurolauinati hic fluuio coheret: hinc pelago. Et nunc dicit portę quę proxima pōto: Item paulo post dictur⁹ est. Opposuere ctiē: nam dextra cingitur amni.
c Interrupti ignes. S. supra aliter. lumina rara micant: d Fumus erigitur. SE. Signum est sopitorū igniū: quotiens maior fumus erigitur.
e Si fortuna. S. occasiōe. C. Si fortuna permittitis vti. q. d. Fortuna quidem sese vltro offeret: modo illa vti velitis.
f Quęsitum. S. vt queramus.. g Cum spoliis: S. hinc est quod supra Euryalo dixit: me referat tibi magnus ouantē Iuppiter: respiciens ad id quod posset fortiter facere.
h Nec nos via fallit. S: bene vbique cum amico cūcta cōicat. C. Nec nos via fallit: non solum prouidi quomodo hostilia castra tut⁹ egrederer: sed etiā qd deinde iter tenendum sit:
i Obscuris primam sub vallibus vrbem. S. nā in obscuris vallibus positi vidimus primā vrbem: hoc est primam partē vrbis: nam Palanteum in monte est: non in vallibus. D: Vidimus obscuris. Demōstrat rē fieri posse. C. Obscuris: propter interualla locorum. Primā vrbem: primas partes vrbis.
k Annis grauis atque annis maturus alethes. S. Salusti. de philippo. Qui ętate & cōsilio cęteros an

Hic annis grauis: atq; animi matur⁹ alethes:
Dii patrii quorũ semper sub numine troia est:
Non tamen omnino teucros delere paratis:
Cum tales animos iuuenum: & tñ certa tulistis
pectora: sic memorãs hũeros dextrasq; tenebat
Amborũ: & vultũ lachrymis: atq; ora rigabat:
Quę vobis quę digna viri pro laudibus istis
Pręmia posse rear solui: pulcherrima primum
Dii, moresq; dabunt vestri: tũ cętera reddet
Actutum pius æneas: atq; integer ęui
Ascanius, meriti tanti non immemor vnquã,
Imo ego vos: cui sola salus genitore reducto
Excipit ascanius: per magnos Nise penates:
Assaricíq; larem: & canę penetralia vestę
Obtestor: quęcunq; mihi fortuna fidesq; est
In vestris pono gremiis: reuocate parentem:
Reddite conspectum: nihil illo triste recœpto,
Bina dabo argento perfecta: atq; aspera signis
pocula: deuicta genitor quę cœpit arisba:
Et tripodas geminos: auri duo magna talenta:
Cratera antiquũ: quem dat sydonia dido,
Si vero capere italiam: sceptrisq; potiri
Contigerit victori: & prędę ducere sortem:
Vidisti quo turnus equo: quibus ibat inarmis
Aureus: ipsum illum clypeũ: cristasq; rubentes
Excipiã sorti: iam nunc tua pręmia Nise,
pręterea bis sex genitor: lectissima matrum
Corpora: captiuosq; dabit: suaq; oĩbus arma,
Insuper id campi: quod rex habet ipse latinus,

te ibat. l Dii. D. Maturi hominis matura oratio Recte autem incipit a diis quorũ fauore respu. tales viros recipiunt.
m Non tamen omnino teucros de. pa. S. ac si diceret. licet irascimini ad temp⁹ tñ hic apparet nõ velle vos penitus delere Troianos: q̃ tales animos iuuenibus datis. n Humeros dextrasq; tenebat. S. hoc ad affectum rettulit: nec enim simul fieri p̃t. Intelligim⁹ autem q̃ singulos: & mẽbratim amplectebatur. o Vultũ lachrymis atq; ora ri. S. Poetice iunxit: & modo vnũ significat. Est autem iteratio: interdũ recipiũt discretionem. D. Lachrymis. lachrymę aũt gratulatiõis fuerũt. q̃ extitissent tales. Item doloris q̃ recordaretur tot fortiũ virorũ iam amissorum: quia dixerat. Non tamen omnino teucros delere paratis. C. Vultum atq; ora. Os in quo vultus apparet: nam vultum iam demonstrauim⁹ esse accidentia in facie quę ab aliqua perturbatiõe ꝑueniunt: aut egritudinis: aut timoris aut letitię aut spei. p Viri pro laudibus. S. i. virtutibus. ab eo quod procedit id quod sequitur. C. Viri. q. d. qui in adolescentię annis virilem animum geritis.
q Dii moresq; dabunt. S. Ciceronis est tractum de philisophia: q dicit sufficere ad gloriam benefacti conscientiam: D. Dii. qui bonis fauent. Moresq; vestri Recteq; viuẽdo. r Actutũ. S. confestim sine dilatione: & est aduerbium temporis.
s Aeneas. D. & vt diuturnior res sit Ascanii. C. Aeneas actutum. Aeneas qui imperium tenet q̃ primũ dare poterit. Verũ cũ ętas vestra illi superfutura sit: restabit Ascanius: qui cum coętaneus vobis sit: omnia persoluet. Ex quo ostẽdit q̃ munus tanti facinoris: non vno: aut altero. sed plurimis continuatisq; beneficiis honestãdũ sit: vnum ergo: & breuis temporis erit periculum: ac remuneratõ. vniuersam deinde vitam decoratam reddet. t Integer ęui. S. adolescens: cui adhuc ętas integra superest. Vnde Ennius deos ęui integros dicit: qbus multum ęui supest.


v Excipit Ascanius. S. i. subsequitur: et a poeta dictum est. C. Excipit. Statim subsequitur: nec potuit liberalius respondere: cum quicqd: aut cõsilio: aut virtute sibi prouenturum sit: id penitus promittat illis.
x Canę vestę. S. venerabilis antiquissimę. D. Canam antiquam: ꝑpetuã.
y Obtestor. S. Adiuro: & ẽ ordo. Imo ego cui sola salus genitore reducto: Vosq; obtestor ꝑ deos reuocate parentem. D. Obtestari aũt est ob aliquam causam deos testes adhibere. ʒ Fortuna fidesq; est. S. Quicquid casu: qcquid cõsilio egero: vobis cõmittam: nam ꝑ fidem consilia significat: per fortunã opus: et impiũ: et cuiuslibet rei possibilitatẽ.
a Nil illo triste recepto. S. Subaudis erit. b Bina dabo argẽ. C. Laudat munus a numero q̃ duo sint: laudat a materia & artificio: laudat a difficultate: q̃ ex hostibus rapta sint. c Deuicta ge. quę cœ ari. S. Atqui secũdum Home. Arisba Troianis misit auxilia: & ab Achille subuersa est: sed accipimus: aut ante bellum grecorum Arisbã a troianis captam: & in amicitię fœdus admissam: Aut certe pocula hęc data ab Heleno: q in achillis bona per Pyrrhi successerat hereditatẽ: vt sit. quę cœpit: ꝓ accœpit: deuicta arisba. nihil ẽm tollit post victoriã: nisi qd sit magni meriti.
d Duo ma. ta. S. Bñ addidit magna. Nã varium apud diuersas gentes est talẽti põd⁹: vñ talẽtũ põt & breue aliqd: & magnũ significare. Nã vt supra diximus secũdũ Plautũ Talẽtũ. lxx. librarũ est. q cum dixisset debere cẽtum. xl. libras: paulo p⁹ intulit: duo talẽta: per iocũ dicẽs debẽt talẽta tot quot ego & tu sumus. Talẽtũ breue quidẽ õñdit qppe qd accœpit vict⁹: cũ victori leuia sint data munera. C. Magna ta. qa (vt õñdim⁹) & ꝑua inueniebant. e Quẽ dat sydo. C. laudat ab auctore. f Ducere sortẽ. S. sta tuere. Alii ꝓprie ducere legũt qd est fortiũ: vt stat ductis sortib⁹ vrna. g Vidistis q̃ tur. C. nouerat istos cupidissimos glorię. ğ qd magis ꝓmittere poterit q̃ sũmi ducis equum;

h Excipiam ſorti.S.prę ter ſortem dabo. i Inſuper his.S.Sup̄ hęc D.Inſuper.Mos mirand⁹ in poeta.Vbi enim multa narranda ſunt:ne continuatio faſtidium ponat:diuidit: interponēdo aliquid quod tamen non ſit alienū. k Campi.S.Quod habet rex ipſe latin⁹: nos fuerat:vt viris fortibus p̄ honore daretur aliq̄ agri p̄icſa:vt habuit Targn⁹ ſupb⁹ in cāpo Martio:q̄d ſpaciū ab Homero tenenos dicitur.Hoc ergo:q̄d latinus pro honore de re publica habuit:ab Aſcanio intelligimus eſſe promiſſum:C.Id campi.Romanū morem ſequit̄:qui bn̄ de repu.meritos agro donabant:vt de mutio & multis aliis legimus.
l Te vero mea quē ſpaciis propioribus.C.demonſtrat q; ſilitudo ętatis beniuolentiā conciliat.
m Venerande puer.C.p̄ miraculo dictū:nā nihil tam longe a pueritia q̄ veneratio eſt. n Pectore toto.S.omni affectu.
o Rerū verborūq; fides.S.et rempu.tibi cōmittā:& tecū omne cōmunicabo cōſiliū. p Me nulla dies tam fortibus auſis diſſimilem arguerit.S.ab hoc officio:& ab hac audatia acceſſu temporis inferior nō probabor qualiſcūq; fortuna comitet̄:tantūmō hoc poſſum de me promittere:vt ſemper audeam ſemp̄ velim fortiter facere:nā hoc eſt quod dicit:fortibus auſis diſſimilem arguerit. Tantū ergo meū eſt:hoc promittere ſiue proſpera: ſiue aduerſa fortuna cōmitetur: nam aut diſiunctiua particula eſt:non negantis aduerbium: q Tantū fortuna ſecū.Aut aduer.ca CRI.i.mō aliquid accidat q̄ curādū ſit:ſiue in ſecūda:ſiue in aduerſa fortuna.
r Super oīa dona.S. vltra omnia dona.i.q̄d ego pluris q̄ cętera dona facīā. s Genetrix.DO.Magnū pōdus in his verbis Maternū eīn nomen omnes affect⁹ tranſit. Prętera:q; ſit ex genere Priami non acceſſione noua:ſed vetuſtate cōiūcta.laudauit ergo a genere:ſed q; fruſtra laus originis tangi

Te vero mea quem ſpaciis propioribus ętas
Inſequitur venerande puer:iā pectore toto
Accipio:& comitē caſus complector in omnes:
Nulla meis ſine te quęretur gloria rebus:
Seu pacem ſeu bella geram:tibi maxima rerū
Verborumq; fides.contra quē talia fatur
Euryalus:me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit:tantum fortuna ſecūda
Aut aduerſa cadat:ſed te ſuper omnia dona
Vnū oro:genitrix priami de gente vetuſta
Eſt mihi:quam miſeram tenuit nō Ilia tellus
Mecū excedentē:non mœnia regis aceſtę:
Hāc ego nūc ignarā huius (quodcūq;) p̄icli eſt
Inq; ſalutatam linquo:nox & tua teſtis
Dextera:q; nequeā lachrymas perferre parētis.
At tu (oro) ſolare inopem:& ſuccurre relictę.
Hanc ſine me ſpem ferre tui:audentior ibo
In caſus omnes.perculſa mente dederunt
Dardanidę lachrymas ante oēs pulcher Iulus.
Atq; animum patrię ſtrinxit pietatis imago.
Tunc ſic effatur.
Spondeo digna tuis ingētibus omnia cœptis.
Namq; erit iſta mihi genitrix:nomēq; creuſę
Solum defuerit:nec partum gratia talem
parua manet:caſus factum quicunq; ſequetur.
per caput hoc iuro:per quod pater an̄ ſolebat:
Quę tibi polliceor reduci: rebuſq; ſecundis
Hęc eadem matriq; tuę generiq; manebunt.
Sic ait illachrymās:humero ſimul exuit enſem
Auratum:mira quē fecerat arte lycaon
Gnoſius:atq; habilem vagina aptarat eburna
Dat Niſo mneſtheus pellē: horrentiſq; leonis.
Exuuias:galeam fidus permutat alethes.

tur:niſi is qui laudatur vita & moribus ſe maioribus ſuis dignū gerat:ponit ſuas virtutes:excuſat aūt q; ignaram relinquat quia niſi illa cauſa interceſſiſſet:ſcelus non paruum cōmiſiſſet. t Priami de gente vetuſta.S.de familia:& bn̄ eā etīā ex cognatione cōmendat.Nā Aſcanius nepos eſt Priami p̄ Creuſam.C.Priami de gente vetuſta.Eſt amanda a te:quia eſt ex eadem familia:de qua mater tua.Eſt itidem a me: q; pręter q̄ mater eſt. omnia tedia:& laborem:vt me ſequeretur p̄peſſa eſt:
v Miſeram.S.quę ſic impacienter diligebat filiū.
x Mecū exceden.S.vt ille meū comitat⁹ iter. vult eīn intelligi ſui cauſa matrem ſecutā. y Ignarā inq; ſalutatā.C.Timebat eīn ne robur animi pietate materna ſuccūberet: Prępoſuit igitur rēpu.matri:& remediū ſua prudētia adinuenit. z Quodcūq; p̄icli eſt.S. Sylepſis: nam ſubaudis periculū.
a Inq; ſalutatā.S.inſalutatā:& eſt Temeſis:vt in utilis inq; ligat⁹ cędebat.
b Quod nequeam la.p.pa.S.Excuſat:ne videat crudelis.Vnde ſequit̄ matris eius tragicus & miſerabilis:ille conqueſtus:potuiſti linquere ſolā crudelis:& Talia. c Inopē:S.modo auxilii egentem:
d In caſus omnes.S.vt ſupra fortuna:ſecūda vel aduerſa. e Pulcher iulus.S.Incōgruū epithetō pulchritudinis poſuit:cū res eſſet in loco religionis:
f Strinxit pietatis imago.S. perſtrinxit momordit amonuit: ſenſus autē eſt:aut poſtq̄ vidit iſtū ſic amare matrē paternę pietatis cœpit virtutē agnoſcere:aut certe cœpit etiā ipſe ſic pietatem agnoſcere.vt eius conſueuit pater:aut certe exemplo Euryali auidius cœpit amare patrē etiā an̄ dilectum.
g Partū gratia talem p̄ua manet.S debet ab omnibus coli:quę talem creauit.C.Talem partū.non erit illi parua remuneratio q; illum peperit.
h Caſus factū quicunq; ſequet̄.S.Satis cōgrue.premia eīn non debentur

euentui:sed voluntati.
i Per q̃d pater ante solebat. S. Alii volunt ideo ante: quia absens est Aeneas: nam iurare possumus: & per absenti filii caput: Alii ad causam religionis trahunt: quę pręcœpit: vt filii imitentur in omnibus rebus suos parentes: vt nunc quasi innitatio sic iusiurandi: vt dicit Ascaniꝰ iuro per caput meum sicutpr̃s pater per caput suũ vitare consueuerat quotiens fidẽ suã confirmare cupiebat. Alii volunt ideo dictũ ante: quia pontificibus per liberos iurare non licebat: sed p deos tantũmodo: vt sit anteq̃ pontifex esset Aeneas.
k Reducitq̃ rebus secũdis. S. Mira arte moratur in prosperis & ea iterat tacet aduersa: & magis intellectui. & subaudititur qui relinquat: cũ ei nõ dicat: si nõ redieris: ait. Mrisq̃ tuę ꝛc.
l Matrisq̃ tuę generisq̃ manebunt. S. Hoc autem secũdũ morem Romanorũ dicit apud quos premia decernebant: vt illi liberisq̃ eius darent; liberis: quę accipere non potuissent parentes. C. Hęc eadẽ matri manebũt. subaudi si nõ redieris. quod subtraxit: ne male: aliquid ominaretur.
m Generi quę. CRI. quoniam mater ipa oĩa Euryalo pmissa accipere propter vetustatũ ętatẽ: & propter sexum inabilis erat. n Humero simul exuit ensem. C. Dat & ad presens minora munera: quibus maiorem fidem confirmet. o Lycaon Gnosius. S. Cretensis. Et est laus ab artefice. Hunc autẽ gladiũ Euryalo datũ intelligamꝰ. Nam Nisus accœpit pellem & galeã. p Pellem horrentisq̃ leonis exuuias. S τοῦτο. dixit hoc est bis idẽ: vt bellũ etiã pcede boũ stratisq̃ iuuẽcis Laomedõtiadę. q Galeã. S. Alię em̃ sũt explorãtũ: sic et Home. oñdit & alię bellantiũ.



ꝗ Protinꝰ armati incedunt: quos omnis eūtes
Primorū manus ad portas iuuenūqꝫ senūqꝫ
Prosequitur votis: nec non & pulcher Iulus
Ante annos animūqꝫ gerens curamqꝫ virilem:
Multa patri mandata dabat portāda: sed aure
Omnia discerpunt: & nubibus irrita donāt.
Egressi superant fossas: noctisqꝫ per vmbram
Castra inimica petunt: multis tamen ante futuri
Exitio: passim somnō vinoqꝫ per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus:
Inter lora rotasqꝫ viros: simul arma iacere
Vina simul: prior hyrtacides sic ore locutus.
Furyale audendū dextra: nunc ipsa vocat res:
Hac iter est: tu ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit custodi: & consule longe.
Hec ego vasta dabo: & lato te limite ducam.
Sic memorat: vocēqꝫ p̄mit: simul ense superbū
Ramnetem aggreditur: qui forte tapebus altis
Extructus toto proflabat pectore somnum:
Rex id em: & regi turno gratissimus augur
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes:
Armigerūqꝫ premit rhemi: aurigāqꝫ sub ipsis
Nactus equis: ferro secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino: truncūqꝫ reliq̄t
Sanguine singultantem atro: tepefacta cruore
Terra: toriqꝫ madēt: nec nō lamyrūqꝫ lamūqꝫ:
Et iuuenem serranum: illa qui plurima nocte
Luserat insignis facie: multoqꝫ iacebat
Membra deo victus: foelix si protinus illum
Aequasset nocti ludum: in lucemqꝫ tulisset.

r Quos omnis: C. facit rem verisimilē: ex eo quod fieri solet. s Primorū. S. genitiuus hic venit ab eo quod est hi primores: sicut hi proceres. quorum nominū nominatiuꝰ singularis nō inuenitur: licet dicamus primoris.
t Votis. S. Aut cum votis: aut pro reditu vota facientes. v Añ annos. C. nam puerilis etas: si eiꝰ naturā respitias ea non ferebat. x Animum. C. fortitudinem. y Curā C. prudentiam & consilium. z Et nubibus irrita do. S. vt ipsa partem volucres dispersit in auras. a Noctisqꝫ per vmbrā. C. Nam in luce deprehensi fuissent. b Castra inimica. S. non tantum hostilia: sed etiā perniciosa: nam cū dolore dictū inimica: vnde. s. redituri non erant: quod ex sequentibꝰ comprobat. C. Castra inimica. q. d. ineuitabile exitium: nam duo tot superare qui poterant. Sed tñ vt demonstretur eoꝝ fortitudo addit Multis ꝛc.
c Multis tñ ante futuri Exitio. S. Dicēdo sic: ostēdit perniciosa castra eē: q̄ ipsis fuerant mortem allatura. C. Multis tamē ante futuri Exitio. passim negligētia hostiū: & profundus somnus facit rem verisimilē: nā hec iuueni animū dabant. d Vina simul. S. vasa. s. vini. in quibus vina ponuntur.
e Ore locutus. S. nō est parisologia: nā secūdum Homerū exploratores: q̄ volunt plerūqꝫ nutu significant. f Audendū dextra. S. quia audemꝰ & cursu: & animo. C. Audēdū dextra: qa animo: aut verbis non sat esset nūc in tāta occasione. Colligūtur em̄ hic omnia que rhetores sub signo in coniecturali reponūt. s. locus: tempus: spacium: occasio. Ex quibus sequitur spes perficiendi: & spes celandi.
g Hac iter est. S. per hostium cedē. & audaciā nostram. h Consule longe. C. Ita consule: vt lōginquū spatiū oculis lustrando explores.
i Hec ego vasta dabo. S. de qbꝰ dixit Corpora fusa vident. sed nō augurio potuit depellere pestem: ostēdit per transitū fati necessitatē nulla peritia posse depelli. Est autē Homericus versus. C. Vastā: nā quis locus magis vastus eē potest: q̄ is qui habitatoribus vacuatur.
k Lato limite. CRI. qa latum spatiū hominibus euacuabo.
l Premit. S. opprimit.
m Proflabat. C. maior est in dormientibus anhelitus. n Augurio. C. Vide Seruium: vł dic ꝙ ꝑ trāsitum spnit huiuscemodi artes vaticinandi: tāqꝫ ex maiori parte mēdaces. Ex hac autē temeraria cede ostendit: plus longe prodesse consilium prudentium: q̄ iuuenū audaciā: nam si hic cautus egisset: tutus euadere cum socio potuisset.
o Temere. S. Passim fortuitu negligēter. DO. Temere. ostendit hos ita vino fuisse oppressos: vt cecidisse potius: q̄ corpora ad quietem tradidisse viderentur. p Sub ipsis equis. S. circa ipsos.
q Secat. D. Quod nō fit sine mora: Hoc veniebat ex securitate agentis. & ignoratione pacientis ex nimia ebrietate.
c Tusco de sanguine vires. S. Robur totū a lucumonibus habuit. d In se mezentibus armat. S. odio sui in arma cōpellit. D. Armat in se: quia causā prębuit q̄ illi se armarent. e Patre Bænaco velatus harundine glauca. Mincius infe a ducebat in ęquora pinu. S. Baenacus lac⁹ est Venetię. de quo fluui⁹ nascitur Mincius: Iure ergo dux venetus fluuiū prouincię suę depixit in naui: quē Bænaci filiū: quia ex ipo habet originem dicit. C. Mincius. de quo diximus in Bucco. g Grauis. S Fortis. vel feritęnse grauē tymbreus osyrim. h Centenaq̄ arbore fluctum. S. nō ait remis: sed arboribus: ad exprimēdā nauis magnitudinem: q̄ plures habuit remorū ordines. vnde ait Luca. Et summis longe ferit ęquora remis. i Marmore: S. mari. C. Marmore maris: sic enim grȩce splendor dicitur. k Cęrula. S. cęrulea freta: non cęrula concha: nam versus non stat. l Hispida. S. horrida setosa. m Frōs hoiem p̄fert. S. modo primam hominis partē intelligere debem⁹: nam hoc dicit: a capite vsq̄ ad ima latera hominis mōstrabatur effigies: n Lecti proceres. C. q. d. si numerus exigu⁹ erat virtus militum maximarū copiarū vires subibat. o Ter denis. S. triginta accipiamus naues fuisse: non vt quidam volunt singulos duces tricenas habuisse. nam enumeratorū militum non conuenit numerus. prȩsertim cū sequitur subsidio Troię. i. paruo auxilio: nam apud maiores bella non ambitu sed virtute constabant. p Iamq̄ dies. D. Laus Aeneę q̄ die nocteq̄ continuata nauigatio illū non defatigaret. Sedebat ergo: & vigilabat: & cū plura cogitaret: tn̄ & temone

r Phoebę. S. luna sic̄ sol phoebus. Item tytā sol. & titanis luna. Describit au tem noctem mediam: & dicit finitū diē: secūdū rationū ritum. nec lunę fit sine cā cōmemoratio: nam aliter nymphę videri non poterant. s Neq̄ enim mēbris dat cura quietem: C. nam principis est cuncta curare. et nocturno etiam tempore vigilare: vnde homer⁹. ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα. t clauūq̄ regit. S. Iam ei: & in quinto dedit gubernandi peritiam. C. clauumq̄ regit. Quemadmodū in erroribus versabatur Aeneas: quia nōdum virtutum habitum cōtraxerat: Palinuro: quē in obtēperantē rationi appetitum interpretati sum⁹ rectore vtebatur: sic cū ad italiam. i. ad contemplationem iā deuenerit obducta iā virtutum habitu ipse sua ratione ad clauū sedet: quia non ampli⁹ ducit rationem appetit⁹: sed rationi obtemperat: et q̄d illa ostēdit: id vult: idq̄ petit. v Medio in spatio. S. inter nauigandum: x Cybele al. S. Mater cybele dicta est: vel. απο του κυβιστησαι την κεφαλην. quod semper galli per furorem motu capitis comam rotantes vlulatu futura pronunciabāt Luca. Crinemq̄ rotantes sanguinei pupulis vlularūt tristia galli: vl a phrygię in montibus vbi colitur: quos cybelos vocāt: Cybele autem tribrachus est: id est pes ex prima breui constans: & duabus logis. Nam Cybele anapest⁹: vt hic. mater cultrix cybele.
y Quot prius. SES. Sūbtraxit tot:
z Agnoscunt longe regem lustrante choreis. DONA. Nā propter nocturnas tenebras alii non facile cognoscerent.
a Doctissima cymodocęa. SERVI. Poetice: sicut mutatio: ipsa etiam confingitur: nam stultissimum est: quod aiquidam: ideo doctissima: quia ilioneī nauis fuit.



Eminet: ac leua tacitis subremigat[c] vndis.
Tum sic ignarū alloquitᷣ: vigilas[d] ne deum gens
Aenea: vigila:[e] & velis immitte rudentes.
Nos[f] sumus Ideę sacro de vertice pinus:[g]
Nūc pelagi nymphę: classis tua: perfidus[h] vt nos

b Dorso eminet. SER. peritia natandi ostendit.
c Subremigat. S. subnatat.
d Vigilas ne deū gens. S. verba sunt sacrorum: nam virgines vestę certa d'e ibant ad regē sacrorum: & dicebant vigilas ne rex vigila: q̄d Virg. iure dat Aeneę: quasi & regi: & quē vbiq;: & pontificem & sacrorum peritū inducit. DO. Vigilas. Recte dubitat: nam tempus somnū: curę vigilias suadebat.

e Deum gens. SER. propter. diis genite & geniture deos.
f Nos sumus. SER. loquitur per diffinitiões.
g Pinus. SER. hoc loco secundum quartam declinationē: in Bucolicis iuxta secundam: vt Menalus argutumq; nemus pinosq; loquentes semper habet.
h Perfidus. SERVIVS. Qui post fœdus bella cōmouit: hinc latinus: ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.

i Rupimus inuitę tua vincula. ac si diceret: malueramus ibi potius seruiret q̄ in nympharum numina cōmutari.
k Teq; per equor querimus. SER. Hęc nobis vagandi est causa. vt te iuuare possumus.

mulacrum eius cum claui pingitur: nam terra aperitur vere: hyemali clauditur tempore. D. Alma parēs: dea: ex his tribus nominibus captauit beniuolentiam. CRI. Alma parēs: Nam hęc terra est: terra autem omnia alit.

precipites ferro rutulus; flammaq; premebat.
Rupimus inuitę tua vincula: teq; per equor
Querimus: hāc genitrix faciem miserata refecit.
Et dedit esse deas: euūq; agitare sub vndis.
At puer ascanius: muro fossisq; tenetur
Tela inter media: atq; horentes marte latinos.
Iam loca iussa tenet forti permixtus hetrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas:
Ne castris iungant certa est sententia turno.
Surge age. & aurora sotios veniente vocari
Prim⁹ i arma iube: & clypeū cape. quē dedit ipē
Inuictū ignipotens. atq; oras ambiit auro.
Crastina lux (mea si non irrita dicta putaris),
Ingentes rutulę spectabit cędis aceruos:
Dixerat: & dextra discedens impulit altam
(Haud ignara modi) puppim: fugit illa p̱ vndas:
Ocior & iaculo: & ventos æquante sagitta.
Inde alię celerant cursus: stupet inscius ipse
Tros anchisiades: animos tamen omine tollit.
Tum breuiter supera aspectans cōuexa p̄cat:
Alma parens Idęa deum: cui dindyma cordi:
Turrigereq; vrbes; biiugiq; ad frena leones:
Tu mihi nūc pugnę princeps: tu rite p̄pinques
Augurīū: phrygibusq; adsis pede diua secūdo.
Tantum effatus: & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies: noctemq; fugabat:
Principio sotiis edicit signa sequantur.
Atq; animos aptent armis: pugneq; parant se.
Iamq; in conspectu teucros habet: & sua castra:

l Refecit. S. aut re vacat. aut quia ante in ipsis forma nauium fuerat.
m Dedit esse deas. S. gręca figura: vt donat habere viro.
m Iam loca iussa tenet. S. vt et supra dixim⁹ hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον. accipiendum est: nam intelligim⁹ eum equites misisse per terram. ¶ Ne castris. S. aut se subaudis. aut iungant pro iungantur. n Arcas eques. CRI. Ostēdit Aneę se hęc scire: quę ipse nouit vt inde capret fidem in vaticinatione victorię: quā ipe futuram esse nescit.
o Surge. DO. sedentem excitat non dormientem.
p Aurora. DONA. antequam plene veniat lux.
p Crastina lux mea si non irrita dicta putaris ingentes rutulę spectabit cędis aceruos. SER. spectabit est vera lectio: & ordo est. Si mea dicta non putaris irrita: crastina lux ingentes aceruos cędis spectabit: nam male quidā spectabis legunt. & ad lucem referūt: quod nō procedit: nullus enim sic loquitur. O Aenea si quę dico minime credis. O lux crastina īgētis cędis aceruos spectabis. D. Spectabis aceruos: p̄dixit futura: vt dea appareret.
r Haud ignara modi. S: moderationis quippe: q̄a fuerat nauis.
s Inde celerāt cur. S. Inde alię nymphę nauium cursus celeriores efficiūt: sicut fecerat cymodocea.
t Stupet inscius ipse. C. Cum presens miraculum velocitatis ani aduerteret accœpit spem etiam victorię: quam illa prędixerat.
v Inscius. S. rerum quas audierat: nam ex aperto credere non poterat.
x Omie. SER. Augurio. promisse victorię.
y Tollit ani. DO. Audierat a nympha etiā aduersa: ergo non lętabatur: sed q̄a plura nūciabātur p̄spera: attollebat animos

a Dindyma. SE. mons phrygię. CRI. Dindyma. mōs. vñ & ipsa: dea dyndimena est dicta.
b Turrigereq; vrbes. S: ciuitates turritę: vnde & cum corona turrita: mater pingitur deum.
c Biiugiq;. CRI. q̄ bigę essent.
d Ad frena leones. S. iō hoc fingitur q̄ omnis veritas materne subiacet affectioni: & subiugata est. C. fabula leonum est notissima.
e Propinques. S. familiare efficies: vt et propius res aspice nostras.
f Phrygibusq;. S. ac si diceret: cultoribus tuis.
g Tātum effatus. SERVI. breuiter vt supra ait propter lucem iam maturam: id est plenam: nā nō crepusculum: sed lux matura describitur.
h Reuoluta. S. aperta. sicut contra inuolutum dicimus eē illud quod clausum est
i Ruebat. SER. oriebatur. vt: ruit oceāo nox: & est in sensu hysteron proteron. Prius enim nox fugatur: sic dies oritur.
k Sociis edicit. S. secundum edita nymphę. D. Edicit est dicere cum auctoritate aliquid curandū iubere.

l Signa sequantur. SERVIVS. vel tessere: vl̄ tubarum: vel signa militaria.
m In conspectu teucros habet. C. In cōspe. contra id spacium: quo cōspect⁹ prouenit.
n Ardentem. C. Splēdētē: vt tyrioq; ardebat murice lena: et facit rem verisimilem: nā quo mō potuisset elonginq̄ cōspici clype⁹ nisi propter splēdorē: et nisi ipe ex altiore p̱te nauis extulisset.
o Clamorem. C. p̱pter subitam lętitiam.

5 Alma parens idęa deum. SER. Alma proprie est tellus ab eo quod alat. Abusiue etiam aliis numinibus epithetō datur. Terram autem cōstat esse matrem deum: vnde & si

p Dardanidę e muris. D. ostēdit quid possit spes: nam q̄ metu fugiebant. nunc spes in hostes insurgunt.



Stās celſa in puppi: clypeū tum deinde ſiniſtra
Extulit [n] ardentem: [o] clamorem ad ſydera tollunt
Dardani[p]dę e muris: ſpes [q] addita ſuſcitat iras:
Tela manu iaciunt: quales ſub [r] nubibus atris
[s] Strymonię dant ſigna grues: atq; ęthera tranant
Cum ſonitu: [t] fuguintq; notos clamore ſecūdo

q Spes ſuſcitat iras. C. nā ſpes tollit animos: & animorum elatio nos ad vltionem excitat: vnde excitatur acrior pugna: nam poſſūt: q̄a poſſe videntur.
r Quales ſub nubibus altis. S: in altis.
s Strymonieq; grues. S. a fluuio Thratię Strymone iuxta quem habitant: hęc autem cōparatio non ad telorum pertinet ictū: ſed ad troianorum clamorem.
t Fugiuntq; notos. SERVI. aut q̄ſuis ventos frigidos: nam etiam grues ſignificant tempeſtatem futuram. vt in Georgi. legimus. aut illum ſurgentem vallibus imis Aerię fugerē grues: aut reuera notos: horum enim calorem fugiunt cum reuertuntur in Thratia.

[v] At rutulo regi: ducibusq; ea mira videri
Ausoniis: donec versas ad littora puppes
Respiciunt: totumq; allabi classibus ęquor. [x]
[y] Ardet apex capiti: cristisq; a vertice flamma
Funditur: & vastos vmbo vomit aureus ignes.
Non secus ac liquida si quādo nocte comete [z]
Sanguinei [a] lugubre rubent, aut [b] syrius ardor:
Ille sitim morbosq; ferens mortalibus ægris
Nascit[c]: & [d] leuo contristat lumine coelū.
[e] Haud tamen audaci turno fiducia cessit
Littora precipere, & venientes pellere terra:
Vltro animos tollit dictis: atq; increpat vltro.
Quod votis optastis [f] adest: perfringere [g] dextra
In [h] manibus mars ipse viris: nūc coniugis [i] esto
Quisq; sue: tectiq; memor: nūc magna [k] referto
Facta patrū: laudesq;: vltro ocurramus ad vndā:
Dum trepidi, egressisq; labant vestigia prima.
Audentes fortuna iuuat.
[l] Hęc ait: & secū versat quos [m] ducere contra.

v At rutulo regi. D. Hi em̄ in plano constituti. videre Aeneā non poterāt. x Totumq; allabi classib⁹ ęquor. S. cū classibus labi. D. Totūq;. Moraliter quidē: nā repētino turbatis motu omnia maiora videntur. C. Totūq; al. clas. ęquor. nā ex timore res maior videbat̄. y Ardet apex capiti. S. ex sequentibus intelligimus æneę armorū fieri descriptionē: nā dicturus est. At non audaci Turno fiducia cessit: Quāuis talia arma respiceret: si tn̄ primā respicias cōnexionē: q̄si de Turno videret̄ dicere: q̄d nō ꝓcedit. Apex coni altitudo hoc loco: Est aūt Homeri. & loc⁹: & cōparatio. Hoc aūt iste violentius posuit: q̄ ille stellę tātum facit cōparationem: hic etiā stellę pestiferę: respiciēs: quas clades rutulis esset illaturus Aeneas. z Cometę sanguinei lugubre. S. pro lugubriter. Cometę aūt latine crinitę stellę appellant̄. Et Stoici dicūt has stellas esse vltra xxxii: quarꝝ noīa et effect⁹ Abienuis: qui Iambis scripsit. Virgilii fabulas memorat. Pli. secund⁹ etiam dicit cometas stellas eē naturales: quę apparent certis tēporibus. Itē hoc quoq; cōmemorat cometas fieri de Planetis quinq;. vnde interdū bona: interdū pessima significant. Nam si de Venere: aut Ioue fiāt: optima prenūciant. Si de marte: aut de Saturno: deteriora. Nam mercurialis semper talis est: qualis ille cui adheret: vnde & minister deorū fingit̄. hinc est quod modo ait. Cometę sanguinei rubēt. i. noxii. C. Sanguinei: quia sunt de colore Martis: qui sanguineus est. & portēdunt bella: & cędes. a Lugubre rubēt. C. i. quia rubent: luctū & sanguinis effusionē notant. b Syrius ardor. S. Stella est in ore canis: quę (vt in tertio dixim⁹) q̄tū in ipa est: pestifera est: sed pro qualitate adiacētiū: aut vincitur: aut maioribus vtitur viribus: hinc est quod cū certo tēpore sp̄ oriat̄. nō sp̄ est noxia. c Leuo. S. Noxio. d Contristat lumē. S. sic dicit cū de stella loqueretur quā armis splendentibus cōparauit. Bene hoc Statius ad ipsa arma transtulit: dicens. Armaq; in aura tristia. e Haud tn̄ au. tur. fi. ces. C. Ingētem quidem terrorem incutiebant: Sed tanta erat in Turno audatia: vt non discederet a solita violentia. Capitq; optimū consiliū ita se venienti Aeneę interponere: vt se suis coniungere non posset: vt disiunctis viribus imbecilliores essent: ex qua re oñditur: vt fortitudo in hoc duce erat: ita fuisse et sapientiā: quę duo imperatorē absoluūt: altera eñi quid op⁹ sit facto cernit̄. altera quod iā cognitū est ꝑficit̄. f Quod vo. op. ad. S. Magna ars persuadētis est: q̄d vt cupit fieri: in p̄iudicium trahat. sic hoc loco: quia vult Turnus vt optēt pugnā eius socii: hāc eos dixit semꝑ optasse. C. Quod vos o. Conuenientissima oratio in genere demonstratiuo: & statim ea apponit: quę pudorē afferre possint: & infamiā: nisi viriliter animo prestent̄. multi em̄ in quibus vera fortitudo esse nō potest: pudore & infamię metu: ad ea impelluntur. ad quę vera virtus si adesset impulisset. g Perfringere dextra. S. fortiter facere: & bn̄ verbo vsus est militari. h In manibus S. non iā in votis: sed in manibus res est. C. In manibus mars ipse vi. q. d. q̄ hi qui virtute prestant pro suo arbitrio Martē tractēt. i. victoriā in potestate habēt. ergo pudenda res est: eū effugere: quē totiēs optastis: vt sit argumētatio ab honesto. Deinde arguit a facili: cū in manib⁹ fortium virorū oīa sunt posita. postremo ostēdit illos non de imperio: & de ambitione certare: sed pro domo: ꝓ vita: ꝓ cōiugibus: atq; liberis: q̄ est argumētatio a necessitate. ergo ꝑfectissima ex breuib⁹ verbis oratio: ab honesto: vt fugiant opprobriū: ne fugiāt: quos votis optarūt: quod est summa ignominia: A facili: propter eorū fortitudinē. a necessario: quod pugnant pro salute sua & suorum. A vitāda ignominia: quā subirēt: si a maioribus degenerarēt: Iterū a facili cū accidat occasio: vt possint labentes nec firmo cōgressu stātes īuadereq;: & cogere hostes: vt in quo loco velint: ī eo pugnent: addit postremo sententiā q̄ audentes fortuna iuuat. i Esto. S. pro sit. tertia persona est. k Refert facta pa. S. Alii hic distinguunt: vt sit. referat mō vnusq̄sq; facta patrū & laudes. Et secut⁹ Salu hoc dicit: qui ait hispanorū fuisse: vt in bella eūtib⁹ iuuenib⁹ ꝑētū facta mēorarēt a m̄rib⁹. Alii distinguūt. nūc magna referto facta: vt duas res dixerit: nunc vnusquisq;: et suorū factorū meminerit: & laudis parentū. l Hęc ait. C. Mira ducis virtus. qui in tanto & tā improuiso ꝑiclo meminerit: neq; quod fieri solet in magna rerū perturbatione suę prudentię oblit⁹ est: nā & subita oratiōe sotios ne qua in re deficerēt corroborauit: & hostes anteq̄ in terra cōsisterent: atq; in ordines redigerentur inuadere parauit: & delectū ex tēpore: tū eorū q̄s ad expugnāda mœnia relinquerēt: tū eorū quos secū cōtra Aeneā educeret habuit. Nec minor in Aenea atq; hetruscis demonstratur industria: ac celeritas: in qua etiā per Tarcōtem exprimit: sūmopore curandū esse: ne celeritas sit sine sūma cautiōe. quę nisi adhibeatur: sępe euenit: vt ꝓperatio tarditatē afferat: In q̄ loco manifestū est: tm̄ virū ita poti⁹ q̄ in mezentium flagrabat p̄cipitatum: q̄ cōsilio: vt id tētaret adductū esse. Ex quo recte admonet poeta: vt in agēdis rebus: nihil ꝑ perturbationes: sed oīa ꝑ rectā rōnem agēda esse. Quā quidē rem sinister nauis exit⁹: pulchre admonet: hoc idē sua oratio manifestat: quę concitatissima est: & illud non sapienter profert. frangere nec tali puppim statione recurso. Consulit ergo poeta vitę & moribus hominū: consulit & suauissime cuidā iocunditati quam varietas af

fert. Mirifice autem pugnam varietate casuum distinguit: atq; exornat.
m Versat q̊s ducere contra S. cogitat quidem: sed non facit ne diuiso exercitu vtrobiq; vincatur: q̊d sequentia indicant: nam paulopost dicturus est: et rapit acer totam aciem in teucros. DO. Versat quos ducere. In tanta desperatione: nec cõsilium. nec vim animi amisit.
n Concredere. S. con vacat.
o Pontibus altis. SERVI. scalis nauium.
p Languentis. S. tranqlli. q Breuibus. SER. vadis.
Per remos. S. scaphis:
s Non spirat. S. legitur & sperat: quod meli⁹ est. nã dũ vada esse nõ sperat incidit in ea.
t Tollite forte rates. S. ad celeritatem dictũ est.
v Findite rostris. S. militari felle dictum est: vt etiam terra ipa quodammodo sentiat hostis aduentum.
x Statione. S. Statio est portus tẽporalis: nã port⁹ est vbi hiematur: sed mõ statio sic cum littus significat. Hoc enim dicit: potiar terra: & nauem frangere non recuso.
y Innocuę. S. Innocuus est: cui non nocet. Innoxi⁹ qui non nouit nocere: sed hoc poetę plerũq; confundunt. s Dorso. S. Dorsum est durior harena: q̃ remeantibus fluctibus: et euntibus densat: & in modum saxi durescit: quod a nautis puluin⁹ vocatur.
a Iniquo. S. sibi nocẽti.
b Fluctusq; fatigat. S. subaudis eam: nã fluct⁹ nominatiu⁹ ẽ singularis.
c Exponit in vndis. S. non invndis: Quia in ipo loco res agitat: nec est mutatio d Inuasit agrestes. S. quia dixit. Et lacos vastant cultoribus agros.
e Omen pugnę. S. Sal. pugnam illam pro omni bello futuram. Ideo ergo omen: quia sicut nunc: sic vbiq; vincet Aeneas.
f Therone. S. hoc nomẽ in pindaro lectum est tantum.
g Aerea scuta. C. q̃uis nõ fiat positio: si plures cõsonantes sequantur vocalẽ: dummodo sint ñ i eadem

Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas sotios de puppibus altis
pontibus exponit: multi seruare recursus
Languentis pelagi: et breuibus se credere saltu:
per remos alii: speculatus littora tarchon
Qua vada nõ spirat: nec fracta ĩmurmurat vnda:
Sed mari inoffensum crescenti allabitur ęstus
Aduertit subito proras: sotiosq; precatur:
Nunc o lecta manus: validis incũbite remis
Tollite: ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram: sulcũq; sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali pupim statione recuso
Arrepta tellure semel: quę talia postq;
Effatus tarchon: sociis consurgere tonsis:
Spumantesq; rates aruis inferre latinis
Donec rostra tenent siccum: & sedere carinę
Omnes innocuę: sed non puppis tua tarchon.
Nãq; inflicta vadis dorso dum pendit iniquo:
Anceps sustentata diu: fluctusq; fatigat:
Soluitur: atq; viros mediis exponit in vndis.
Fragmina remorũ: quos & fluitantia transtra
Impediũt: retrahitq; pedes simul vnda relabẽs.
Nec turnũ segnis retinet mora: sed rapit acer
Totã aciem in teucros: & cõtra in littore sistit.
Signa canunt. primus turmas inuasit agrestes
Aeneas: omen pugnę: strauitq; latinos:
Occiso therone: uirum qui maximus vltro
Aeneam petit: huic gladio: perq; ærea scuta
per tunicam squallẽtem auro: latus haurit apertũ.
Inde licham ferit exectum iam matre perempta:
Et tibi phoebe sacrum casus euadere ferri
Cui licuit paruo: nec longe cyssea durum:
Immanẽq; gyan: sternentes agmina claua:
Deiicit lceto: nil illos herculis arma.
Nil valide iuuere manus: genitorq; melampus
Alcidę comes: vsq; graues dum terra labores

dictione: sed in sequenti: vt hic: tñ raro fit.
h Tunicam squalentẽ. S. id est splendentem loricam.
i Hauri. S. ferit modo significat.
k Et tibi phoebe sacrũ: SER. omes qui secto matris ventre procreantur: iõ sunt Apollini consecrati: qa de⁹ ẽ medicinę: p quã lucem sortiuntur. Vnde et Aesculapius eius fingitur filius: ita enim procreatũ supra diximus. Cęsarum etiam familia iõ sacra retinebat Apollinis: qa q primus de eorum familia fuit execto matris ventre procreatus est: vnde etiam cęsar dict⁹ est: lz varia de ethimologia hui⁹ nominis dicantur: vt diximus supra.
l Quod licuit paruo. S. legitur: & cui licuit.
m Vsq;. S. tam diu. donec:
n Ecce pharon voces. S. legitur & pharo. vt. it clamor coelo: vt sit datiuus ab eo quod est pharus. Si autem pharon legeris figuratum est: nam de nominatiuo transit ad datiuum: dicens clamanti.
o Flauentem malas. S. flauentes malas habentem primę ętatis.
p Infœlix noua gaudia cydon. SER. de Cretensibus accipimus. Quod in amores puerorum intemperantes fuerũt: quod postea in Laconam: & totam gręciam translatum est: adeo vt Cicero dicat in libris de republica: opprobrium fuisse adolescentibus: si amatores non haberent: propter quod Poeta Cydonem inducit amatorem. Nouimus autem Cydones Cretenses dici. Sane Cydon quando nomẽ est proprium cy naturaliter producit: si appellatiuum corripit: vt parth⁹ siue cydon telum immedicabile torsit Tamen Stat. etiam in proprio corripuit: vt hęc regi promissa cydon: hęc lampe dabamus: quod fecit abutens licentia: qua vtimur in nominibus propriis

q Noua gaudia cydon. SER. Quia tunc primum amare cœperat.
r Stratus. SER. deest pennis.

[n] prębuit:ecce pharon voces dum iactat inertes:
Intorquens iaculum clamanti sistit in ore:
Tu quoq; [o] flauentem prima lanugine malas
Dū sequeris clytiū:infœlix noua [p] gaudia [q] cydō:
Dardania stratus dextra securus amorum:
Qui iuuenū tibi semper erāt: [s] miserāde iaceres:
Ni fratrum [t] stipata cohors foret obuia:phorci
progenies:septem numero:[v] septenaq; tela
Coniiciunt:partim galea:clypeoq; resultant:
Irrita [x] deflexit partim stringentia corpus
Alma venus:& fidum Aeneas affatur [y] achatem:
[ʒ] Suggere tela mihi:non ullū dextera frustra
Torserit in rutulos:steterāt quę in corpore graiū
Iliacis campis:tum magnam corripit hastam
Et iacit.illa volans clypei [a] transuerberat æra
[b] Meonis:& toraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit alcanor:fratremq; ruentem
Sustentat dextra:traiecto [c] missa lacerto
[d] protinus hasta fugit:seruatq; cruenta [e] tenorem:
Dexteraq; exhūero neruis [f] moribūda pepēdit.
Tum numitor iaculo fratris [g] de corpore rapto
Aeneam petiit:sed non & figere contra
Est licitum:magniq; [h] femur perstrinxit achatę.
Hic [i] curibus fidens primęuo corpore Lausus
Aduenit:& [k] rigida dryopen ferit eminus hasta:
Sub mentum grauiter pressi:pariterq; loquētis
Vocem:animāq; rapit:traiecto gutture:at ille
Fronte ferit terram:& crassum vomit ore cruorē.
Tres quoq; threicios borę de gente suprema:
Et tris quos idas pater:& patria [m] ismara mittit.
per varios sternit casus:occurrit Alesus:
Auruncęq; manus:subit & neptunia proles

s Miserande. S. pro miserandus:nam pro nominatiuo vocatiuum posuit: vt econtra socer arma latinus habeto:licet illic posset accipi:socer arma latinus habeat:nam habeto & secundę & tercię personę est:tñ alibi nominatiuum p vocatiuo posuit. vt:Corniger hespidū fluuius regnator aquarum: t Stipata co. S. vnanimiter veniens. v Septenaq; tela. S. more suo pro septē vt bina pro duobus.

x Deflexit partim stri. co. al. ve. S. male ait Donatus hoc loco:ante dictorū oblitum esse Virgiliū: q̄ post Iouis prohibitionem bellis faciat numina interesse:nō respiciens Iouem magis deos hortatū eē in fœdera:q̄ a bellis prohibuisse:nam et paulo post: tam Iuno q̄ Iuturna bellis intererunt. C. Deflexit flectendo remouit.

y Achatē. S. oīa nomina quę in tes exeūt:vocatiuum in a mittūt:vt achates achata:thymoeta.

ʒ Suggere tela mihi. S. ordo est:suggere tela mihi:q̄ in campis iliacis in grecorum steterē corporibus:nullum em̄ mea dextera ī rutulos sine causa iaculabit̄ telum:eorum quę iā sunt cęde hostiū comprobata.
a Transuerberat. S. scindit. b Toraca. D. Torax dicitur indumētum: quo bellator vsq; ad pectus munitur.

c Traiecto missa lacerto:S:qua fuerat missa retroacto lacerto. d Protinus. S. iugiter: continue. e Tenorē. S. currēdi modum. f Morebunda. S. morienti similis: quod ita esse etiam Salu. ostendit:qui ait:quasi vitabundus per tramites:& saltuosa loca exercitum ductare:nam Iugurtha nō vitabat legatum:sed eū vitare simulabat:nā quia nomen est:ideo significat similitudinem: non passionē: quod si participaliter diceret:a passiuo veniret: omnia em̄ a passiuo participia in dus exeunt. Moribunda similis morienti:nō em̄ participaliter aliquid significat:sed nominis habet significationē. Nominis autē significatio similitudinem habet:non passionem:quando dico moriturus est:vere moriturus est:moribundus vero nō vere:sed similis morienti: vnde:et Salustius dixit: quasi vitabundus.
g Fratris de corpore rapto. S. Si diceret fratrum: de corpore speciosius eēt: quod ideo omisit:quia hasta Alcanoris tātum vulnerauerat manum in Meonis vero hęserat corpore:
h Femur. S. Femur dicimus:quia lectū est. Et declinat̄:hui9 femoris:illius pro ablatiui:nō inuenitur nomiatiuus. Lętus eripit a fœminę. licet Caper in libris enucleati sermonis dicat femen:sed non ponit exemplū:ergo aut hoc femur:aut hoc femen: nam femus non dicimus penitus. i Hic cur. S. hoc est tunc. Et est ordo Tunc fidens primęuo corpore aduenit Lausus curibus:q erat de curibus:vt Verres romulia:aut fidēs curib9: vt. ecce sabinorū prisco de sanguine magnū Agmen agens lausus.
k Rigida tenens eam. S. non vibrans: & iaciens: CRI. Rigida. inflexibili ergo durissima.
l Borę de gente supra. SER. Aut originē ducens a zetho & calai:qui borę filii:et Nymphę Orythyię fuerunt: vt de gente:de genere accipiamus. Aut certe in hyperboreis mōtib9 natus:vnde est origo venti borę.

m Ismara. SER. Thracię ciuitas a monte Ismaro.
n Expellere tendunt. S. loco se inuicem moueri cōtendunt.

Insignis mesapus equis: expellere tendunt
Nunc hi nunc illi: certatur limine in ipso
Ausonie: magno discordes æthere venti
Prelia ceu tollunt animis: & viribus equis.
Non ipse inter se: nõ nubila: non mari cedit.
Anceps pugna diu: stant obnixa omnia cõtra.
Haud aliter troiane acies: aciesq; latine
Concurrunt: heret pede pes: densusq; viro vir.
At parte ex alia qua saxa rotantia late
Intulerat torrens: arbustaq; diruta ripis:
Arcades insuetos acies inferre pedestres
Vt vidit palas latio dare terga sequaci:
Aspera quis natura loci: dimittere quando
Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis:
Nunc prece nunc dictis virtutẽ accẽdit amaris.
Quo fugitis socii: per quos & fortia facta:
per ducis euandri numen: deuictaq; bella
Spemq; meã: patrie que nũc subit emula laudis
Fidite ne pedibus. ferro rũpendaq; p hostes
Est via qua globus ille virum densissimũ vrget.
Hac vos & palanta ducem patria alta reposcit.
Numia nulla pmũt: mortali vrgemur ab hoste:
Mortales totidem: nobis animeq; manusq;:
Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
Deest iam terra fuge: pelago troiã ne petetis:
Hec ait: & medius dẽsos prorumpit in hostes.
Obuius huic primũ fatis adductus iniquis.
Fit lagus: hunc magno vellit dũ põdere saxũ
In torto figit telo: discrimina costis
per medium qua spina dedit: hastãq; receptat
Ossibus herentẽ: quẽ nõ super occupat hilbon:

o Limine. S. littore: p Magno æthere. S. i aere in magno: nã venti in æthere non sunt sed in aere: sicut supra: atq; æthera tranãt cũ sonitu: p aerẽ. q Obnixa o. cõ. S. Mare. mari: nubes nubibus: venti ventis. Legitur & obnixi: vt referatur ad ventos. r Heret pede pes. S. pro pedi: nã antiptosis est: & est Homeri versiculus. C. Heret pede pes. ex metri necessitate posuit pede pro pedi p antiptosim. s Arcades. S. accusatiuus est pluralis cuius vltima sillaba ideo breuis est: quia nomĩatiuus pl's i es terminatẽ: vt hi arcades: delphines delphinas. t Insuetas. C. Ergo digni venia: pugnabãt enim pugna pedestri: cui nõ essent assueti: neq; id stulta electiõe adducti: sed iniquitate & asperitate locorum coacti: excusantur ergo q fugiant: maximaq; datur adolescenti laus q in tanto periculo: & senili consilio: & inuicto animo vsus: summi ducis officiũ adimpleuerint. v Latio se. S. p latinis: alibi. Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam. x Dimittere qñ. S. siquidẽ & est Romane militie: nam in locis impeditis eqs cominibus dabant: & pedestri certamine cõfligebãt. y Quo fugitis. S. Hoc amare dictum est: nã pces sequunt. D. Quo fugitis. cũ oia teneant hostes. C. Quo fugitis. q. d. cũ nullum victis refugiũ sit: nã vt ait Salu. Nec locus: nec amicus quisq; texit: quẽ arma non texerunt. Arguit ergo a necessario non eẽ fugiendũ. Et vt pudore: q res in animis excellentib9 multũ valet: eos retineat: cõmemorat facta eorum excellentia: & gloriã Euãdri regis. que oia presenti pugna deturbari dehonestariq; facile possint: si fugiant: addit & spem suã: & modeste ita rẽ tractat: vt omnia ad illos adhortandos non ad se ipsum laudandũ tendere videatur. z Deuictaq; bel. S. finita: exhausta: nã hostis vincitur: nõ bellum. a Fidite ne pedibus. S. Datiuus est pedibus: nã fido tibi dicimus. C. Fidite ne pedib9. i. fuge ad extiũ tamẽ producit: quasi dicat si amittenda vita est poti9 gloriose dũ viriliter pugnatis: q ignominiose dũ turpiter fugitis amittenda est. Dehortatur ergo: fugam: quoniã turpissima sine aliqua vtilitate futura sit. Deinde hortatẽ ad pugnã: quã suadet ab vtili: cũ illa sola salutẽ sibi cõparare possint: ostendit q non esse illam impossibilem: cũ res illis cũ hominibus: qui vinci possunt: & nõ cũ diis: qui sunt inuicti futura sit postremo ostendit necessariũ esse illos stare: qñ fuga omnis interclusa illis sit. b Hec vos & palãta ducẽ patria alta reposcit. S. Hoc vult patria: vt per cedes hostiũ reuertamur. c Numina nulla pmũt. S. argumentatẽ a facili dicens nõ cõtra deos: sed cõtra mortales bella tractamus. d Ecce maris. S. Quod est efficax i fine posuit: nã dicit eos quo fugiant nõ habere cũ terra teneatẽ ab hostib9: mare autẽ pedibus transire nõ possint: castra vero igredi turpissimũ sit: aut certe ẽt impossibile: si ab hostib9 obsidentur: vt quidam volunt intelligẽtes. Et rapit acer totã aciẽ in teucris. s. q deducebat certẽ relictis. e Magna claudit nos obice. S. nõ vsus habet: vt dicamus: hic obex: vñ quidem magno obĩne legũt: antiqui etiã hec obex dicebant secũdum qd est magna obice: hiec ẽ q nõnulli vitãt generis dubietatẽ: & legũt magni. s. maris. Caper tñ i libris dubii generis: pbat dici hic & hec obex: quod vt dixim9 hodie de vsu recessit. f Dẽsos prumpit in ho. S. vt eos hortaretẽ exẽplo. C. Et medius densos: non enim verbis solũ: sed mlto magis exemplo suo psuadendũ erat. g Fatis iniqs: S. exitũ poccupauit futurũ. h Magno põdere: S. magni ponderis: vt ære cauo clypeũ p caui. i Receptat. S. Iõ frequẽtatiuo vsus est: qa herẽtẽ hastã ossib9 auellere facile non poterat: ergo receptat est frequenti cõcussione diuellit. k Sup occupat. S. quẽ nõ desup occupat:

Ille quidem hoc ſperans: nam palas[l] ante ruentē
Dum furit incautum crudeli morte ſodalis
Excipit: atq; enſem tumido in[m] pulmōe recōdit:
Hinc ſthenelum petit: &[n] rethi de gente vetuſta
Anchemolū: thalamos auſum īceſtare nouercę.
Vos etiā gemini rutulis cecidiſtis in aruis
Daucia laride: thymberq; ſimilima proles:
Indiſcreta[o] ſuis gratuſq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina[p] palas.
Nā tibi thymbre[q] caput euādrius[r] abſtulit enſis.
Te deciſa ſuum laride dextera querit:
Semianimeſq;[s] micant digiti: ferrūq; retractant.
Arcadas[t] accenſos moniti: & pręclara tuentes[v]
Facta viri: mixt⁹ dolor[x]: & pudor armat in hoſtes.
Tum palas biiugis fugientē rhętea[y] pręter
Traiicit. hoc ſpatium tantumq; morę fuit ilo[ʒ].
Ilo namq; procul validam direxerat haſtam:
Quā medi⁹ rhœteus[a] intercipit: optime teucra[b]
Te fugiens: fratrēq; tyrem[c]: curruq; volutus
Cędit ſemianimis rutulorum calcibus arua.
Ac velut optato[d] ventis ęſtate coortis
Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor:
Correptis ſubito mediis extenditur[e] vna
Horrida per latos aties vulcania[f] campos.
Ille ſedens victor[g] flāmas deſpectat ouantes[h].
Non aliter ſociū virtus coit omnis[i] in vnum:
Teq; iuuat pala: ſed bellis acer[k] Aleſus
Tendit in aduerſos: ſeq; in ſua[l] colligit arma.
Hic mactat lacona: pheretaq;: demodocumq;:
Strimonio dextram fulgenti diripit enſe
Elatam in[m] iugulum: ſaxo ferit ora thoantis.

iō aūt deſup: quia palas. ad euellendā haſtam fuerat inclinatus. l Nam palas ante ruentē dum furit. S. Ordo eſt: nā eundē palas ante excœpit i. dolo interemit. Ille eñ incautus ruerat furens propter crudelem mortē ſodalis: vnde & incautus fuerat. m Tumido in pulmōe. S. Et naturaliter tumido: & quia furebat: ī pulmōe aūt recōdit archaiſmos ē: pro in pulmonē. n Rheti de gente vetuſta anchemolū. S. Hęc fabula nuſq; inuenit in auctoribus Abienus aūt: qui totum Virgiliū Iambicis ſcripſit hanc cōmemorat: dicens grecam eſſe: Rhętus ergo Marrubiorꝝ rex fuit in italia: qui Anchemolo filio Caſpiā ſuperduxit nouercā. Hanc priuignus ſtuprauit: quo cognito cum eū pater perſequeretur: & ad penam vocaret: fugiēs ille: ſe ad Turnū contulit. o Suis. S. etiam ſuis Luca. Et amiſſum fratrem lugentibus offert. p Diſcrimina. S. differētias. q Tymbre. S. ꝓ tymber metri cauſa metaplaſmū fecit. r Euādri⁹ abſtulit enſis. S. poſſeſſiuū eſt mō: non patronymicon. s Semianimeſq; micāt digiti ferrumq; retractāt: S. Ennii ē: vt: Oſcitat ī cāpis caput a ceruice reuulſū Semianimeſq; micāt oculi: lucēq; requirunt: quem verſum ita trāſtulit ad ſuum carmē Varro Atacen⁹. t Arcades. D. Vehementer mouet virt⁹ alieno exēplo maxīe ducis. petit tęlo & precatur. CRISTO. Archades Multa ponit ſimul: quę ſingula arcades excitare poſſent. Primū ꝑſentia orantis ducis. Deinde eiuſdem exemplū: q̊d etiā timidos ignauoſq; excitare valet: Pudor deniq; qui ab om̄i dedecore mortales abſtinere cogit: atq; iracundia: q̄ ad queq; grauiſſima pericula ꝑcipites agit. Sapientiſſimus ergo poeta: vt rē veriſimilē faciat: nullam ex validiſſimis cauſis: quibus ad piculoſiſſimā pugnam accēdi poſſent omiſit. Nā cum fortitudo vna ſit: & ī paucis inueniatur: poſuit omnia quę ſępiſſime virtutis vicem agunt: deinde cum narratio tātę ſtragis in faſtidiū auditorē ducere poſſet: locū ipſum mira varietate diſtinguit: & multis luminibus illuſtrat.
v Tuentes. S. nunc vidētes. alibi defendentes.
x Dolor et pudor. S. ſic de Mezentio. Aeſtuat ingens. Vno in corde pudor mixtoq; inſania luctu.
y Fugientē rhętea. S. pręter fugientē.
ʒ Fuit ilo. S. Subaudis ad mortem ilo hoc ſpatiū fuit tantū: & hęc ſola mora: quo min⁹ Ilus periret.
a Rhœte⁹. C. Hūc Marrubiorum: qui in Marſis ſunt regem fuiſſe dicūt: & Anchemolo filio nouercā Caſperiam induxiſſe: aſt ille eam cōſtuprauit: indeq; iram patris metuēs ad Turnū fugit.
b Teucram. S. ab eo q̊d eſt hic teucras huius teucrę. quomō Aeneas huius ænee.
c Tyrem. S. ab eo quod eſt hic tyres.
d Optato. S. ex voto: ꝑ ęſtatem enim venti freq̄nter optantur. & quaſi contingere videntur ex voto.
e Extenditur vna. S. Sicut duces diuerſis locis cōmiſſa prœlia continuauerant.
f Acies vulcani. S. Ideo abuſus ē: quia cōparatio ad bellum pertinet: nā de igne dicere atiem: ſatis incongruum eſt. Ergo aties vulcania: vis ignis: quę late per campos effundit.
g Victor. S. cui vota ꝓceſſerunt: voti campos. i. επιτυχων. h Ouātes. S. abuſio eſt non ꝓprietas.
i Coit omnis in vnum: S. vnanimiter omnes fortiter faciunt.
k Sed bellis acer. S. Sed mō ꝑticula incœptiua ē: ſicut in Salu. ſępius. ſicut aut interdū: nam non eſt coniunctio ratiocinantis.
l In ſua collegit arma. S. poſt ſcutū ſe claudit. Alibi & ſe colligit in arma.
m Elatam in iugulum ſaxo ferit ora thoantis. S. Iugulo ſuo vulnus minātem.
n Fata canēs ſyluis genitor celarat Aleſum. SER. quaſi diuinus. Alii cauēs legunt: ſecūdum quod nō ſtatim et diuinus apparet

naet ab aliis audita caue re potuerat.
o Canentia lumina .S. aut hyppallage est .p ipe canes: aut physicam rem dixit. dicutur enim pupille mortis tempore albescere.
p Iniecere manum parce. S. Traxerunt debitum sibi: & sermoe vsus est iuris: nam manus iniectio dicitur: quotiens nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam vendicamus.

Ossaq3 dispergit: cerebro permixta cruento.
Fata cauens [n] syluis genitor celarat Alesum:
Vt senior leto canentia [o] lumina soluit:
Iniecere [p] manum parce: telisq3 sacrarunt
Euandri. quem sic q alas petit ante precatus.
Da [q] nuc tybri pater ferro quod missile libro
Fortunam: atq3 via duri per pectus alesi:
Hec arma exuuiasq3 viri tua quercus [r] habebit.
Audiit [s] illa deus: dum texit Imaona alesus:
Arcadio infoelix telo dat pectus inermum.

q Da nuc tybri pater ferro. S. Vicinu inuocat nomen: cuius ripis bella tractat: sic supra. Tu dea tu presens nostro succurre labori.
r Tua quercus: S. in tuis ripis creta.
s Audiit. S. modo exaudit: & ad effectum deduxit: Paulopost tatum audit: vt audiit Alcides iuuene: ¶ Du texit. du spoliat: tam tempus psens est:



non pręteritum: ab eo q̄d est tego: sic Plau. Ego hūc hominem detexam pallio.
t At nō cede viri tāta perterrita lausus. S. Subaudis esse.
x Nodumq; moramq;. S: Bene addit moram: ne nodū alium acciperem⁹. nam nodus proprie est densa peditum multitudo: sicut turma equitum: vt lectum est in disciplina militari. Nodū ergo pro difficultate accipe: quę vix possit exolui.
x Graiis impedita corpora teucri. S. Quos gręci perdere nequierunt.
y Teucri. SERVI. Teucros accipimus: quos secum duxit Aeneas: nam quorum de numero: qui sese in bello sequantur. Prestātes virtute legit: alias non procedit: nam paulo post erupturi sunt: qui obsidentur in castris.
ȝ Extremi addēsant acies. S. luc. Quātū pede prima relato. Constringit gyros acies. Densēt aūt secūdę coniugationis est.
a Nec turba moueri Tela manusq; sinit. S. Luca. Gladiosq; suos compressa timebat.
b Maiore sub hoste. S. Sub hostilitate: nam sub diuersis hostibus pereūt.
c Solus ego in palanta. CRI. vtinā pater spectator adesset: Amara verba. & est illud dicendi genus ardens: & concitatum: de quo in superioribus diximus.
d Cuperem ipse parens. D. ipse scilicet qui amat: ipse qui inimicis meis auxilia subministrat: ipse a quo missus est contra me.
e Spectator. DO. Quia grauiora sunt quę videntur q̄ q̄ audiūtur: Quod Leoni Turnum: & tauro palantem comparat: iam euentum rei demonstrat.
f Aequore iusso. S. pro ipsi iussi est vsurpatū participium: nam iubeor nō dicimus: vnde potest venire iussus. Sic ergo hic participium vsurpauit. vt Horatius verbum dicēs. Hęc ego procurare: & idoneus imperor: & non inuitus: ergo satis licenter dictum est: adeo vt hoc loco Probus hic correptum a: lōgū posuerit.

At non cede viri tanta perterrita Lausus:
pars ingens belli: sinit agmina: primus abantē
Oppositum interemit: pugnę nodūq; moramq;.
Sternitur archadię proles: sternuntur hetrusci:
Et vos o graiis imperdita corpora teucri.
Agmina concurrunt: ducibusq; et viribus ęqs:
Extremi addensant acies: nec turba moueri
Tela manusq; sinit: hinc palas instat: & vrget.
Hic contra Lausus: nec multum discrepat ętas,
Egregii forma: sed quis fortuna negarat
In patriam reditus: ipsos concurrere passus:
Haud tamen inter se passus regnator olympi.
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum qui volucri curru mediū secat agmē:
Vt vidit socios: tempus desistere pugnę:
Solus ego in palanta feror: soli mihi palas
Debetur: cuperem ipse parēs spectator adesset:
Hęc ait: & socii cesserunt ęquore iusso.
At rutulum abscessu: iuuenis tū iussa superba
Miratus: stupet in turno: corpusq; per ingens
Lumīa voluit: obitq; truci procul omnia visu.
Talibus & dictis it contra dicta tiranni.
Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis:
Aut leto insigni. sorti pater ęquus vtriq; est:
Tolle minas fatus: medium procędit in ęquor
Frigidus archadibus coit in pręcordia sanguis.
Desiluit turnus biiugis: pedes apparet ire
Cominus: vtq; leo specula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem proelia taurū
Aduolat: haud alia est turni venientis imago.

g Tum. S. deinde.
h Miratus stupet. C. pśaga sūt hęc future mortis.
i Tyranni. S. regis superbi.
k Aut spoliis iam ego raptis laudabor opimis. Aut leto. S. Dilema argumētū est: quod est ab vtraq; parte firmissimum: & cōcludit aduersarios. Spoliis opimis: Quę dux duci detrahit: vt diximus supra opima sunt spolia. C. Aut spoliis iam ego raptis laudabor opi. Aut lęto. Oratio conueniens magnanimo iuueni.
l Frigidus archadibus coit in pręcordia sanguis. SE. p. Presagio mortis futurę: CRI. Frigidus archadib⁹ coit in pręcordia sanguis: et hoc etiam pręsagiebat futurā calamitatē.
m Vtq; leo. SER. leo ad virium violentiam ac feritatē: & est ordo: vtq; leo aduolat: tal' est Turni imago venientis. CRIS. vtq; leo. Quadrat comparatio. nam & si taurum vincat leo: non tamen multo inferior est taurus leōe: ostēdit autē quod natura euenire solet: plus in adolescēte animorū fuisseq; prudentię.
n Specula cum vidit ab alta. SER. Hoc ad currus altitudinem spectant.
o Haud alia est turni venientis imago. CRI. Nā leo ita in taurum fertur: vt nihil de victoria dubitet.
p Contiguum misse fore credidit haste. SERVIVS. postquā vidit eum venisse intra iactum teli: scilicet vt posset feriri.
q Ire prior pallas: si quā fors adiuuet ausum. SERVI. Subaudi voluit. CRISTO. Ire prior pallas: si quā fors adiuuet ausum: Diffidētię hoc pot⁹ q̄ cōfidētię signū esse videt: q̄d manifestius oratio sua ad Herculem demonstrat.

r Fors.S.fortuna propter illud. Audentes fortuna iuuat. s Te precor alcide.S.supra contra inferiorem hostē flumi nis implorauit auxiliū:nunc contra maiorē v ribus : deum vocat virtute prestantē.

huius cadauer haud procul aRoma ab agricolis effossum: adeo integrū:vt nuper extinctum videret: adeo ingens:vt mœnia Romana proceritate superaret:& supra eius caput

t Cernat semineci.S.ad illud quod ait Turn⁹ Cu perem ipse pa sp.a.Hic di cit:ipse suum cernat interi tum. v Victoremq; fe rant mo.tur.S.Donatus dicit meminerint:sed me lius est sustineāt:quasi pō dus & pœnam:nō enim possunt meminisse oculi. x Audiit.C.q.d.libēter exaudisset: si fata darent. y Lachrymasq; effu.S. ostendit euentum futurū. z Stat sua cuiq; dies.S. sectis philosophorū poetę p qualitate negotiorū sp vtuntur:nec se vnq; alle gant:nisi quorum hoc p positū est:vt facit Lucre. Qui epicureos tm̄ secutus est.Scimus aūt inter se sectas cōtrarias esse:vn̄ fit vt in vno poeta:aliqua in ueniamus cōtraria:nō ex ipsius vitio:sed varietate sectarū.Illud nāq; quod ait in quarto. Sed misera ante diē :Epicureorū est: qui casibus cuncta conce dunt.nūc quod dicit: stat sua cuiq; dies Stoicorum est:qui dicūt fatorū statu ta seruari: sane prudenter fecit:vt fluxā & vagā opi nionē Epicureorū daret hominī:nā illud ex psona poetę dictū.Hanc aūt va lidam daret Ioui:nā Stoi ci & nimię virtutis sunt: & cultores deorum.Stat. Fixa est.dies:tps vitę: nā fœmineo vsus est genere: cū em̄ masculino vtimur: reuera diē significamus.

a Breue tpsv.S.q₂ qnq; finit.ipse paulop⁹.Rhebe diu:res si qua diu mortalī bus vlla est vixim⁹. Item Cice.Quid ē em̄ hoc ipm diu in quo est aliqd extre mū. b Irrepabile.C. quod reparari.i.restaurari neqt.Oratio est q̄ et oran tis:& ei ad quē verba ha bentur vehemēter q̄dret. Quis enim & apud deos maiore maiestate predit⁹

Hunc vbi contiguū missę fore credidit hastę
Ire prior palas:si qua fors adiuuet ausum
Viribus imparibus:magnūq; ita ad æthera fat:
Per patris hospitiū:& mēsas quas aduena adisti
Te precor alcide:cœptis ingentibus adsis.
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta:
Victoremq; ferant morientia lumina turni.
Audiit alcides iuuenem:magnūq; sub imo
Corde premit gemitū:lachrymasq; effudit in
Tū genitor natum dictis affat amicis: (anes.
Stat sua cuiq; dies:breue:& irreparabile tēpus
Omnibus est vitę:sed famā extēdere factis:
Hoc virtutis opus:troię sub mœnibus altis
Tot gnati cecidere deum:quin occidit vna
Sarpedon mea progenies:etiam sua turnum
Fata vocant:metasq; dati peruenit ad eui:
Sic ait:atq; oculos rutulorum reiicit aruis.
At palas magnis emittit viribus hastam:
Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans humeri surgunt qua tegmina sūma
Incidit:atq; viam clypei molita per oras:
Tandem etiā magno strinxit de corpore turni.
Hic turnus ferro prefixum robur acuto
In palanta diu librans iacit:atq; ita fatur.

lucernā perpetuo ardentē: quę nullo liquore nec spi ritu extingui posset:sed tā dem perforato fundo ex tincta est.erat aūt & epi thaphiū hmōi:filius Euā dri Pallas:quē lācea Tur ni militis occidit:mole sua iacet hic. f Gnati de um .S. Achilles thetidis. Memnon Auroræ.Ascala phus martis. g Sarpedon.S.vltia ha bebit accentum in nomi natiuo.secūdū Home.qui & sarpedontis et sarpedo nos facit:& vltima & pe nultima. h Etiam sua tur.S.multi eciā legunt. vt sit ecce:& ptinet ad cō solationē:nā sic ait peritu rus est ille qui vincit. i Metas.S.fines :vt i pri mo.His ego:nec metas re rum:nec tempora pono. k Peruenit.S.bene ad ex primēdum celerē mortis aduentum:preterito vsus est tempore. l Rutulorū reiicit aruis. S.Respiciendo fecit partē fœliciorem:vt aspice nos hoc tantum . quippe q̄d em̄ videt admodū iuuat. C.Oculos rutulorum re iicit aruis. vt demonstra ret:q̄uis pallas occidēdus esset:non plus fauere Tur no q̄ sibi:nā dii solo aspe ctu fauent. m Reiicit aruis. SER.re naturaliter breuis est:et p longa posuit.Sic alibi: Re iice ne maculę infuscet vel lera pullis:quod licet pos sit excusari :quia cum ia ciat reiici inter duas voca lis i posita producit supe riorem. vt dicamus eā lō gam esse spe:quia per de clinationem longa futu ra est:tamen quia in hac re argumētum magis est q̄ ratio: dicam⁹ ecbasim factum:quę poetis pleū q; conceditur.

n Fulgentem deripit en sem.SER.ne iacto telo in ermis esset.

est:q̄ Iupiter:aut apud hoīes constantior Hercule: c Omnibus est.S.Magna cōsolatio:quę ostēdit nō eē do lenda cōia. d Sed famā extendere factis.S.contra illud quod occurrebat:vitanda esse ardua si breuis est vita. dicit ergo amandas esse virtutes:vt vitę breuitas:fama & glorię meritis possit augeri. e Hoc virtutis op⁹.S.opus offici um C.Hoc vir.op.i.hoc pstari possunt viri virtute pditi. Propterea dixit supra versu vicesimo quarto.Corp⁹ p igēs: Vbi ostendit proceritatē corporis:Nā refert Martin⁹ anna lium scriptor in sua Martiniana:imperante Heinrico tertio.

o Atq; viam clypei molita per oras.S.Hoc est cū diffi cultate quesiuit , per quod & soliditas clypei:& minus fir mus hastę iactus ostenditur.CRISTO.Illa viam.Non de fuerunt vires iuueni:sed hasta non incidit in corpus Turni: expressit autem mirifice interiti adolescentis ardorem:cum eodem tempore:& hastam contorserit:& illa contorta en sem distrinxerit. p Diu librans iacit:atq; ita fatur.CRISTO. Tanq̄ secu rus,neq; de euentu quicquā dubitans:quod oratio mani festat. q Num mage sit nostrum penetra. SERVI.legi

tur & magis est: vnus tñ est sensus: sed si mage legamus propter metrũ dictum est pro magis: sicut etiã pote ꝓ potis Persius Qui pote vis dicã nugaris cum tibi calue: quod adeo in vsu venit: vt etiã in prosa inueniatur. C. ce. i frumẽtaria. Mage cõdẽnatũ hoiẽ i iudiciũ adducer ñ posse. r Penetrabile. S. ꝓpẽetrale dr̃: nã q̊d penetrat penetrale dr̃: q̊d aũt penetratur penetrabile. s Cuspis ingẽs. S. ita accipiendũ est ne incõgruum sit: si de puero dixeris ingens pectus. Sane cuspidem abusiue ꝓ hastę mucrone posuit. t Et pectus perforat. S. hic distinguendũ: vt ingens sicut diximꝰ ad superiora possit referri. v Animusq; sequuntur. S. ꝓ anima: nã animus consilii est: aĩa vitę. x Corruit in vul. C. ex Homero. y Referri. euãdro. S. Põt et hic distigui põt et ñ referri vt sit Euãdro remitto q̃lẽ meruit filiũ. ʒ Solãeʒn humãdi ẽ. S. quia solatiũ viuẽtiũ ẽ humare defunctos.
a Stabunt. S. cõstabũt. b Paruo. S. nõ paruo piculo. c Immania pondera. C. & per hoc etiam ostendit̃ corporis magnitudo: cũ tãtꝰ esset baltheꝰ. d Balthei. S. potest er synęresis esse balthei: & hyp̱metrus versus: nã seq̃ns a vocali inchoat. Baltheꝰ aũt in singulari masculini tm̃ ẽ generis. Iuue. Baltheus & tunicę: in plurali numero & neutri iuue. Quotiẽs rumoribꝰ vlciscũtur balthea: e Imp̃ssumq; ne. S. Insculptũ danaidũ nefas. Donatꝰ tñ dicit imp̃ssum: coactũ a p̃re compulsę sunt facere. quaꝝ talis est fabula. Danaus. & Aegysthꝰ belli filii fuerũt ex his Danaꝰ. l. filias habuit. et Aegysthꝰ totidẽ filios. Danaꝰ coactꝰ a fratre: vt filias iuuenibus traderet mr̃imonio: in ipos nuptiaꝝ dies gladios virginibus dedit: quibꝰ illę ex p̃cepto p̃ris spõsos suos interfecerunt excœpta Hyp̱mestra q̃ Lynceũ ſuauit. C. Imp̃ssũq; ne. Quasi velit hoc triste fuisse ꝓdigiũ. f Vna sub no. iu. D. huiusmõi cœlatura triste augeriũ detulit turno futuꝝ

Aspice nũ mage sit nostrum penetrabile telũ:
Dixerat: ac clypeum tot ferri terga tot æris
Cum pellis totiens obeat circumdata tauri
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu:
Loriceq; moras: & pectus perforat: ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna eademq; via sanguisq;: animusq; sequũt.
Corruit in vulnus: sonitũ super arma dedere:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento:
Quem turnus super assistens.
Arcades hęc inquit memores mea dicta referre
Euandro: qualem meruit palanta remitto
Quisquis honos tumuli: qcq̃d solamẽ humãdi
Largior: haud illi stabunt æneia paruo (est
Hospitia: & leuo pressit pede talia fatus
Exanimem rapiens: immania pondera balthei:
Impressumq; nefas: vna sub nocte iugali.
Cęsa manus iuuenum fœde: talamiq; cruenti.
Quę bonus Eurycion multo celauerat auro:
Quo nũc turnus ouat spolio: gaudetq; potitꝰ.
Nescia mens hominum fati sortisq; futurę:
Et seruare modum rebus sublata secundis:
Turno tẽpus erit: magno cũ optauerit emptũ
Intactum palanta: & cũ spolia ista diemq;
Oderit: at socii multo gemitu: lachrymisq;
Impositum scuto referunt palanta frequentes.
O dolor: atq; decus magnũ rediture parenti:
Hęc te prima dies bello dedit: hęc eadem aufert
Cum tñ ingentes rutulorum linquis aceruos.
¶ Nęc iam fama mali tanti: sed certior auctor
Aduolat æneę: tenui discrimine lęti
Esse suos; tempus versis succurrere teucris.

nemine posse statuta vitare. a Tot adeo. C. Nō describit solū: sꝫ pingit celeritatē & vehemētiā pugnātiū. b Cōuersę acies. S. in bellū coactę. c Pro se quisq; viri. S. Pro qualitate virium suarum: sic in quinto: pro se quisq; viri: & depromūt tela pharetris. d Sūma nititur opū vi. S. Hemistichion Ennianum. e Mentē Aeneę genitrix pulcherrima misit. S. Vt ꝯsiliū q̄ facere id possis nūc nr̄aꝫ accipe mētē. ¶ Pulcherrima: ppetuū est epitheton: nec ad negocium ptinens. Sane bona vsus ē œconomia: Vt diceret instinctu numinis profectū esse Aeneam ad ciuitatis excidium. Nā incōgruum fuerat occupatū bello p se tale cœpisse consilium. C. Hic mētem Aeneę genitrix. Optimū figmentū: nam amor potiundę rei ingenium excitat: vt rimemur omnem viā ad rem perficiendam. f Vrbiumq; aduerteret agmen. S. contra vrbem. g Acies circumtulit. S. Oculorum scilicet. Et bona occasione puenit ad id vt Aeneas possit ciuitatē aspicere. h Immunē tanti belli. S. Sine officio dimicandi. Nā imunis ē quę nihil pstat: quasi sine muneribꝰ siue muniis. i Impune qetē. S. Quę specialr̄ debuit pœnas luere propter fœdꝰ abruptū. k Pugnę accēdit maioris imago. S. Subaudis eū. l Tumulūq; caput. C. vt ab oībꝰ videri & audiri posset. m Nec scuta aut spicula densi deponūt. S. Ex eo q non est factū quod fieri soleat indicauit: vt supra: Defigunt tellure hastas: & scuta reclinant. C. Nec scuta. Quod prudētię fuit: nā nō ita audiēdus erat: vt interim cōtra hostes parati nō essent. n Esto. S. Pro sit. o Iuppiter hac stat. S. id est pro nobis religio est quā læserunt rutuli ruptis fœderibus: nouimus autē interfuisse fœderi. Et deos alios & Iouis imaginē sceptri psentia reddi. am. p Ne quis ob incœptū subitū mihi segnior ito. S. Tertia psona est ito. id est eat: & hortatur eos: vt ita in bellū eant quasi res fuerit ante disposita: nam hoc dicit repentinū imperium nullā nobis afferat moram: sicut paulo post Scalę improuiso subitusq; apparuit ignis. q Causam belli. S. Quia illic erat Lauinia. r Scilicet expectem. C. Indignatio est sed tamen nō ita indignatur: vt a iustia discedat. s Hoc caput o ciues. S. Sicut superꝰ drāces Turno. O latio caput & horꝫ & cūctorū cā malorū. id est principium. t Fœdusq; reposcite flāmis. S. Grauitate sermonis declamationi pondus imposuit: nā hoc dicit flāmas fœderis vrbis innouemus incendio. Nā hic reposcite: ē inouate: reuocate. v Scalę improuiso. C. Summę enim prudentię & celeritatꝭ fuit: ita incautos scalis pręuenire. Vt nihil tale futurū opinarent. x Discurrūt alii ad portas primosq; trucidāt. S. Subaudi improuiso: & hęc simul pronuncianda sunt: vt simul facta videantur: quo vehemens vis bellica possit agnosci. y Inter primos. S. Inter duces: inter principes. z Hęc altera fœdera rūpi. S. Bis rumpi fœdera: bis hostis italos fieri: Bis se in pręlia sęua compelli. Nam varie eandem rem iterat. Bis autē fœdera facta sūt: semel per Ilioneū: & pauloante propter singulare certamen. a Exoritur trepidos inter discordia ciues. CRI. Hoc enim facit impręmeditatus casus: nam inꝰre improuisa. cum consilii capiendi tempus nō datur vnusquisq; ad suum ingenium redit. Et vt varia sunt ingenia varię oriuntur sententię. b Reserare iubent. S. id est volunt: vt iubeo chremetem Teren. c Trahunt in mœnia regem. S. Trahere volunt: nam voluntas animi est non facti. Trahūt autem scilicet vt ꝯpossit immines videri discrimen. Donatꝰ dicit: Trahunt in mœnia pro d ilacerant in mœnibus rumoribus suis. d Inclusas vt cum lateꝫ

Bis iam italos hostes: hæc altera fœdera rūpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Vrbem alij reserare iubent: & pandere portas
Dardanijs: ipsumq; trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij: & pergūt defendere muros.
Inclusas vt cū latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes: fumoq; impleuit amaro
Illę intus trepidæ rerū per cærea castra
Discurrūt: magnisq; accuunt stridorib⁹ iras:
Voluitur ater odor tectis: nūc murmure cæco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna latinis:
Quæ totam luctu cōcussit funditus vrbem:
Regina vt tectis venientem prospicit hostem
Incessi muros: ignes ad tecta volare.
Nusq; acies cōtra rutulas: nulla agmina turni
Infœlix pugnæ iuuenē in certamine credit
Extinctū: & subito mentem turbata dolore
Se causam clamat: crimenq; caputq; malorū:
Multaq; p mœstum demens effata furorem:
Purpureos moritura manu discindit amictus:
Et nodum in formis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miserę postq; accepere latinæ:
Filia prima manu flauos lauinia crines:
Et roseas laniata genas: tum cætera circum
Turba furit: resonant late plangoribus ædes:
Hinc totam infœlix vulgat fama per vrbem.
Demittūt mentes: it sc ssa s e te latinu s
Coniugis attonitus fatis: vrbisq; ruina:
Canitiem imundo p fusam puluere turpans:
Multaq; se incusat qui non acceperit ante,
Dardaniū æneam: generūq; asciuerit vltro.
Interea extremo bellator in ęquore Turnus
Pallantes sequit paucos iam segnior: atq;
Iam min⁹: atq; minus successu lętus equorum:
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Cōmixtū clamorē: arrectasq; impulit aures:
Confusę sonus vrbis: & illętabile murmur.
Hei mihi quid tanto turbant mœnia luctu:

broso in pumice pastor: SER. Pene omnia istius comparationis verba ad supra dictum ptinēt bellum: nam ita apes inclusę sunt. Vt homines qui obsidentur: ita ciuitatem timētiū latebras dicimus: sicut apum aluearia. Item pastorum rex. Et reuera pastor ē ductor exercitus: Homer⁹. ποιμένα λαῶν. Pumicē autem iste in genere masculino posuit: & hunc sequitur. Licet Catull⁹ dixerit genere feminino. CRI. Inclusas vt cū. quadrat ex omnibus partibus ista comparatio: si diligenter aduertes.
e Fumoq; ipleuit amaro. SER. Qui elicit lachrymas.
f Trepidę rerum. SER: Nescientes quid agant: et ignarę auxilii.
g Per cęrea castra. CRI: Quoniam ad bellum refertur: recte dixit castra.
h Ater odor. S. Noue: nā i odore equis color est, sed hoc dicit odor ater: atrę rei. Fumi scilicet ater odor pessimus: vt: fumoq; impleuit amaro.
i Accidit. C. Cum res ad interitum deducūt fata semper ca. mitātibus calamitates adduntur.
k Etiam fortuna Latinis. S. Casus: nam omnis casus in potestate fortunę est.
l Tectis venientem prospicit hostem. S. Aut e tectis prospicit: aut cōtra tecta venientem.
m Incessi muros. SER: Inuadi.
n Et subito mentē turbata dolore. S. Vt oculos suffossa.
o Et nondum informis leti. S. Alii dicūt q̄ inedia se interemit. Sane sciendū q̄ cautum fuerat in pontificalibus libris: vt qui laqueo iniuisset vitam: insepult⁹ abiiceretur: Vn̄ bn̄ ait: informis leti: q̄si mortis infamissimę.
p Flauos lauinia crines: S. Antiqua lectio Floreos habuit. id est florulentos. pulchras: et est sermo Ennianus.
q Et roseas laniata ge: S. Moris fuit apd' antiq̄s vt ante rogos humanus sanguis effunderetur: vel captiuorum: vel gladiatorum: quorum si forte cop

pia nō fuisset. Laniantes fœminę genas suum effūdebant cruorem: vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciēdum cautum lege duodecim tabularū: ne mulieres carperent faciem his verbis. Mulier faciem ne carpito:
r Hinc totam. S. De domo regia.
s Infœlix fama. S. Rerum infœlicium nuncia:
t Demittunt mētes. S: Desperant. si contra desperantes aliquid mētes erigunt.
v Coniugis attonit⁹ fatis vrbisq; ruina. SER. Et priuatis & publicis luctibus.
x Immundo puluere. S: Bene immundo addidit: sic in Geor. Et similem immūdum iactare p agros. Quia etiā puluis ille quo vtimur: puellę cinis vocatur: vnde etiam ciniflones dicti sunt. Horatius. Custodes lecticarii ciniflōes parasiti.
y Bellator. S. Epitheton p[ra]cti temporis.
z Minus successu letos equorum. S. Infirmitas animi etiam equorū tarditate veniebat.

a Attulit hunc illi cecis terroribus aura. S. Naturale enī est: vt a qua parte ventus flat inde clamor audiatur.
b Commixtum clamorem. S. Ex impugnatione: & morte reginę.
c Arrectas aures. S. Ad audiendū sollicitas. Terē. Arrige aures Pamphile.
d Amens. S. Consilii egens. Nescius rei gerēdę. nam mentem & consiliū significare dicim⁹: vt mentem Aeneę genitrix pulcherrima misit.
e Occurrit dictis. SER. Orationi eius verbis obuiā venit.

f Prima victoria: S. id est primum.
g Et nos. C. Nã hic maxime rõne possum⁹ equare hostes.
h Nec vero inferior pugnę nec honore recedes. S. Nec pautiores interimes: nec mior te q̃ꝫ Aeneã cõmitabit̃ gloria: nã occisorũ multitudo compensat hoc: q tu fugientes interimis. Sane sciendũ in hac omi oratiõe Iuturnã occurrere q̃stionib⁹ tacitis.
i Prima p'artẽ fœdera turbasti S. Prima aut inchoãtia: aut tu prima. nã post ei⁹ orationẽ Tolomnius tela contorsit.
k Fallis dea. C. id est q̃ꝫuis dea sis me tñ decipis: validissima est oratio: primo eñ demõstrat suum aduentũ nihil posse cõferre: seq; venire nõ vt victoriam videat: sed ipsum victum post hęc demõstrat dũ Aeneã fugit in eam incidisse ignominiã: vt prętet illi mori q̃ꝫ turpiter viuere. Nam cũ viuos excellẽtissimos interfici passus sit: vltimũ dedecus accedit captiuitas vrbis & soceri & vxoris. Quę nisi succurrerit in cõspectu suo accident. Quid aũt acerbi⁹ sibi accidere põt: q̃ꝫ prębere facultatẽ & Dranci & reliquis suis aduersariis vt iure illũ rephendere possint. Quid vero mag ignominiosum: q̃ꝫ fugere in ea regiõe vel in qua totiẽs victor euaserit. & se Aeneã supaturũ sit pollicitus.
l Nã quid ago. S. Argumentũ a necessario.
m Me voce vocantẽ. S. Atqui hoc nusq̃ꝫ legim⁹: sed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus: aut mortis ẽ omen q̃d nõ dicit̃ videre q̃d minime occurrit: sic in q̃rto. Hinc exaudiri gemit⁹: & verba vocantis visa viri.
o Supat. S. Viuit. vt superat ne & vescit̃ aura.
o Ne nr̃m dede⁹ vfens aspiceret. S. Ac si diceret: fortasse viueret nisi ideo voluisset occũbere: ne nos victos videret.
p Teucri potiunt̃ corpore et armis. S. id est etiam sepultura caret: nam vt in Homer. legimus de virorũ fortiũ cadauerib⁹. erat inter hostes grande certamẽ. q Dextra ne drã

Quis ue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
Sic ait. adductisq; [d] amens subsistit habenis.
Atq; huic in faciem soror vt cõuersa metisci
Aurigę: cursusq; & equos & lora regebat:
[e] Talibus occurrit dictis: hac turne sequamur
Troiugenas: qua prima viam [f] victoria pãdit.
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt:
Ingruit æneas italis: & prælia miscet:
[g] Et nos sæua manu mittamus funera teucris:
[h] Ne nũero iferior: pugnę nec honore recędes.
Turnus ad hæc.
O soror & dudum agnoui: cum prima [i] p arte
Fæde ra turbasti: teq; hæc in bella dedisti:
Et nũc nequicq̃ꝫ [k] fallis dea: sed qs olympo
Demissam tãtos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lętũ vt crudele videres?
[l] Nã quid ago? aut quæ spõdet iã fortũa salutẽ?
Vidi oculos ante ipse meos [m] me voce vocantẽ
Murranũ: quo nõ fuerat [n] mihi carior alter
Oppetere ingentem: atq; ingẽti vulnere victũ.
Occidit [o] infœlix: ne nostrũ dedecus vfens
Aspiceret: teucri [p] potiunt̃ corpore & armis.
Excindi ne domos: id rebus defuit vnum:
Perpetiar? [q] dextra nec drãcis dicta refellam?
Terga dabo: & turnũ fugiẽtẽ hæc terra videbit?
[r] Vsq; adeo ne mori miserũ est? vos o mihi manes
Este boni: quoniã superis [s] auersa voluntas.
Sancta ad vos [t] aĩa: atq; [v] istius inscia culpe
Descẽdã magnorũ haud vnq̃ꝫ [x] indign⁹ auorũ.
[y] Vix ea fatus erat: medios volat ecce p hostes
Vectus equo spumãte sages: aduersa sagitta
Saucius ora: ruitq; [z] implorans nomine turnũ.
[a] Turne in te suprema salus: miserere tuorũ.
[b] Fulmĩat æneas armis: summasq; minatur
Deiecturũ arces italum: excidioq; daturum:
Iamq; faces ad tecta volant: in te ora latini:

cis dicta refellam. S. id est virtute. Nam pro rei officio ipsã rem posuit. pro virtute dextram.
r Vsq; adeo ne mori miserũ est. S. Tacitę quęstioni occurrit.
s Superis auersa voluntas. S. Quia vt supra diximus: donec viuimus curę sum⁹ sup̱ dijs: p⁹ mortẽ ad inferos pertinem⁹. quibus se modo cõmendat.
t Sancta ad vos anima C. Quasi dicat prestat innocentem mori: q̃ꝫ nocentem viuere. Maximũ autem omniũ scelerum viro forti videretur turpiter cedere.
v Istius inscia culpę. S. Vel fugę. Quia fuga grande crimen est apud virum fortem: vel rupte fœderis vel ipse religionis: a qua re se dicit esse alienum propter futura supplicia.
x Indignus auorum. S. Gręca figura est: Nos eñ indign⁹ illa re dicim⁹. Cõtra greci ἀνάξιος στεφάνου. id est coronę indign⁹.
y Vix ea fatus erat. C. Iustis rationib⁹ mouebat̃ ne fugeret: verum si qua in re dubitasset pręsẽti casu: & nuncio socius extinctę confirmari potuit.

z Implorans nomine Turnum. S. Ex multis rebus indicat perturbationem: q festinans venit: q per hostes q vulnerat⁹: q Turnum nomine appellat: nam cõtumelia est nomine superiorem vocare. Sic in Georgicis Mater cyrene mater. cum pręmisisset te crudelẽ nomine dicit: sicut Cõtra Aeol⁹ ad Iunonem ait. Tuus o regina quid optes explorare labor.
a Turne in te suprema salus miserere tuorum. S. Omnia quę supra Iuturna dixerit oratõ ista dissoluit. b Fulminat Aeneas armis. SERVI.

Ex aggeratio est:sic paulo lopost. Horrendūq; intonat armis. b Minat deiectuq; arces. S. qa dixerat. Et ęqua solo fumantia culmina ponam.

c Mussat. SER. Modo dubitat.

d Preterea regina. SER: Quia occurrebat amatā pro eius partibus niti.

e Soli pro portis. SER. Cōtra illud. Sunt alii qui tecta manu defēdere pos

In te oculos referunt: mussat rex ipse latinus
Quos generos vocet: aut quę sese ad foedera (flectat:
Preterea regina tui fidissima dextra
Occidit ipsa sua: lucemq; exterrita fugit.
Soli pro portis mesapus: & acer asylas
Sustentat aciem: circū hos vtrinq; phalāges
Stant densæ: strictisq; seges mucronib⁹ horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas:

sunt:
f Varia confusus imagine rerum. SER. Multiplici nuncio.

g. Et obtutu. S: Varie tacito stetit vultu. Et obtutus est proprie vultus: quē gręci dicunt. προσωπον.

h Pudor. S. Propter illud. Tu currū deserto in gramie versas. CRISTOFERVS. Imo ī corde pudor. Validissimę erāt singulę per se huiuscemodi



pertutbatiões. Pudor ne fibi obiiceret fuga: furor ex indignatiõe. q̃ invict⁹ vinceretur: Luct⁹ ex morte focrus: & amor ex magnitudine in furorem adducens:
i Infania. S. Quia i hostes ferebat.
k Mixto luctu. S. Propter Amatę cognitã mortem.
l Difcuffę vmbrę. SER. Poftq̃ mentis caligo difceffit: quod fequentia indicant: & lux menti addita eft.
m Turbidus. S. id eft plenus perturbationis.
n Quam eduxerat ipfe: S. Quod ei maiorem creabat dolorem.
o Subdideratq; rotas. S. Quo poffet trahi ad ea loca quibus hoftis inftabat.
p Quo deus. C. Verba funt animi inuicti: & omnia pati parati: vt turpitudinem fugiat.
q Quicquid acerbũ eft morte pati. S. Aut quicquid morte acerbum eft morte placet pati hoc eft inferna fupplicia: vel quę poteft fuperbus hoftis referre: ficut de hectore legimus. Aut certe pofitiuus eft pro comparatiuo: placet pati: fi quid etiã morte acerbius inuenitur.
r Furere ante furorẽ. S. Figura antiqua. vt feruitute feruit: dolet dolore. Et eft fenfus fine me furere ante bellicum furorẽ: fcilicet priufq̃ ad eum veniam. vt pugnam mente concipiam: & inftructus furore in bella prorumpam.
s Saxum de vertice preceps Cũ ruit. S. Comparatio ifta futurum oftendit euentum: fimul notãdum q̃ ficut fupra in prœlio: ita & nunc in comparatione prefertur Aeneas. Nam Turnum parti comparat montis: montibus ęquat Aeneam.
t Auulfũ vento. SER. Proprie: nam & Turnus inuitus attrahitur ad bellum.
v Mons improbus. SERVI. Pars montis & εμφατικοσ dictum e fic fupra ait. Haud partem exiguam montis.
x Magno actu. S. Magno impulfu.

Obftupuit[f] varia confufus imagine rerum
Turnus: & obtutu tacito ftetit: ęftuat ingens
Vno in corde pudor[h]: mixtoq; infania[i] luctu[k]:
Et furijs agitatus amor: & confcia virtus.
Vt primũ[l] difcuffę vmbræ: & lux reddita mẽti
Ardẽtes oculorũ acies ad mœnia torfit
Turbidus[m]: eq; rotis magnã refpexit ad vrbẽ: (eft;
Ecce aũt flãmis inter tabulata volutus
Ad cælum vndabat vortex: turrimq; tenebat:
Turni compactam trabib⁹ quã[n] eduxerat ipfe:
Subdideratq;[o] rotas: põtefq; inftruxerat altos:
Iamiã fata foror fuperãt: abfifte morari.
Quo[p] de⁹ & q̃ dura vocat fortuna fequamur:
Stat conferre manũ æneę: ftat q̃cquid acerbũ[q] e
Morte pati: neq; me indecorẽ germana videbis
Amplius: hũc oro fine me furere[r] ante furorẽ:
Dixit: & e curru faltum dedit: ocius armis:
Perq; hoftes per tela ruit: mœftamq; fororem
Deferit: ac rapido curfu media agmina rũpit:
Ac veluti montis faxum[s] de vertice præceps
Cũ ruit auulfum[t] vento feu turbidus imber
Proluit: aut annis foluit fublapfa vetuftas.
Fertur ĩ abruptũ magno mons[v] improb⁹ actu[x]:
Exultatq; folo: fyluas: armenta: virofq;
Inuoluens fecũ: difiecta per agmina turnus
Sic vrbis ruit ad muros: vbi plurima[y] fufo
Sanguĩe terra madet: ftridũtq;[z] haftilib⁹ aurę:
Significatq; manu: & magno fim[l] ĩcipit ore:
Parcite iam rutuli: & vos tela inhibete[a] latini:
Quęcunq; eft fortuna mea eft: me verius[b] vnũ
Pro vobis fœdus luere: & decernere ferro.
Difceffere omnes medij: fpaciumq; dedere.
At pater æneas audito nomine Turni
Deferit & muros: & fummas deferit arces:
Præcipitatq; moras omnes: opa omnia rũpit
Lætitia exultans: horrendũq; ĩtonat armis.
Quant⁹[c] athon aut quãtus[d] erix: aut ipfe corufcis
Cũ fremit ilicibus quantus gaudetq; niuali[e]
Vertice fe attolens pater appẽninus ad auras.

y Vbi plurima fufo fanguine terra madet. SER. Hyppallage eft: pro vbi plurima fanguine terra madet.
z Stridunt haftilibus aure. S. Sic Homerus.
a Tela inhibete. SER: Eft tranflatio a nautis.
b Me verius vnum pro uobis fœd⁹ luere. S. Verius iuftius. Et fenfus hic eft. Iuftius eft me vnum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere.

c Quantus athon. S. Hęc eft vera lectio: Nam fi athos legeris os breuis eft & verfus non ftat. Athon autẽ dici actiuus indicat: nam hunc athona facit ficut appolon appollona. Quod autem Herodatus hũc athon: & hũc appollon dicit: atticę declinatiõis eft. Athon autẽ mons eft Thratię adiacẽs circa Lemnũ infulam. C. Quantus athon. Mons hic Macedonię: vel vt alijs placꝫ thracię mari ęgęo iminens: tantę altitudinis vt vmbram fuã in Lemnum vfq; iacere quidam dicant. Referuntq; habere in fuo cacumĩe vrbem acrothon nomine: in qua homines duplo tempore q̃ alibi viuãt. Hũc montem cum continenti coniunctus effet xerfes: illum ducta foffa infulam reddidit. Fuit autem foffę latitudo tanta: vt due triremes iunctę enauigarent.
d Eryx. C. Mons Sicilię quem alio loco defcripfimus.
e Niuali vertice fe tollẽs pater apenninus. S: Mõs eft Italię: de hoc Lucan⁹: Nullo quoq; vertice tellus altius intumuit: propiorq; acceffit olympo.

CRISTO. Apennius.a liguria incipit:vniuersāq; Italiam in longitudinem diuidens ad promontorium vltimū quod appellatur Iunonis lacinię desinit. f Troes & omnes S.grece declinauit.vñ breuis est es:sicut sup. Troes agunt. g Armaq; deposuere humeris. S.Vel spectaturi:vel defessi.

h Stupet ipse latin⁹. C. Nam sua prudentia id cōsiderabat:qđ reliqui non aduerterent. i Inter se coisse viros & decernere ferro.S. Vera & antiqua est hęc lectio. Naʒ Enniū secutus ē qui ait: Olli cernebāt magnis de rebus agentes. Et item ferro nō auro vitam cernam⁹ vtriq;. Posteritas cœpit legere:& decernere:scđm quā lectionē Synalypha op⁹ est:excluso os:vt sic inter se coisse vir: & decernere ferro: k Fors & virtus miscent in:vnum. S.Casus in Turno virtus in ænea: Nā in bello etiā casus plurimū valet Cicero i miloniana. Adde casus:adde incertos exitus martemq; cōmunē.CR. Fors et virtus. Vterq; em virtute sua vtebat: & fortuna. l Ac veluti ingentē syla. summo ue taburno.S. Syla mons & sylua est lucanię:taburn⁹ mons campanię. Salust. De fugitiuis in Sylua syla fuerunt. Vnde pessime quidam syluam legunt: quia proprium appellatiuo exequari non potest. Vnde ppriū bene iunxit:

m Inimica i prœlia tauri.CRI. De natura & pugna taurorū expressum ē in Georgicis.

n Pauidiq; magistri.S. Proprie magistri sunt militum:pastores pecorum: sed reciprocę sunt inter se istę translationes. Nā ductor militū pastor vocat: vt diximus supra: & magistros pecorū diximus: Cicero. Quem magistrū pecoris esse dicebant.

o Mussantq; iuuēcę. S. dubitant. Sic supra mussat rex ipse latinus.

Iam vero & rutuli certatim: & troes & omnes
Conuertere oculos rutuli:quiq; alta tenebant
Mœnia:quiq; imos pulsabant ariete muros:
Arma q̄ deposuere hūeris:stupet ipse latinus
Ingentis genitos diuersis partibus orbis
Inter se coisse viros:& decernere ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt ęquore campi
Pro cursu rapido coniectus eminus hastis:
Inuadunt martem clipeis:atq; ęre sonoro.
Dat gemitū tellus:cū crebris ensibus ictus.
Congeminant:fors & virtus miscent in vnū:
Ac velut ingenti syla summo ve taburno
Cum duo cōuersis inimica in prœlia tauri
Frontibus incurrunt: pauidi cessere magistri.
Stat pec⁹ oīne metu mutū:mussantq; iuuēcę:
Quis pecori imperitet:quē tota armēta sequant.
Illi inter se multa vi vulnera miscent.
Cornuaq; obnixi infigunt:& sanguine largo
Colla armosq; lauāt gemitu:ne nem⁹ oē remu (git.
Haud aliter tros Aeneas:& dauni⁹ heros
Concurrūt clypeis:ingens fragor ęthera cōplet.
Iuppiter ipse duas ęquato examine lances
Sustinet:& fata imponit diuersa duorum:
Quē damnat labor:& q̄ vergat pondere lętū:
Emicat hic impune putas:& corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem:
Et ferit:clamant troes: trepidiq; latini
Arrectę amborum acies:at perfidus ensis
Frangit: in medioq; ardentē deserit ictu:
Ni fuga subsidio subeat fugit ocior euro.
Vt capulum ignotū:dextrāq; aspexit inermē:
Fama est precipitē cū primū in p̄lia iunctos
Conscendebat equos: patrio mucrone relicto:
Dum trepidāt ferrū aurigę rapuisse metisci.
Idq; diu dum terga dabant pallantia teucri
Suffecit:postq; arma dei ad vulcania ventum ē

p Iuppiter ipse duas ęquato examine lances. SER. Aut poetice dictum est: et ratione caret. Nam iuppiter ignorare nō poterat: aut certe illud quęritiquis sibi de Turno: & Aenea mortis afferat cām. Nam dicunt Physici mortē minime ad eum pertinere. Nam bona tantum pręstant:nec ad eum q̄ sunt mala pertinent. Vnde Cicero in offci s ait: Sed qa nocere deos non putant: His exceptis hominib⁹ obesse plurimū arbitrantur. Tamen sciendum locum hunc a Virgilio Ita fuisse translatū:vt in Homero lectus est.

q Examine. S. Examē pprie est filum quo trutina regitur r Damnat labor. S.liberet:vt: Damnabis tu quoq; votis.

s Vergat pondere lętū. SER.Bene vergat.Nam morientes inferos petunt.

t Trepidiq; latini. SER. Aut qui lęti esse debuerāt sed nimia Aeneę ostenditur virtus. Nanq; naturale est:vt sociis timori sit: inferioris sit audacia:vñ nunc latini sunt territi:ex eo q superiorem ferire ausus est Turnus.

v Vt capulum ignotū dextramq; aspexit iertē. SER. Locus hic tot⁹ ad gloriam Aeneę pertinet. Nanq; id agit:vt videat Turnus armorum vilitate supat⁹. Vnde & ei redditur gladius:quo etiam cū diuinis armis ab Aenea possit extingui.

x Patrię mucrone relicto.SER. quo fuerat aū vsus pater daunus. Sane patrio modo paterno significat:Nam Dauni fuerat gladius. vnde ē illud Ensem quē Dauno ignipotens de⁹ ipse parenti fecerat:Alias patrium a patria est deriuatiuum.



y Mortalis mucro. S. mortali manu factus.
z Vndiq; enim densa teucri inclusere corona. S. Strategema ē: Nam pō q̄ Turnum videre fugere Troiani clausere loca p quę euadere poterat.

Mortalis ʸmucro glacies ceu futilis ictu:
Dissiluit: fulua resplēdent fragmina harena.
Ergo amens diuersa fuga petit ęquora turnus:
Et nūc huc: deinde huc: incertos īplicat orbes.
Vndiq; ᶻenim densa teucri inclusere corona:
At; hinc vasta pal⁹: hinc ardua mœnia cingūt.
Nec minus Aeneas (quicq̄ tardante sagitta.
Interdū genua impediuntᵃ cursumq; recusant)
Insequit̄: trepidiq; pedem pede feruidus vrget.

a Cursumq; recusant: S. Retardant. s. genua: q̄ impediebant vuln⁹ illatū sagitta. Sane perite facit: vt gladio non vtat̄ Aeneas: sed hasta eminus superare cōtendat: quia impediēte vulnere: nec sequ poterat: nec in ictū con

[b] Inclusum veluti si quando in flumine nactus
Ceruũ:aut[c] puniceę septum formidine pennę
Venator[d] cursu canis:& latratibus instat.
Illę autem[e] insidijs:& ripa territus alta.
Mille fugit:refugitq; vias:ac[f] viuid⁹ vmber
Hęret hyans:[g] Iamiamq; tenet: similisq; tenenti
Increpuit malis:morsuq; illusus inani est.
Tum vero exoritur clamor:ripęq; lacusq;
Responsant circa:& coelũ tonat om̃e tumultũ.
Ille simul fugiens rutulos simul[h] increpat om̃es
Nomĩe queq; vocãs:notũq;[i] efflagitat ensem.
Aeneas cõtra pñs:mortemq; minatur.
Exitium si quisq; adeat:[k] terretq; trementes:
Excisurũ vrbem minitans:& saucius instat.
Quinq; orbes explent cursu: totidẽq; retex ũt
Huc illuc:nec enĩ[l] leuia aut ludicra petũtur
Pręmia:sed turni de vita:& sanguine certant.
[m] Forte sacer fauno folijs oleaster amaris
Hic steterat olim nautis[n] venerabile lignum
Seruati ex vndis:vbi figere dona solebant:
Laurenti diuo:& notas suspendere vestes.
Sed stirpem teucri[o] nullo discrimine sacrum
Sustulerãt:puro vt possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneę stabat: hũc impetus illam
Detulerat[p] fixam:& lenta radice tenebat:
Incubuit:voluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides:teloq; sequi quẽ prendere cursu:
Non poterat cũ vero amens formidine turnus
Faune precor miserere inq̃t:tuq; optima[q] ferrũ
Terra tene colui vestros si semp honores.
Quos contra Aeneadę bello fecere prophanos:
Dixit opemq; dei[r] nõ cassa in vota vocauit.
[s] Nanq; diu luctans:lentoq; in stirpe moratus.
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas dum nititur acer.& instat
Rursus in aurigę faciem mutata metisci

Surgere: Vnde est: Hic gladios fidens:hic acer & arduus hasta.
b Inclusum flumine. S. Comparatio Apollonii.
c Puniceę septũ formidine pennę. S. Lucanus. Claudit adorate metuentis aere pennę. C. Aut puniceę septũ formidine pẽnę. Et de ceruis dictũ eorumq; stupore.
d Venator canis. SER. pro venaticus.

e Insidiis. S. pennarum scilicet. f Viuidus vmber. SER acerrim⁹ Thuscus. Nam vmbria pars est Thuscię.

g Iamiãq; tenet. SER. Ita vt videt̃ intuentibus. Et hi duo ꝟsus verbo ad verbũ sunt translati de Apollonio.
h Increpuit oẽs: SER. obiurgat:incusat:vt:ęstatem increpitans feram.

i Efflagitat ensem: S. cum clamore deposcit.
k Terretq; trementes: S. Quis enim saucius nõ timeret instãtem:cum eũ integer fugeret:

l Lubrica petuntur. S. id est vilia:digna ludo.
m Sacer oleaster. SER. Fere omnia latina arborum nomina generis foeminini sũt:exceptis paucis:vt hic oleaster:hoc Siler. Virgilius. Molle siler: Item hoc buxum. licet & hęc buxus dicatur. Nam superfluam quidã volũt facere discretiõem: vt hęc buxus de arbore dicam⁹. Buxum vero de ligno cõpositum. Legimus enim in Virgilio de tybiis. Buxusq; vocat berecyntia matris idęę. Item cũ arboribus loqueret̃ ait. Et torno rasile buxum.

n Venerabile lignũ. S. Antiquam arborem voluit exprimere:vbi figere dona solebãt proprie:vt aut sacra ad fastigia fixi.
o Nullo discrimĩe. S. sine intuitu religionis.
p Fixam lenta radice tenebat. S. Plenũ est: quam radix fixam tenebat.

q Ferrum terra tene: SER. Pro tellus:elementum pro dea posuit.
r Non cassa in vota. S. Nõ ad inania vota põposcit auxilium.
s Luctans moratus. S. Luctatus & morat⁹ erat integrũ:q̃d vitauit ꝓpter ομοιοτέλευτον
t Rursus in aurigę faciẽ mutata metisci. SERVI. κατὰ τὸ σιωπώμενον Intelligim⁹ iuturnam in numen reuersam: post.ꝗ currus reliquit.



procurrit: fratriqꝫ ensem dea Daunia reddit.
Quod venus [v] audaci nymphę īdignata licere
Accessit: telumqꝫ alta ab radice reuellit:
Olli sublimes armis [x]: animisqꝫ refecti
Hic gladio fidens: hic acer & arduus hasta
assistunt contra certamina [y] martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi:
Alloquitur [z] fulua pugnas de nube tuentem.
Quę iam finis [ꝛ] erit cōiunx? quid deniqꝫ restat?

v Audaci nymphę indignata licere. S. vt supra diximus: vbicunqꝫ inducit nitentē aliquem sine effectu audacem dicas.
x Armis animisqꝫ refecti S Refecti sicut armis: ita & animis. Nanqꝫ armorū inopia animi ante vtriusqꝫ torpebant.
y Certamina martis anheli. SER. Alii certamine legunt: vt sit sensus: adsistunt contra se Martis anheli certamine.

z Fulua de nube. S. de aere elemento suo.
ꝛ Quę iam finis erit cōiunx: qd deniqꝫ Indigentem Aeneam. SER. Deniqꝫ verba ista: quasi iā tędiantis sunt: ad longā Iunonis iracundiam. Vnde & paulo post ait: Desine iam tandē: precibusqꝫ reflectere nostris.

Indigetem æneam scis ipsa: & scire fateris
Deberi cælo: fatisq; ad sydera tolli:
Quid struis? aut q̃ spe gelidis ĩ nubib⁹ heres?
Mortalin decuit violare vulnere diuum?
Aut ensem (quid em̃ sine te iuturna valeret)
Ereptum reddi turno? & vim crescere victis?
Desine iã tandẽ precibusq; inflectere nostris,
Nec te tantus edat tacitã dolor: & mihi curę
Sepe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventũ ad supremũ est: terris agitare vel vndis
Troianos potuisti: infandũ accendere bellum:
Deformare domũ: et luctu miscere hymenæos,
Vlterius temptare veto: sic iupiter orsus.
Sic dea sũmisso contra saturnia vultu.
Ista quidẽ quia nota mihi tua magna voluntas
Iuppiter: et Turnũ et terras inuita reliqui.
Nec tu me aeria solam nũc sede videres
Digna indigna pati: sed flãmis cincta sub ipsa
Starem acie: traherẽq; inimica in p̃lia teucros,
Iuturnã misero fateor succurrere fratri
Suasi: et pro vita maiora audere probaui:
Non vt tela tamẽ: non vt cõtenderet arcum
Adiuro stygij caput implacabile fontis:
Vna supstitio superis quę reddita diuis:
Et nũc cędo equidẽ pugnasq; exosa relinquo.
Illud te nulla fati quod lege tenetur:
Pro latio obtestor: pro maiestate tuorum:
Cum iam cõnubijs pacem fœlicibus (esto)
Component: cũ iã leges & fœdera iungent:
Ne vetus indigenas nomen mutare latinos:
Neu troas fieri iubeas: teucrosq; vocari:
Aut vocem mutare viros: aut vertere vestes:
Sit latium: sint albani per sæcula reges.
Sit romana potens: itala virtute propago:
Occidit: occideritq; sinas cum nomine troia.
Olli subridens hominũ rerũq; repertor.
Es germana iouis saturniq; altera proles:
Irarũ tantos voluis sub pectore fluctus.
Verũ age: et incœptũ frustra sũmite furorem

a Indigetem Aeneã scis ipa. S. Subaudis fore. Et indigetes duplici ratione dicuntur: vel sc͠dm Lucretium: q nullius rei egeat qui ait. Nihil indiga curę: vt certe idigetes dii sũt ex hominib⁹ facti. Et dicti indigetes quasi in diis agentes.
b Mortalin decuit violari vulnere diuum: SER. Non lętali sed aut q̃ mortales laborant: aut a mortali illato.
c Diuum. S. Subaudi futurum.
d Quid enim sine te Iuturna valeret. S. Parẽthesis est: patitur em̃ excusare se Iuno nil se fecisse cõmemorãs. sed eam auctorem fuisse. Iuppiter dicit ꝓpter illud. Auctor ego audendi.
e Desine iam tandem p̃cibusq; inflectere nostris. S. Singula pronũcianda sunt.
f Nec te tantus edat tacitam dolor. S. Scilicet desine odiis vrgere Troiãos Sane edo edis edit. Integrum verbum est: vt lego legis legit. Nam edo es est: esse anormalum constat.
g Troianos potuisti. S. Iam nõ potes: Ideo enim preterito vsus est. C. Troianos potuisti. Ad vitam moresq; pertinet hęc fabula. Iuno autem est ipa ambitio quę impellit Turnũ id est iniustũ regem: & fœdus rumpere: & multa infanda patrare. Verum Iupiter. i. ipse de⁹: tandẽ huiuscemodi ĩpia facta cohercet: atq; eu3 prestat fauorem recte agentibus: vt victores euadere possint.
h Submisso vultu. S. Habitum futurę orationis ostendit;
i Quia nota mihi tua magna voluptas Iupiter. S. Necessitatem obiecerat fati dicens: Ventum ad supremũ est. Sed Iuno sciẽs fatum esse quicquid Iupiter dixerit: se cedere ei⁹ voluntati asserit. Nam agit vt concilięt sibi fauorem eius ad petitionẽ futurã.
k Digna indigna pati. S. id est omnia &. prouerbialiter dictum est.
l Pro vita. S. Ac si diceret pro re nobis data. id est a superis.
m Non vt tñ tela nõ vt cõtẽderet arcu. S. Hoc loco quasi Iuturnam fecisse sagittam significat: sed vt supra dixim⁹ possum⁹ accipere q alter in eius gratiam in Aeneã tela cõtorsit.
n Adiuro stigii caput ĩplacabile fontis. S. Pro iuro. nam ꝓthesis est. Quidã tamẽ volunt iuro tũc dici debere cum cõfirmamus aliquid: aut promittimus: vt iuro me facturũ: adiuro vero cũ negam⁹: vt adiuro me nõ posse nõ fecisse. Terent. Adiurat se non posse apud nos Pãphilo absente perdurare: potest tamẽ et ad valde significare.
o Vna supstitio. S. Religio: metus dicta eo q superstet capiti omnis religio.
p Reddita. S. Data. Nã prothesis est.
q Nulla fati quod lege tenetur. S. Bene fati. Nam victorię lex est: vt victi cedant in habitum nomenq; victorum.
r Pro latio obtestor. C. Ostendit imprudentiam ambitiosorum: qui etiam victi aliquid contra fas petere audeant;
s Pro maiestate tuorũ: S. Respexit ad Saturnũ: qui aliquãdo in italia regnauerat: Vnde ait tuorum: Nam & latinus inde originẽ ducit: vt Fauno picus pater vsq; parentẽ Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus auctor.
t Esto cõponent. S. Cõsentit. sed inuita
v Sit Romana potens itala virtute propago. S. Hoc videtur dicere si fataliter ĩminet: vt a Troiãis origo Romana descẽdat: Troiani Italorum nomen accipiant: vt Romani de italis nõ de Troianis videantur esse progeniti.
x Es germana iouis saturniq; altera ꝓles. SER. Locus de obscuris: quo quidam hoc sentiunt. pe tis pene illicita: sed cõcedẽda sũt: quoniam soror Iouis es. id est Saturni filia: quod si voluerimus admittere: eduplicitet sequẽs versus erit incongruus: vt irarum tantos voluis sub pectore fluct⁹: vnde meli⁹ est: vt ita ĩtelligam⁹: soror Iouis es. id est Saturni: vñ nõ mirũ est tantã te retinere iracundiam sub pectore; nam scimus vnum

quęq̃ p generis qualitate in irā moueri. Nobiles em̃ (& si ad pręsens videntur ignoscere) tamen in posterum irā seruāt. quod nūc Iunoni videtur obiicere: Nam cum se cōcedere diceret: pet t tamen qd̕ grauiter posset obesse Troianis: sic Homer. Inducit calchanta dicentem de Agamemnone. regū irę ita se habent: vt etiam si ad pręsens indulgere videātur: stimulos iracundię ad futurum reseruent.
y Do quid vis: S. Bene pręsenti vsus est tempore

Do quod vis: & me victusq̃ volensq̃ remitto:
Sermonem ausonii patrium moresq̃ tenebunt:
Vtq̃ est nomē erit, cōmixti corpore tantum
Subsident teucri: morem ritusq̃ sacrorum
Adiiciam: faciamq̃ omnes vno ore latinos:
Hinc gen⁹ ausonio mixtū qd̕ sanguie surget:
Supra homies supra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos ęque celebrabit honores.
Annuit his iuno: & mentem lętata retorsit.
Interea excędit cælo nubemq̃ reliquit.

Nam promissio in diis p facto est.
z Subsident. S. Remanebunt. latebunt latinorum scilicet mltitudine: Vt Galeaq̃ ima subsedit acestes
a Ritusq̃ sacrorum adiiciā: S. Verum est. nam sacra matris deum: Romani phrygio more colueret.
b Mentē lętata retorsit. S. Iste quidē hoc dicit: sed constat bello punico secūdo exoratam Iunonē: tertio vero bello a Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatam.



His actis aliud genitor secum ipse volutat:
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicũtur geminæ pestes cognomine diræ:
Quas & tartareã nox in tempesta megeram
Vno eodemq; tulit partu:paribusq; reuinxit
Serpentũ spiris:ventosasq; addidit alas.
Hæ iouis ad solium:sæuiq; in limine regis.
Apparent:acuuntq; metum mortalibus egris:
Si quãdo letum horrificum:morbosq; deũ rex
Molitur:meritas aut bello territat vrbes.
Harũ vnã celerẽ demittit ab æthere summo
Iupiter:inq; omen iuturne occurrere iussit.
Illa volat:celeriq; ad terram turbine fertur.
Non secus ac neruo ꝑ nubem impulsa sagitta
Armatã sæui parthus quam felle veneni
Parthus:siue cydon:telũ imedicabile torsit.
Stridens:& celeris incognita transilit vmbras:
Talis se sata nocte tulit:terrasq; petiuit.
Postq; acies videt iliacas:atq; agmina turni:
Alitis in paruę subito collecta figuram:
Quę quondã in bustis:aut culminib9 desertis
Nocte sedens:serũ canit importuna ꝑ vmbras:
Hanc versa in faciem:turni se pestis ad ora
Fertq; refertq; sonans:clypeũq; euerberat alis.
Illi mẽbra nouus soluit formidine torpor.
Arrectęq; horrore comæ:& vox faucib9 hæsit.
At procul vt diræ stridorem agnouit:& alas
Infœlix crines scindit iuturna solutos:
Vnguibus ora soror fœdãs:& pectora pugnis.
Quid nũc te tua turne potest germana iuuare?
Aut quid iã misere supat mihi?qua tibi lucẽ
Arte morer?talin possũ me opponere mõstro?
Iam iam linquo acies:ne me terrete timentem
Obscęne volucres:alarum verbera nosco:
Lętalemq; sonum.nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis:hęc pro virginitate repõit?
Quo vitam dedit æternã:cur mortis adẽpta est
Conditio?possem tantos finire dolores.
Nunc certe & misero fratri comes ire ꝑ vmbras
Iã mortalis ego:haud mihi qcq; dulce meorũ
Te sine frater erit:o quæ satis ima dehiscat
Terra mihi:manesq; deã demittat ad imos?

c His actis.S.Remoto Turni auxilio.
d Dimittere ab armis: S.Per transitũ hystorię visus est verbis.Nam qui ab exercitu relaxantur:ab armis dicunt̃ remitti. Salustius de appio vbi eũ tota in contione ab exercitu cogit discedere: dicit se eius opera non visurũ:eũq; ab armis dimittit.
e Dicuntur geminę pestes. C. De his in superioribus diximus:hic tamen demonstrat quales sint furię aduersus superos.
f Pestes cognomine dirę. S. Proprie pestes vocantur. Dirę vero cognomine:& dictę dirę:q non nisi ante iratũ Iouem videntur:vt Sęuiq; in limie regis. Apparent dirę.
g Tartareã megerã. S. Bene tartaream addidit: vt ostendat esse:& terrenã & aeream megerã. Nam vt etiam in tertio dixim9: volunt periti quãdam triplicem potestatem & in terris & apud superos sicut est furiarum apud inferos. Ideo autẽ dicit has ex nocte ꝓgenitas:vt ostẽdat & latenter oriri:& intolerabilem esse iram deorum. C. Megerã. Asper ait.Megeram habere vim tantum apud inferos.
h Vno eodẽq; tulit partu. S. Dispositio hęc Poetę quę dicit has & similes esse furiis:& cum his esse procreatas hoc ait:vt ostẽdat illam prudentiũ opinionẽ esse:tam apud superos q̃ in aereis; sicut apud inferos furias.
i Apparent. S. Presto sũt ad obsequium. vnde etiam apparitores cõstat esse nominatos.
k Letum horrificũ. S. Volunt Iouẽ nõ esse mortis auctorẽ:sed posse mortis genere vel prodesse vel obesse mortalibus.
l Inquę omen Iuturne occurrere iussit. S. Vt Iuturne:omen fraternę mortis efficeret:
m Non secus ac neruo nubem. S. Sic illa descendit:vt solet sagitta descendere:hinc statius traxit vt diceret de disco iacto. Similisq; cadenti. Crescit in aduerso. D.Non secus interponitur parabola:qua narratio interrumpatur: vt legentisi tedium excludat:
n Impulsa. S. Sic proprie: sic supra incertũ qua pulsa manu.
o Felle veneni. S. Amaritudine veneni .succo noxio.aut certe periphrasticos dixit venenum.
p Trãstulit vmbras. S. Hyperbole est Nãq; vmbras semper tela comitantur:hinc ait Trãstulit vmbras sagitta . Male enim quidam auras legunt.
q Talis se. S: taliter collecta ex nimia. scilicet furię magnitudine.
r Alitis. DO Noctuam vel Bubonem intelligit.
s Culmib9 desertis. S: Noctuam dicit nõ bubonem:nam ait alitis in parue:Bubo autem maior ẽ:
t Serum canit. S. Triste Diuturnum: vt. feraq; terifici, cecinerunt omnia vates. Salusti. Serum bellum in augustiis futurũ.
v Sonans clypeũ quę verberat alis. SEr. Signa sunt ista plangentium.
x Stridorem. S. vocis scilicet sonum:nam vtrũq; tangit augurũ. Et oscinum & prępetum.
y Monstro. SER. augurio ex Iouis volũtate venienti.
z Obscenę volucres. S. Inuidiose dixit. Nam vna est.
a Pro virginitate reponit. D. Pro erepto virginitatis honore.
b Quo vitam dedit ęternam. S. quia ocurrebat: sed pręstitit immortalitatem : dicit hanc esse causam doloris.

Tantū effata caput glauco contexit amictu
~~Terra mihi: manesq; deā demittat ad imos:~~
Multa gemens: & se fluuio dea condidit alto.
Aeneas instat contra. telumq; coruscat
Ingens arboreum: & sæuo sic pectore fatur.
Quæ nūc deiñ mora ē: aut q̄d iā turne retractas
Non cursu: sæuis certandū est cōminus armis.
Verte omnes te te in facies: & cōtrahe quicquid
Siue animis siue arte vales: opta ardua pennis
Astra sequi: clausumq; caua te condere terra.
Ille caput quassans: nō me tua feruida terrent
Dicta ferox dij me terrent: & iupiter hostis.
Nec plura effatus: saxum circūspicit ingens
Saxum antiquū ingēs: campo q̄ forte iacebat:
Limes agro positus: litē vt discerneret aruis:
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent:
Qualia nūc hominū p̄ducit corpora tellus:
Ille manu raptū trepida torquebat in hostem
Altior insurgens: & cursu concitus heros.
Sed neq; currentem se nec cognoscit: euntem:
Tollentē ve manu: saxumq; immane mouentē:
Genua labāt. gelid⁹ cōcreuit frigore sanguis.
Tū lapis ipse viri vacuum p̄ inane volutus.
Nec spaciū euasit: totum nec pertulit ictum.
Ac veluti in somnis oculos vbi lāguida p̄ssit
Nocte qes: necq̄cq̄ auidos extendere cursus
Velle videmur: & in medijs conatibus ægri
Succidimus: nō lingua valet: nō corpore notæ
Sufficiunt vires: nec vox nec verba sequunt.
Sic turno quacunq; viam virtute petiuit:
Successum dea dira negat: cum pectore sensus
Vertunt̄ varij: rutulos aspectat & vrbem:
Cunctaturq; metu: tælumq; instare tremiscit:
Nec quo se eripiat: nec qua vi tendat in hostē.
Nec currus vsq̄ videt: aurigamq; sororem.
Cunctanti telum æneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis: & corporis toto
Eminus intorquet: murali cōcita nunq̄
Tormento sic saxa fremunt: nec fulmine tanti.
Dissultant crepitus: volat atri turbinis instar
Exitiū dirum hasta ferens: orasq; recludit
Loricæ: & clipei extremos septemplicis orbes

c Glauco amictu. SER: Quasi nympha. Propter vndarum similitudinem.
d Alto. C Profundo: vt ne tam crudele spectaculum videret. Nam grauiora (vt iā dixim⁹) sunt quę videmus: q̄ quę audimus.
e Aeneas instat. DON: Redit ad narrationē: quā interruperat interpositis dictis Iunonis Iouis & Iuturnę.
f Ingens arboreum: S. Non sunt Epitheta. Sed Aeneas ingens telum coruscat arboreū. DONA: Ingens arboreum: Nō hastam sed gestatorem laudat. C. Arboreum. Exp̄ssit quid diceret ingens.
g Quę nunc deinde mora est. C. Amara in hostē verba: & hominis indubitatam victoriam sibi p̄ponentis: & quę simpliciter Aenee clementię nō cōuenirent: sed merita Turni hęc ab eo extorq̄bāt.
h Contrahe. S. Collige. Est autem hostilis iracundia.
i Caput q̄ssans. S. Cōcutiēs & conquassans caput. C. Ille caput quas. Non discedit a ferocitate sua: & vict⁹ se victum fateri non vult: neq; humanis Aenee viribus cedit: sed a Ioue superari dolet.
k Et Iuppiter hostis. S. Ordo est: ferox hostis.
l Saxum circūspicit ingens. S Homeri. Totus hic locus est.
m Campo qui forte iacebat limes agro positus. S. Scd'm artem priori respōdet. Sic Salust. Est in carcere locus quod Tullianum appellatur.
n Manu raptū trepida. S. Aut festina: aut reuera trepida. quia sequit̄. Sed neq; currētē nec se cognoscit euntem.
o Torquebat. S. Bene impfecto vsus est tēpore: quia non est p̄fectū quod voluit: vt nec spatiū totū euasit: nec ptulit ictū. C. Torq̄bat. Incipiebat quid cōtorquere: sed defecerūt vires: vt rem perficere non posset.
p Genua labāt. C. Procelleumatic⁹ pes est: q ex quattuor syllabis cōstat. Pōt tñ redire ad dactilū: si. v. quę vocalis est cōuertatur in cōsonantē: & facta synęresi genua duarū sit syllabarum.
q Cōcreuit. C. Cōriguit: vt subito cōcrescunt flumine crustę. De hoc dictū est in Geor.
r Per inane. C. Vacuū: Atqui dare vacuū nō sed regionē ab aere occupatā dicim⁹ vacuā: qa ita cedit aer: Vt nihil esse videat̄.
s Nec spaciū euasit. S. Hic distingueudum vt sit totum nec totum pertulit ictum. id est euacuatus est impetus ipsius spatio longiore. C. Nec spaciū euasit: nō est egressus ex toto illo spatio: q intercedebat iter se: & Aeneā: ergo defecit i spatio añq̄ ad Aeneam perueniret: hinc est q̄ nō pertulit. id est ad destinatū finē tulit. Nā p: i cōpositione absolutam rem demonstrat: hinc illud est vt si quis legere incœperit: & nō totū legerit: dicat legi: sed nō p̄legi. Quod autē de in somnio dicit physicum est:
t Ac veluti in somnis. S. Comparatio Homeri. D. Insomniis. Ponit parabolam quam quisq; in se expertus intelligere potest quid Turno euenerit.
v Vrbē. D. Vel in qua erat Lauinia: vel vnde expectaret auxiliū: quod pudor petere vetabat.
x Nec quo se eripiat. S. Totū em Troiani clauserant. D. Nec quo se eripiat. Fugiendi occasio deerat. Audendi fiducia negabat̄: nullum sperabat auxiliū soror iā remota.
y Sortitus fortunā oculis: S. Hunc locum ad feriendū oculis elegit Aeneas: quem fortuna destinauerat vulneri. C. Sortit⁹ fortuna oculis: Quia oculis pręelegit: quo telum dirigat: quę res sibi futura sit fortunata.
z Fulmine tanti. SERVIVS. Pro tonitru sine quo nunq̄ fulmen mittitur. CRISTOFERVS. Nec fulmine tanti dissultant crepitus. Sentētia est non venit tanto impetu fulmē: nam fulminis impetu scinduntur nubes: vnde ipse dissultando gignunt crepitum.

a Atri turbinis instar. SERVIVS. Multis vtit̄ comparationibus ad ex

primendū nimiū ĩpetū. Et instar (vt supra diximus) p̄ se plenū est: nec recipit p̄positionē. Licet Seren⁹ adinstar dixerit: q̊d in idoneis nō rep̄it auctorib⁹. C. Turbinis de q̄ iam dictū. b Ictus. S. Percussus: nūc p̄ticipiū est ac si diceret cecidit elisus. c Humilis. DONATVS. Humilis: corpe: suplex deiecto fastu. C. Ille humilis. Optimū exēplū. Nā sup̄biores qui sūt: nūq̄ cedere pociori volūt. Nisi cū penit⁹ victi sūt: & quo t̄pe nihil illis p̄dest. d Equidem merui. S. Secūdū artem rhetoricā: nā q̊ties p̄sonę in inuidia sūt alię pro his ponunt̄. Vn̄ ait ego quidē occidi mereor: sed tu debes ignoscere p̄entis intuitu. e Nec deprecor. S. Nō refuto. C. Merui nec dep̄cor. Cū viro forti pudenda res videret̄ vitā ab hoste dep̄cari: id artificiose latēterq̄ arguit. Et primo p̄mittit mortē suā sibi: quę res videt̄ posse vehemēter hosti misericordiam cōmouere. Deinde cū p̄sona sua odio sit iterponit p̄sonā parentis: quod validissimū esse poterat: p̄sertim apud eū: qui in patrem pientissimus fuit.

quā oēs hos labores p̄tuli. p Vlteri⁹ ne tēde odiis. S. Noli velle crudelitatē tuā vltra fata p̄tēdere sed redde corp⁹ sepulchro. C. Vlteri⁹ ne tende odiis. Nō em̄ ē magni & excelsi viri: cū hostem tāta & g̃lia superarit: & omnia sit p̄mia cōsecutus eum occidere velle. nam inter magnas fortitudinis p̄tes reponit̄ inimicitias cōdonare. Nā vindictā q̄rere hūilis pusilliq̄ animi esse apparet. Hic Iuuenal. Ad sūmā colligi q̄ vindicta nemo mag⁹ gaudet q̄ fœmina. q Acer in armis. S. Nō t̄m ad p̄sens refertur: sed quia semp̄ in armis acer esse consueuit. C. Stetit acer. Cōstitit nō metu quia acer: sed inclinās ad misericordiā ignouisset q̄ si Turn⁹ Palanti ignouisset. Sed cū ex balthei admonitu recordaret̄ crudelitas Turni mag⁹ p̄ium indicauit amico Euādro: & q̄ sua cā filiū vnicū amiserat satisfacere q̄ inimicissimo Turno vitā cōcedere: vt pietate poti⁹ q̄ crudelitate ip̄m interemerit. Admonet p̄pterea poeta multa in vita facere hoīes tanq̄ ad suā mortalē gloriā p̄tineāt. ex q̄b⁹ deinde in exitiū ruūt. Id em̄ ob direptū Palantis baltheum opiniōe sua decept⁹ ĩ se expert⁹ ē Turn⁹. r Cunctantē flectere sermo cœperat. S. Oīs intentio ad Aeneę p̄tinet gloriā. Nā ex eo q̄ hosti cogitat p̄cere pi⁹ ōndit: & ex eo q̄ eum interemit pietatis gestat īsigne. Nā Euādri ītuitu palātis vlciscit̄ mortē.

Per mediū stridens transit femur: incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplyte turnus.
Consurgunt gemitu rutuli: totusq̄ remugit
Mons circū: & vocē late nemora alta remittūt.
Ille humilis supplexq̄ oculos: dextrāq̄ p̄cantē
Protendens; equidē merui nec dep̄cor inquit
Vtere sorte tua: miseri te si quā parentis
Tangere cura potest: oro: fuit & tibi talis
Anchises genitor: dauni miserere senectæ:
Et me (seu corpus spoliatum lumine mauis)
Redde meis: vicisti: & victū tendere palmas
Ausonij videre: tua est lauinia coniunx.
Vlterius ne tende odijs: stetit acer in armis
Aeneas voluens oculos: dextramq̄ repressit.
Et iam iamq̄ magis cunctantē flectere sermo
Cœperat: infœlix humero cū apparuit alto
Baltheus: & notis fulserūt cingula bullis
Pallantis pueri victū quem vulnere turnus
Strauerat atq̄ hūeris inimicū insigne gerebat.
Ille oculis postq̄ sæui monumēta doloris
Exuuias hausit: furijs accensus: & ira
Terribilis: tu ne hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi: pallas te hoc vulnere pallas
Immolat: pœnā scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens ferrū aduerso sub pectore condit
Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra:
Vitaq̄ cū gemitu fugit indignata sub vmbras.

Finis duodecimi Aeneidos

f Vtere sorte tua. S. Interfice hostē tuū. D. Vtere sorte tua. Victoria Aeneę quā ponit ĩ fine op̄is p̄ficit atq̄ absoluit cumulū laudū Aeneę: q̄s a principio ad finē omni artificio cōtinuauit. C. Vtere sorte tua. Nō cōcedit plenā victoriam sibi: nō em̄ dixit vtere fortitudine tua: sed fortuna quę tibi magis q̄ virtus fauit. g Miseri parētis. C. Cōmiseratio a statu q̄ miser. Et a sāguine: q̄ parēs. Et postremo ab ętatate: cū dicit Dauni miserere senectę. h Fuit & tibi talis An. S. Hic distinguēdū vt duo dicat: & habuisti patrē & pater es. i Et me redde meis. S. Ordo ē. redde meis. sed ne ex apto rē viro forti pudēdā peteret: ĩterpositōe vsus ē dicēs: Seu corp⁹ spoliatū luīe mauis. C. Et me. Dū p̄cat̄ vt reddat cadauer: pōt flectere vt cōdonet vitā. k Vicisti. C. Magna ē laus q̄ victi testiōio victor euadas. l Et victū. C. Cū sūmo gemitu p̄nūciant̄. Nō em̄ mouet̄ morte vir fortis: sed q̄ vict⁹ sit Ausonii: Quos ego cupiebā adhibere testes meę victorię testes erūt meę ignominię. Et hęc etiā flectere potuerīt Aeneā: vt cū nact⁹ eēt plenā victoriā inuictū clemētia vteret̄: q̊d omnino fortissimi viri est. m Tēdere palmas Ausonii videre. S. Ad gloriā Aeneę p̄tinet: q̄ se Turnus cūctis p̄sentib⁹ victū fatet̄. C. Ausonii. apd' quos summā gloriā ex reb⁹ p̄ multa t̄pa p̄clarissime gestis acq̄siuerā apd' eosdē momēto t̄pis: & illā amitto: & ignominiā subeo. n Videre. C. Quod neq̄ hacten⁹ viderāt: nec visuros putarāt. o Tua est lauinia cō. S. Quę fuerat causa certamis. C. Tua. Qua q̄d mihi miseri⁹ accidere potest: vt victor p̄miū victorię secū auferat. Lauinia. ❡ Emphasim habet nomē, q. d, quā ego mea vita cariorē habui: & p̄pter

s Infœlix baltheus. S. Nulli dn̄o fœlix: & sic est dictū ĩfœlix balthe⁹ sicut lacedemonios hymenęos. Et sciendū baltheū habuisse Turnū ad ĩsultationē & iactantiā nō ad vtilitatē. Vn̄ ē atq̄ hūeris inimicū insigne gerebat. t Monumēta. S. p̄prie nō ab eo dictū ē q̄ mētē moneat. v Hausit. S. Vidit vt: hauriat nunc ocul' ignem crudelis ab alto. x Furiis & ira. C. Implacabili indignatiōe. y Tu ne hinc. C. Tu tam immitis. ❡ Idute spoliis meorū. Q̄d nō ad tuā defensionē: sed ad sup̄bi iactātiā p̄tinet. z Mihi. C. Emphasim habet. q. d. tā forti tā iniuriarū in meos collatarū p̄secutori. a Palas īmolat. S. Ad suę mortis & abrupti fœderis vltionē te tāq̄ hostiā imolat palas. C. Palas. Nō mea crudelitas: sed vltio q̄ palāti dabo a Imolat. Nō veluti hostē cęsū: sed veluti hostiā q̄ fracti fœderis iustissimū piaculū sit. b Scellerato. C. Qui cōtra pacē primo: & cōtra iura hospitalitatis: deinde cōtra fœdus arma sūpserat. c Frigore. S. Morte. vt corpusq̄ lauāt frigētis & vngūt. c Vitaq̄ cū gemitu fugit indignata sub vmbras. S. Indignata vel quia post p̄ces veniam n̄ meruerat. vl' q̄a Lauinēā fore sciebat Aeneę: vl' q̄a vt sup̄ de Camilla dixim⁹ discedebat a iuuene. Nā volunt physici aīam discedere a corpe ĩ vitā: cū q̊ adhuc habitare naturę legib⁹ poterat: sic Hōe. ψυχὴ δ᾽ ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ᾽ ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

Maphei Veggi Laudensis Poæte clarissimi Liber Tertiusdecimus Additꝰ duodecim æneidos libris.



Vrnus ut extremo vitā sub marte profudit:
Subdunt se rutuli æneæ troiana sequentes
Agmina: dehinc superis meriti redduntur honores.
Cōgaudet gnato ac socijs memorante malorū
Actorū pater Aeneas. turni inde latinus
Morte dolet. patriæ miserāda incendia claunus
Euersæ: & cari deflet pia funera gnati.
Connubiū instaurat gnatæ: lætosq; hymenęos
Rex socer æneę genero: gens vtraq; pacto
Fœdere pacis ouat: tū nomine cōiugis vrbem
Instruit: & laudē placida sub pace regentē
Transtulit ęneā venus astra in summa beatū.



Urnus vt extremo deuictus marte pfudit
Effugiẽte animã: medioq͂
sub agmine victor
Magnanimus stetit æneas
mauortius heros.
Obstupuere omnes: gemitũq͂ dedere latini.
Et durũ ex alto reuomentes corde dolorem:
Cõcussis cecidere animis: ceu frondibus ignes
Sylua dolet lapsis boreali impulsa tumultu.
Tũ tela infigũt terræ: & mucronibus hærent:
Scutaq͂ deponũt humeris: & prælia damnant:
Insanũq͂ horrent optati martis amorem.
Nec frenũ nec colla pati captiua recusant:
Et veniã orare: & requiem fineq͂ malorum:
Sicut acerba duo quãdo in certamina tauri
Concurrũt: largo miscentes sanguine pugnã.
Cuiq͂ suum pecus inclinat: sin cesserit vni
Palma duci: mox quæ victo pecora añ fauebãt.
Nũc sese imperio subdunt victoris: & vltro
(Quãq͂ animũ dolor alt⁹ habet) parere fatentũ:
Non aliter rutuli licet ingens mœror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi ducis: inclita malunt
Arma sequi: & phrygiũ æneã: fœdusq͂ precari
Pacis: & æternam rebus: belloq͂ quietem.
Tũc turnũ super adsistens placido ore pfatur
Aeneas: quæ tanta animo dementia creuit:
Vt teucros superũ monitis summiq͂ tonantis
Imperio huc vectos patereris daunia proles
Italia: & pactis nequicq͂ expellere tectis.
Disce iouem revereri: & iussa facessere diuum.
Magnũ etiã capit ira iouẽ memoresq͂ malorũ
Sollicitat vindicta deos: en vltima tanti
Meta furoris adest: quo contra iura fidemq͂
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies aliȷs exempla sub æuum
Venturũ missura: iouem ne temnere frustra
Fas sit: & indignos bellorũ accendere motus.
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus:
Turne iaces: at non tibi erit lauinia paruo:
Nec dextra tamen æneæ cecidisse pudebit.
Nũc rutli hic auferte ducẽ vestrũ: arma virũq͂
Largior: atq͂ omnẽ deflendẽ mortis honorem:
Sed quæ pallantis fuerant ingentia baltei
Pondera transmittã euandro: vt solatio cæso
Haud leuia hoste ferat: turnoq͂ exultat adẽpto
Vos memores tamẽ ausoniȷ melioribus vti
Discite bellorum auspiciȷs: ego sydera iuro.
Nunq͂ acies: nunq͂ arma libẽs in prelia moui:
Sed vestris actus furiȷs: defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura æneas: se lætus ad altos
Vertebat muros: & troia tecta petebat.
Vna ipsum teucrorum omnis cõuersa iuuẽt
Exultans sequit: volucresq͂ per arua pedũ vi
Quadrupedes citat: incusans acri ore latinos
Ignauosq͂ vocãs: strepit altus plausibus æther.
Et q̃uis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingẽs cura animo: sociosq͂ imponere flãmis:
Maius opus tamẽ æneas sub pectore voluens:
Primũ aris meritos: superũ mãdabat honores:
Tũ pingues patrio iugulant ex more iuuẽcos.
Immittũtq͂ sues: niueasq͂ in tẽpla bidentes:
Purpureã effuso pulsantes sanguine terram
Viscera diripiunt: & cæsim in frusta trucidãt:
Denudãtq͂ gregẽ: & flãmis verubusq͂ remittũt:
Tum vina effundunt pateris: & dona lyæi
Accumulant: plenis venerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant.
Tũ plausus per tecta mouẽt: magnũq͂ tonãtẽ
Extollũt: venereq͂: & te saturnia Iuno
Iam placidã: & meliorẽ ingenti laude fatentur
Mauortẽq͂ ipsum: tum cetera turba deorum
In mediũ efferẽt summis cum vocibus altis
Perlata ad cœlos: ante omnis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerũ pauca ore dabat complexus Iulum.
Nate in quo spes vna patris: per tanta laborũ
Quem variȷs actus fatis discrimina duxi
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erũnis factura modũ: acceptissima semper:
Atq͂ optata dies: quã dura in bella vocatus
Sæpe tibi diȷs auspicibus meminisse futurã
Iam memini: nũc te q͂ primũ aurora rubebit
Crastina sublimẽ rutulorum ad mœnia mittã:
Dehinc sese ad gentẽ iliacã voluebat: & alto
Pectore verba trahẽs blando est sic ore locut⁹:
O sociȷ per dura ac densa pericula vecti:
Per tantos bellorum æstus: duplicesq͂ furores
Armorũ: per totq͂ hyemes: per quicqd acerbũ
Horrẽdũ. graue: triste: ingẽs: p quicqd iniquũ:
Infaustum: & crudele foret: conuertite mentem
In melius: iam finis adest: hic meta malorum
Stabit: & optatam latia cum gente quietem
Iungemus: dabit inde mihi lauinia coniunx:
Bello acri defensa italo cum sanguine mixtam
Troianam transferre æterna in sæcula gentem:
Vnum oro o sociȷ ausonios cõmuniter æquo
Ferte animo: & vosmet socero obseruate latio.
Sceptrũ idẽ sublime geret. sententiã mentem
Hæc habet: at bello vos: & prestantibus armis
Discite me & pietate sequi: quæ gloria nobis

Cesserit ĩ prõptu est: sed cœlũ & sydera testor.
Qui vos tantorum eripui de clade malorum:
Idẽ ego sub maiora potens vos ¦præmia ¦ducã.
Talibus orabat: variosq; in pectore casus
Præteritos voluens: partãq; labore quietem
Haud paruo: nimiũ ardenti exundabat amore
In teucros: grauibus tandẽ euasisse periclis
Exultans: velut exiguis cũ ex æthere girans
Incubuit pullis: & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit: stragẽq; minatur:
Tum cristata ales percusso pectore mater
Consurgit: misero gnatorum exterrita casu.
Rostrum acuit: totisq; petit conatibus hostem:
Et multa expulsum vi tandem cædere cogit.
De hinc perturbatos trocitans exquirit: & oẽs
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secus anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis antiquum corde timorem:
Flagrantisq; agitãs curas: & gaudia longis
Tandẽ parta malis: & quæ perferre molestum
Ante fuit: meminisse iuuat: verum altior idem
Ingenti: & clara æneas supereminet omnes
Virtute excellens: & pro tot numina donis
Exorat: summisq; Iouem cum laudibus effert.



Interea rutuli: magnũ: & miserabile funus.
Exanimũq; ducẽ tulerãt sub tecta frequentes:
Correpti mœrore animos: largũq; pluentes
Hymbrem oculis: & iam lato clamore latinũ
Defessum: & varios agitantẽ pectore casus
Cõplerat: qui postq; altos crebescere quæstus:
Et turnũ ingenti confossum vulnere vidit:
Haud tenuit lachrymas: d'hĩc mœstũ lenit agmẽ
Corripuit: manibus verbisq; silentia ponens.
Ceu spumãtis apri quãdo per viscera dentes
Fulmineos canis excepit præstantior omni
Ex numero: tunc infausto perterrita casu
Cætera turba fugit latrantũ: atq; ore magistrũ
Circũstans querulo pauitat: magnoq; vlulatu
Infremit: ac cõmota manu dominiq; iubentis
Ore silet: gemitũq; premit: seseq; cohercet.
Haud aliter rutuli suppressa voce quierunt.
Tunc sic illachrymans rex alto corde latinus
Verba dabat: quãtos humana negocia motus:
Alternasq; vices miscent: quo turbine fertur
Vita hominũ: o fragilis dãnosa supbia sceptri.
O furor: o nimiũ dominandi innata cupido
Mortales quo cæca vehis? quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis?
Quot tecũ insidias? quot mortes: quãta malorũ
Magnorũ tormẽta geris? quot tela? quot enses
Ante oculos si cernis habes? heu dulce venenũ
Et mũdi lethalis honos: heu tristia regni
Munera: quę haud paruo cõstẽt: & grãdia rerũ
Pondera quæ nunq; placidã pmittere pacem
Nec requiẽ conferre queant: heu sortis acerbę:
Et miserę regale decus: magnoq; timori
Suppositos regum casus pacisq; negatos.
Quid Turne ingẽti ausoniã mouisse tumultu:
Et dura æneadas turbasse in bella coactos.
Quid iuuat? & violasse sacrę promissa quietis
Pignora: quę tibi tãta animo impatiẽtia venit:
Vt martem cum gente deum: iussuq; tonantis
Huc vecta gereres: & nostris pellere tectis
Vltro instãs velles. natæq; abrumpere fœdus
Pollicite genero æneę: & me bella negantẽ
Dura mouere manu: quæ tanta insania mentẽ
Implicuit? quotiens te in sæui martis euntem
Agmina: sublimẽq; ĩ equo: & radiãtib9 armis
Tentaui reuocare: & iter suspendere cœptum
Corripui: & pauitãs cedentẽ in limine frustra:
Inde ego quanta tuli testantur mœnia tectis,
Semirutis: magniq; albentes ossibus agri:
Et latium toto vacuatum robore: & ingens
Exitium: fluuiiq; humana cæde rubentes:
Et longi tepidiq; metus: duriq; labores
Quos totiens senior per tanta pericula cœpi.

At nũc turne iaces: vbi nãm generosa iuuentæ
Gloria: & excellẽs animus: quo splendidus altę
Frontis honos: q̃ nã illa decẽs tibi frõtis imago?
Ah quantas dauno lachrymas: acresq; dolores
Turne dabis: quanto circũ fluet ardea fletu.
Sed nõ degeneri: & pudibũdo vulnere fossum
Aspiciet: saltem hoc miseræ solamen habebit
Mortis: vt æneæ troiani exceperis ensem.
Hæc fatur: lachrymisq; genas impleuit abortis
Tum sese ad turbã voluens: miserabileq; corpus
Attolli: & caram mœsti genitoris ad urbem
Deferri: atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circũfusi rutuli lato agmine: cæsum
Sublimẽ ingenti iuuenem posuere pheretro.
Multa super teucrũ raptorũ insignia secum
Et galeas: & equos: ensesq;: & tela ferentes.
Post currus phrygia sudanres cæde sequuntur.
It lachrymãs: & ducit equũ docta arte metiscus
Rorãtẽ: & fletu madidũ: q vexerat ante
Victorem turnũ: atq; hostili strage furentem.
Hinc alij versa arma gerũt: tunc extera pubes
Flens sequit': largisq; humectat pectora guttis
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis
Cædentis sese: gressumq; in tecta latinus
Flexerat: ingenti turbatus funere mentem.
Vna oẽs lachrymas: matres: puerique: senesq;:
Fundebãt: mœstã implẽtes mugitibus vrbem.
Inscius at tãtos daunus superesse dolores:
Et gnatũ extremo cõsumptũ marte superbam
Effudisse animã: largisq; ad mœnia duci
Cũ lachrymis: alios gemitus curasq; fouebat
Namq; ex diuersa caderent dum parte latini:
Et calido Turnus fœdaret sanguine terram.
Vrbẽ ingens flãma: & muros inuaseret altos
Fumabatq; rutis miseri patris ardea tectis.
Et tota in cinerem vergebat: & astra fauillæ
Altiuolæ implebant: nec spes plus vlla salutis:
Siue quidẽ sic dijs placitũ est: seu præscia turni
Signũ: vt fata darent horrendo marte pempti.
Extemplo concussi animos: turbataq; ciues
Pectora cædentes miserandę sortis iniquum
Deflebant casum: longoq; ex ordine matres:
Atq; auidos totis fugiebant viribus ignes.
Ac veluti cum nigra cohors posuere sub alta
Arbore: & infixa radice cubilia longo
Formicæ instantes operi: sin dura securis
Incumbat: versosq; infringat culmine paruas
Sæua casas: mox certatim sese agmine sparso
Corripuit: mœstæq; fuga: trepidæq; feruntur
Et velut ignitum testudo euersa calorem
Cũ sensit luctata diu: pedibusq; remittens
Caudã agitansq; caput magna vi cędere tẽtat

Aestuat: & multa insidians conamina miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese: & turbata mente ferebant.
Ante oẽs senio cõfectus ad æthera voces
Fũdebat querulas daunus: superosq; vocabat.
Tum vero e medijs visa est cõsurgere flãmis:
Percussisq; ales volitare per aera pennis:
Indiciũ: nomẽq; urbis uersæ ardea seruans:
Et cui sublimes stabant in mœnibus arces
Mutata effusis nunc circũlabitur alis.
Attoniti nouitate omnes: monitisq; deorum.
Haud paruis: cõfusi humeros: atq; ora tenebãt:
Et daunus patriæ ardenti concussus amore
Euersæ: duros gemitus sub corde premebat.
Hæc inter magno volitans prænuntia motu:
Fama ruit: latisq; animos clamoribus implet
Aduentare nouum multo cum milite funus:
Et turnũ exanimẽ: et lethali vulnere victum
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incensas ex more faces: ardentibus agri
Collucent flãmis: dehinc se veniẽtibus addũt.
Quos postq; toto videre ex agmine matres
Percussis vocem palmis ad sydera tollunt:
At daunus cari vt patuerunt funera nati
Substitit: & demũ ingenti correpta dolore:
Ora mouens: mediũ sese furibundus in agmen
Proripuit: turnũq; super prostratus: & hærens
Quãprimũ fari potuit: sic edidit ore
Nate patris dolor: & fessa miseranda senectæ:
Rapta quies quo me tantis iactare periclis
Duxisti: & sæuis tandẽ deuicte sub armis:
Quo tua me ꝑ præstans animi constãtia vexit.
Hic clare virtutis honos: & gloria sceptri.
Hoc magni decus imperiũ: tales ne triũphos
Nate refers: hæc illa quies promissa parenti:
Aflicto totiens: hęc meta optata laborum:
Heu miserũ q̃ pręcipites labentia casus
Sęcla agitant: quanto voluuntur fata tumultu
Qui iam sublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio quem troes in armis
Horrendũ: & trepidi totiens sensere furentem.
Nũc mi Turne iaces: miserãdũ & flebile corp9.
Iam mutũ est sine voce caput: q̃ pulchrior alter
Non fuit in tota ausonia. nec gratior vllus
Eloquio: nec quis positis ingentior armis.
Nate vbi forma nitẽs: niueaq; in frõte seren9
Ille decor: dulcisq; oculorum aspectus: & altæ
Sydereus ceruicis honos: his gloria martis
Contigit auspicijs: tali rediture paratu
Discedẽs voluisti auidis te credere bellis.
Heu mortẽ inuisam quæ sola vitricib9 armis
Elatos frenas animos cõmunia toti
Genti sceptra tenẽs æternaq; fœdera seruans:
Quæ magnos paruosq; teris: quæ fortibus æquas
Imbelles: populisq; duces: seniumq; iuuentæ.
Heu mortẽ obscurã: quæ causa indigna coegit
Eripere: atq; meũ crudeli vulnere natum
Afficere: o fœlix tam grato cædis Amata
Successu lætare tuæ: quæ tanta dolorum
Fugisti monumẽta: grauisq; immania casus
Pondera quid misero genitori plura paratis.
O superi natũ rapuistis: & ardea flammis
Cõsumpta in cinerẽ versa est: nũc æthera pẽnis
Verberat: ah me Turne tua plus cæde cruenta
Deerat adhuc sors ista patris supræma senectę.
At vero tali se res cum fœdere versant:
Vt quẽ infesta furens miserũ fortuna moratur
Illũ omni petat infrendens: & turbine cogat:
Dixerat: & mℓta illachrymãs largo ore rigabat
Himbre trahẽs duros gemit9: rabidosq; dolores.
Qualꝭ vbi incubuit validis iouis vnguib9 ales:
Et paruũ effuso diuulsit sanguĩe fœtũ
Cerua vidẽs: miseri turbant̃ funere nati.
Postera lux latũ splẽdore impleuerat orbem
Tũc pater infractos fatali ꝑ marte latinus
Defecisse videns italos: totamq; potenti
Cædere fortunã æneæ: belliq; tumultũ:
Ingentisq; animo curas: & fœdera voluens
Connubij promissa suæ natæq; hymenæos:
Præstantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros: qui dardaniũ comitent̃ ad vrbem
Spectatum virtute ducem: iungitq; togatos
Multa oratores memorans: & euntibus vltro
Imperat. vt quãdo auspicijs: monitisq; deorum
Troianã miscere: italo cũ sanguine gentem
Expediat: placido intersint animoq; reuisãt
Aeneadasq; vehant alta intra mœnia læti.
Interea ipse vrbẽ labefactã: & vulgus inerme
Componit: solidatq; animos: requiẽq; futurã
Spondet: & æternã uentura in sæcula pacem.
Inde iubet meritos turba plaudẽte triũphos:
Sublimesq; domus fieri regalis honores.
Atq; alacris mouet vnanimes: vt fronte serena
Occurrãt genero venienti: & pectore toto
Excipiant gentẽ iliacã: magnisq; recæptent
Plausibus: optataq; effundant pacis amores:
Iamq; instructa cohors teucrorũ castra subibat
Cincta comes ramis oleæ paceq; rogabat.
Quã bonus æneas ad se intra regia duci
Tecta iubet: causamq; viæ placido ore regrit:
Tunc senior sic incipiens ardentia drances
Verba mouet: nimiũ erepti pro funere Turni
Exultans: o troianæ dux inclyte gentis
Gloria: spesq; phrygũ: q̃ nec pietate: nec armis



Maior in orbe fuit: victi obtestamur: & omẽs
Iuramus diuosq; deas inuitus in vnum
Conflatum vidit latium: & temerata latinus
Fœdera nec phrygios vnq̃ turbauit honores.
Quin natę (quando superũ sic vota ferebant.)
Cõnubia: & generũ magno te optabat amore.
Sed quicquid tanto armorũ flagrante tumultu
Tantorũ furijsq; operũ: atq; laborib⁹ actũ est:
Id rapidus Turni: & stimulis incẽsus iniquis
Confectusq; odijs furor attulit: ille negantes
Inuitasq; dedit latias in prœlia gentes
Illũ omnis cõuersa cohors poscebat in armis:
Cederet: & magnum sineret succedere pactis
Connubijs anchisiadẽ: inde optimus ambas
Iungebat palmas: defessa ætate latinus
Infractus: nimioq; ardentẽ marte rogabat:
Nec nostræ potuere preces inflectere durum:
Nec diuum protẽta animũ: quin acrius ignẽ
Spumabat ferus ore vomens: bellumq; ciebat:
At vero dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium: qui te tandem victore momordit
Nigrantẽ prostratus humũ: nũc improb⁹ ædes
Tartareas visurus eat: quæratq; sub imo:
Nũc alias acheronte acies: aliosq; hymenæos.
Tu melior succede bonis laurẽtibus hæres.
In te omnis domus: & fessa inclinata latini:

Spes iacet: vnū omnes itali ſuper aurea mittūt
Sydera: & ingentē bello: & cælestibus armis
Extollunt: & vera canunt præconia voces.
Te grauiſq; veneranda patrum: cōſultaq; turba
Inualidiq; ætate ſenes: te læta iuuentus:
Et cupidę matres: pueri: innuptæq; puellæ:
Vnanimes ęquo ore volūt: Turnūq; ſub armis
Exultant cecidiſſe tuis: te tota precatur
Auſonia: & claris præſtantē laudibus effert.
In te vnū conuerſi oculi: pater ipſe latinus
Iam ſenior ſola hæc longęuæ munera vitæ:
Qui gnatā tibi iūgat habet: generiq; nepotes
Troianos italo admixtos in ſęcula mittat.
Ergo age magne veni teucrorū ductor: & altos
Ingredere: et celebres cape q̄s ſpōdemꝰ honores
Finis erat: cunctiq; eadem ſimul ore fremebāt.
Quos pius æneas hylari cū fronte recæptos
Proſequit̄ paucis: & amico pectore fatur.
Nec vos: nec placida ſolitum ſub pace latinum
Arguerim: verum infeſti violentia turni
Tantū, opꝰ haud dubito: & tāti diſcrimīa mart̄
Conciuit: iuuenilis enim plus laudis amore.
Quicquid id eſt tamē auſonij nil pacta recuſo
Cōnubia: & ſanctā æterno cū fœdere pacem
Iungere: rex idē imperiū: et venerāda tenebit
Sceptra ſocer: ſtatuētq; mei mihi mœnia teucri



Et nomen natæ vrbis erit: sociosq́ penates.
Adijciam: vos cōmunes in sæcula leges;
Cōcordesq́ ingenti animo mittetis amores.
Interea quod restat adhuc: imponite flāmis
Corpora: quæ duri miserāda insania belli
Arripuit: dehincq́ primū crastina surget
Clara dies: læti laurentia tecta petemus.
Dixerat: et tanto affatu conuersa tenebant
Ora simul stupefacti omnes: & apertius ingēs.
Mirantes pietatis opus: mox robore toto
Congestas rapuere pyras: ignemq́ repostis
Ciuibus īmisere altum: sub sydera fumus
Euolat: & patrijs coelum sublime tenebris
Condit: īnumeras ex omni rure bidentes.
Glādilegosq́ sues iugulāt: pinguesq́ iuuēcos:
Immittūtq́ rogis latos incendia campos.
Enudāt: fremit impulsus clamoribus aer.
Iāq́ sequēs clarę extulerat lux aurea phœbū.
Tūc teucri: ausonijq́ oēs mixto agmine læti
Cōsedere in equis: & gressū ad tecta mouebāt
Laurēti: atq́ altis erectā mœnibus vrbem.
Ante omnes pius æneas: post ordine drances.
Mīta duci senior memorās: dehinc vnica ples
Ascanius: multūq́ animi maturus Alæthes.
Et grauis Ilioneus Mnestheusq́ acerq́ Serest⁹.
Sergestus fortisq́ gyas: fortisq́ cloanthus.
Post alij: mixtūq́ itali teucriq́ sequuntur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues.
Sublimisq́ alta statuebāt laude triūphos.
Troianam cupido expectantes pectore turbā.
Etiam aduentabant: quos læta fronte latinus
Occurrens magna excæpit comitāte caterua.
At postq́ medio venientē ex agmine vidit
Dardanium æneam: haud vera illusit imago.
Nāq́ omnes super excellens atq́ altior ibat.
Et late regalem oculis spargebat honorem
Sydereis: tunc q́ primū data copia fandi est.
Et voces capere: optatas quoq́ iūgere dextras
Incipit: & prior affatur placido ore latinus.
Venisti tandem: cupidū nec fixa fefellit.
Spes animū lux troianę clarissima gentis.
Magnorū quē iussa deum tot casibus actum:
Italia: & nostris voluerunt sistere tectis.
Quanq́ hūana fures nimis ausa licētia: sanctas
Turbarit leges: & diuum exciuerit iras.
Quin etiā inuictū totiens neq́ arma negantē:
Tradiderit duri perferre pericula martis.
Factū & eni: sed nec paruo sat numina iustas
Indignata animis: misere vltricia pœnas.
Nūc age magne phrygū ductor: qn̄ oīs origo
Seditionis abest: & tanti criminis auctor.
Cōnubijs succede: & ꝓmissis hyemenæis.
Sunt mihi regna: iacēt erectis oppida muris.
Sola autem fessæ spes vnica nata senectæ.
Te generū: & natū tempus cōplector in omē.
Quē contra bonus æneas: rex maxime: nullā
In te horū causam armorū tantiq́ tumultus
Crediderim: placidæ asueto sub tēpore pacis.
Et si qua est: pone hāc curā pater optie quæso:
Et patrē: & socerū nūc adsum lætus in omnis
Accipio casus: magni mihi surgit imago.
Anchisę: & rursum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter se: & tecta subibant
Regia: cum studio effusæ matresq́ nurusq́.
Longæuiq́ patres stabant: iuuenūq́ cohortes.
Pulchra reuisentes troianæ corpora gentis:
Ante omnes magnū ænea: cupidoq́ notabāt.
Altū animo gen⁹: & præstante frōtis honorē.
Quæsitāq́ alacres paceq́: optata quietis
Munera laudabāt: ceu quādo lōgus & ingens.
Agriculas tenuit resolutis nubibus imber
Suspensos: curuūq́ diu requieuit aratrum.
Tunc si clarus equos spacioso limine: titan
Laxet: & aurato coelum splendore serenet.
Leticia exundant: & sese hortantur agrestes.
Nō secus ausonij tam læto in tempore rerum
Composuere animos: & iam rex alta latinus
Atria: regalesq́ aditus intrarat: & vna
Optimus æneas: sequitur quē pulcher Iulus:
Dehinc itali mixtiq́ phryges: tū splēdida lato
Applausu: & magno cōpletur regia cœtu.
Hæc inter matrū īnumeraq́ nurūq́ caterua.
In medium comitata venit lauinia virgo.
Sydereos deiecta oculos: quam troius heros
Virtute: & forma ingentē (mirabile dictu)
Vt vidit: primo aspectu stupefactus inhæsit.
Et secum Turni casus miseratus acerbos.
Qui haud pua spe duct⁹ ouans ī prælia tātos
Ciuisset motus: durisq́ arsisset in armis:
Tū vero æterno iunguntur fœdera nexu.
Cōnubij: multaq́ canunt cū laude hymenæos.
De hīc plausus fremitusq́ altū sup̄ aera mittūt
Et lætam vocē per regia tecta volutant.
At fidum interea Aeneas affatur Achaten:
Vadat: & andromachæ q̄ndā data mumura ve
Intextas auro ferat: & q̄d sæpe solebat (stes.
Dum res troianæ stabant circundare collo.
Auratum gemmis: circūseptūq́ monile.
Præterea magnū cratera in pignus amoris
Quem priamus patri anchisæ donauerat olim.
Nec mora iussa seq̄ns pulcherria portat achą
Munera: tūc socer ingentē cratera latin⁹ (tes.
Donatū capit: ac coniunx lauinia vestes.
Atq́ monile decens: placido de hīc pectore sese
Demulcent: varijsq́ trahūt sermonibus horas.



Et iam tarda epulas fugiẽtis tempora lucis
Poſcebant: mox regali conuiuia luxu
Effundunt: latoſq; alta intra tecta paratus:
Conuenere omnes ſtrato diſcumbere in oſtro
Delitijs iuſſu: & dapibus ſe inferre futuris.
Dat manibꝰ criſtallus aquas: mẽſiſq; reponũt
Flauentẽ cererẽ: tum læta fronte miniſtri.
Innumeri magno diſtingunt ordine curas.
Pars dapibꝰ reficit mẽſas: pars pocula miſcet:
Crateraſq; replet. nũc hac nũc voluitur illac:
Turba frequẽs: varios miſcentq; patria motꝰ.
At puerũ pater ĩmotis ſpectabat iulum
Luminibꝰ: multũ admirãs: moreſq; latinus:
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba.
Maturũq; animũ añ animos: & m̃ta rogabat.
Permixtas referẽs voces: de hinc oſcula figẽs:
Dulcia complexũ manibus iunctũq; fouebat:
Et nimiũ exultãs fœlicẽ: & munere diuum:

Donatum æneã pro tali prole ferebat.
Postquã epulis cõpressa fames: traducere longã
Incipiunt fando: & labentẽ fallere noctem.
Nunc duros troiæ casus: gentesq; pelasgas.
Nunc fera laurẽtis memorãtes prælia pugnæ:
Quo primũ diffusæ acies: quo tela uicissim
Pulsa loco: qui primus ouãs inuaserit agmen.
Fulmineũq; ardẽs in equo madefecerit ensem:
Præcipue tros æneas seniorq; latinus.
Magnorũ heroum latijq; antiqua potentis
Gesta recensebãt: fugientẽq; horrida gnati
Arma sui: saturnũ italis latuisse sub oris.
Hinc latiũ dixisse: genusq; in montibus altis
Composuisse vagum: legesq; & iura dedisse.
Et bacchi: & frugũ cult⁹: de hinc tecta secutũ
Esse paterna iouẽ: vtq; electra atlantide cretus
Iasio idæas cæso phrygiæ isset ad vrbes:
Dardanus ex corito multa tũ gẽte profectus.
Vtq; insignẽ aquilã dono: & ioue patre sugb⁹
Hectoreæ gentis signũ: illustresq; tulisset.
Prim⁹ auum titulos troianæ stirpis origo.
Talibus atq; alijs inter se: longa trahebant
Tempora: tũ fremit⁹ letæq; per atria voces
Alta volãt: strepitu ingenti tectũ omne replet.
Dant lucẽ flãmæ: & lato splendore coruscant
Cõsurgũtq; phryges cythara resonãte sequunt
Ausonij: & plausũ ingeminãt: seq; agmĩe toto
Permiscẽt: variantq; pedes: raptimq; ferunt.
Et iam festa nouẽ largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tũ maxim⁹ heros
Aeneas vrbem curuo signabat aratro.
Fundabatq; domos: & amittas agere fossas.
Ecce autẽ fatu haud paruũ diffundere flammã
Ingentẽ: & fulgore leuẽ: & se nubibus altis
Miscentẽ: e summo lauinia vertice visa est.
Obstupuit pater æneas: duplicesq; tetendit
Ad cœlũ cũ voce manus: si iuppiter vnq;.
Gens monitis troiana tuis: terraq; mariq;
Paruit imperijsq; libẽs: si numina: vestras:
Si metui coluiq; aras: per si quid agendũ est
Quod restat: placidã fœlici afferte quietem.
Augurio: & firmate malisq; imponite finẽ.
Talia iactantem circũstitit aurea mater:
Se venerem cofessa: almo & sic ædidit ore
Gnate aĩo pone hanc curã: & meliora capesse
Signa deum: gaudensq; bonis succede futuris.
Nũc tibi parta qes: nũc meta extrema malorũ:
Nũc tandẽ optatã componunt sæcula pacem.
Nec flammã ad cælos perlatã euertice caræ
Cõiugis horresce: at cõstantẽ dirige mentẽ:
Nãq; erit illa tuũ celebri quæ sanguine nomẽ:
Troianosq; auctura duces ad sydera mittat:
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes:
Cõferet egregijs: totũ qui laudibus orbẽ
Complebunt: totumq; sua virtute potentes
Subiuga victoresq; trahent: q̃s gloria summo:
Oceanũ transgressa ingens equabit olympo.
Quos tandẽ post inumera atq; illustria rerũ:
Gesta deos factura vehet sup æthera virtus.
Hanc flammã ventura tuæ præconia gentis
Designant: hoc omnipotẽs e culmine signum
Sydereo dedit: at tantarũ in munere laudũ:
Quã statuis dicas a noĩe cõiugis vrbem.
Præterea sacros troia ex ardente penates
Ereptos cõpone noua intra mœnia: & altos:
Infer ad æternũ mansuros tempus honores.
Hic tibi mira ferã: tanto vrbis amore trahentur
Vt vecti ad sædes alias loca prima latini.
Sponte sua repetent: iterũq; iterũq; reuersi.
O fœlix quẽ tanta manẽt: de hinc pace tenebis
Sub placida gentẽ iliacam: post fessus: & æuo
Confectus: tandẽ elysias socer ibit ad umbras.
Succedes sceptro: atq; italis dominabere leges:
Cõmunes teucrisq; feres: tũ lætus ad altum
Te mittes cœlum. sic stat sententia diuum.
Dixit: & inde leues fugiẽs se vexit ad auras:
Aeneas tanto stupefactam numine: mentem
Percussus: diuæ peragit mandata parẽtis.
Etiam compositos fœlici in pace regebat
Dardanidas: & iam decedens sceptra latinus
Liquerat: & pius æneas successerat: omnem
Ausoniam: lataq; potens ditione tenebat.
Iam paribus phryges: atq; itali se morib⁹ vltro
Et socia ingenti firmabãt pectora amore:
Concordiq; æquas miscebãt fœdere leges.
Tũ medio venus exultans se imisit olympo.
Ante iouem: & cõplexa pedes sic ore locuta est
Omnipotẽs genitor qui solus ab æthere sũmo
Cũcta moues: qui res hoĩm curasq; recenses.
Dũ teucros traheret fortuna inimica: recordor
Spondebas finẽ erumnis: rebusq; salutem.
Nec tua me promissa pater sententia fallit.
Namq; omes gaudere sacra tris pace per ãnos
Viderunt italæ nullo discrimine partes.
Verum ad syderei missurum culmine cœli
Pollicit⁹ magnũ æneã: meritũq; ferebas
Illaturũ astris: quid nunc sub pectore versas:
Iãq; optat matura polos æneia virtus.
Olli hominũ sator atq; deũ dedit oscula ab alto
Pectore verba ferens. quantũ cytherea potentẽ
Aeneam: æneadasq; omnes infessus amaui.
Et terra: & pelago: & per tãta pericula vectos
Gnosti. & sæpe equidẽ indolui cõmot⁹ amore
Gnata tuo: tandemq; malis iunone secunda



Imposui finem. nūc ſtat ſententia menti:
Qua ductorē alto ip̄e phrygū ſuccedere cœlo
Inſtituit: firma eſt: numeroq́ inferre deorum
Conſtat: & id concedo libens: tu ſi quid in ip̄o
Mortale eſt: ad me: atq́ aſtris ingentibus adde.
Quin ſi alios ſua habet virtꝰ: q laude perenni.
Accingant: ſeſe geſtis præſtātibus orbem
Exhorrent: illos rurſum ſup̄ æthera mittam.
Aſſenſere omnes ſuperi: nec regia iuno.
Abnuit: at magnū æneam ſuadebat ad altum
Efferri cœlum: & voces addebat amicas.
Tum venꝰ aerias deſcēdit lapſa per auras.
Laurentumq́ petit vicina numicius vndis
Flumineis vbi currit ī æquora: harūdie tectꝰ.
Tūc corpꝰ gnati abluere: & deferre ſub vndas
Quicqd erat mortale iubet: de hic læta recentē:
Fœlicemq́ animā ſecum ſuper aera duxit.
Immiſitq́ æneā aſtris: quem iulia proles.
Indigetem appellat: tēpliſq́ imponit honores.

Finis



Copa.

Copa syrisca caput graia redimita mitella:
Crispum sub crotalo docta mouere latus.
Ebria famosa saltat lasciuaqꝫ taberna:
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere obesse:
Quam potius bibulo decubuisse toto.
Sunt copæ calices cyathi rosa tybia cordæ:
Triclinia vmbrosis frigida arundinibus.
En & Mænalio quæ garrit dulce sub antro:
Rustica pastoris fistula more sonat.
Est & vappa cado nuper diffusa picato:
Et strepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam croceo violę de flore corollæ:
Sertaqꝫ purpurea lutea mixta rosa.
Et quæ virgineo libata achelois ab amne:
Lilia vimineis attulit in chalatis.
Sunt & caseoli quos iuncea fascina siccat:
Sunt autumnali cærea pruna die.
Castaneæqꝫ nuces:& suaue rubentia mala:
Est hic mũda Ceres: est amor:est bromius:
Sunt & mora cruenta:& lentis vua racemis:
Et pendet iunco ceruleus cucumis.
Et tuguri custos armatus falce saligna:
Sed non & vasto est inguine terribilis
Huc alibida veni:fessus iam sudat asellus:
Parce illi:vestri delicium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadæ:
Nunc vere in gelida sede lacerta sedet.
Si sapis æstiuo recubans nunc prolue vitro:
Seu vis cristallo ferre nouos calices.
Eia age pampinea fessus requiesce subumbra:
Et grauidum roseo necte caput stropheo.



Copa syrisca. Omnis huius oduſculi summa est. Hortatur Mœcenatẽ & socios ad voluptatem. insinuatiõe quadam vtens. Copę Mœcenatis libertę quę a loco sic nominata grętię:apud Orchomenon Boetię. Sunt enim Copę iuxta cephysum amnem qui lacum facit copitalem nominatum.

b Syrisca. quę venerat ex syria.

c Graia mitella. Fuit enim mitra:ornamentũ capitis. primum apud mœonios:deinde ęgyptij et Syrij vsi sũt teste Hero. Virgi. Mœonia mentũ mitra crinemqꝫ madentẽ.

d Crotalo. Crotalum instrumentum musicũ quo ęgyptii in deorum cerimoniis vtebantur:et quidem a κροτῶ:id est pulso denominarunt:nonnulli gręcorum pro plaustro resonante posuerunt. Alii annulum ex aere factum qui ferreo baculo percutiebatur:ad sonitũ reddendũ ntellexerũt

e Ad cubitum id est quietem.

f Raucos. sonoros.

g Calamos:Fistulas quas ipse pulsabat:

h Bibulo:Nam qui dormiunt videntur bibere susurrando in somno.

i Copę:va[illegible] vinaria.

k Chord[illegible] Cythare.

l Triclini[illegible] erant: vel triclinia in quibus veteres cõmedebant.

m Arundinibus:Quę solebant apponi ad voluptates

n Mænalio:Arcadico id est quales solent esse in monte Archadico. vbi solebant pastores & fistulis canree etiã potest referri ad Euandrũ q venerat ex archadia:vbi erat palanteũ et palatinum condiderat.

o Vappa:Vinum asperum & fetidum: & vappa dicitur vinum euaporatum:id est quod am sit saporem.

p Picata:nigra vel a pice. lege marcialem.

q Corolę: Dicuntur a choro & sic a corona. Cecropio apud Himetum montẽ Atheniensem:solent adesse apes.

r Lutea:rubicunda apud Buc. mollia luteola.

s Achelois nympha fuit ab acheloi. Filię enim acheloi dicuntur sirenes: vt idem Virgi. alibi. sirenum cantus varios Acheloia proles.

t Fiscina:canistrum & calathus:

v Bromius: Cognomẽ bacchi est a bromo quod est consumo. vino enim moderate sumpto omnes humores repelluntur.

x Tugurium:Casa pastoralis est.

y Custos:priapus.

z Saligna:ex salice facta.

a Alibida. priape alibidiibus apud quos in veneratione est.

b Illi:asello.

c Vestri:Quod habetur ex vobis.

d Aestiuo:Optimo & apto tempore estatis.

e Vitro:Cyatho vitreo.

f Stropheum:coronam.

Formosũ: tenerq; decerpes ora puellæ.[g]

Ah pereat cui sunt prisca supercilia.[h]

Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?[i]

An ne coronato vis lapide ista tegi?

Pone merũ: & talos: pereãt qui crastina curant.[k] [l]

Mors aurem vellens: viuite ait: venio.

g Decerpes. accipies. h Prisca. peerant Illi qui serуant grauitatem: vt prisci nostri habuere. i Cineri ingrato. Nihil sentiẽti. Alibi idem Virg. in vi. ęneі. Flebant & cineri ingrato suprema ferebant: Solebant enim sepulchra vng entis & floribus odoriferis spa gere antiqui. quod testat Tibullus dicens: Illic quas mittit diues Panchaia merces eoi que arabes diues & Assyria. k Pone. Para & funde vinum. l Curat. qui seruat voluptatem ad crastinum diem.

P.V. Maronis hortulus.



P.V. Maronis hortulus.

Adeste musæ: maximi proles iouis.
Laudem feracis prædicemus hortuli.
Hortus salubres præbet corpori cibos:
Variosq; cultus sæpe cultori refert.
Holus suaue: multiplex herbæ genus:
Vuas nitentes: atq; fœtus arborum.
Non desit hortis: & voluptas maxima:
Multisq; commixta modis iucunditas:
Atq; strepentis vitreus ambit liquor.
Sulcoq; ductus irrigat riuus sata:
Flores nitescunt discolore gramine:
Pingunt terras gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leni:
Cum summa florę: vel nouos rores legunt.
Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat
Textas vt inumbrat pampinus harundines.
Opaca præbent arbores vmbracula:
Prohibentq; densis feruidũ solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos.
Et semper aures cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus: auocat: pascit: tenet:
Animoq; mœsto demit languores graues.
Membris vigorem reddit: & visus capit.
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudium.

P.V.Maronis rosæ.



Er erat: & blando mordentia fri
gora morsu:
Spirabat.croceo mãe reuecta dies
Strictior æoos præcesserat aura iugales:
Aestiferum suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadrua cõpita in herbis:
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina fessa pruinas.
Pendere: aut holerum stare cacuminibus.
Caulibus:& patulis teretes colludere guttas:
Et cælestis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi pæstano gaudere rhosaria cultu:
Exoriente nouo Roscida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis:
Ad primos radios interitura die.
Ambigeres rapet:ne rosis tunc aura ruborẽ:
An daret:& flores tingeret orta dies.
Ros vnus:color vnus:& vnum mane:duorũ:
Syderis & floris:est domina vna venus.
Forsan & vnus odor:sed cælsior ille per auras
Difflatur:spirat proximus iste magis.
Cõmunis paphiæ dea syderis & dea floris:
Præcipit vnius muricis esse habitum
Momen tũ intererat:quo se nascentia florum:
Germina comparibus diuiderent spatijs.
Hæc viret angusto foliorum tecta galero.
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Nec peperit prima fastigia cælsa obelisci:
Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exinuabat amictus:
Iam meditans folijs se numerare suis.
Nec mora:ridentis calathi patefecit honor.
Prodens indusi semina densa croci.
Hæc mõ quæ toto cumulauerat igne comarũ:
Pallida collapsis deseritur folijs.
Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam:
Et dum nascuntur consenuisse rosas:
Ecce & defluxit rutili coma punica floris:
Dum loquor:& tellus tacta rubore micat.
Tot species:tantosq; ortus:variosq; nouatus:
Vna dies aperit:conficit ipsa dies.
Cõquerimur natura breuis q̃ gratia florꝫ est.
Ostentata oculis ilico dona rapis.
Quã longa vna dies:ætas tam longa rosarum:
Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quã modo nascentẽ rutilus conspexit eous:
Hanc rediens sero vespere vidit anum.
Sed bene quo paucis licet interitura diebus
Succedens æuum prorogat ipsa suum.
Collige virgo rosas:dũ flos nou⁹:& noua pu-
Et memor esto æuũ sic properare tuũ. (bes.



Er erat opusculũ Vir. de rosa:i quo virgies hortatr ad voluptatẽ percipiendã:& pariter viros itelligere possumus erudiri:ad ętatis suę cõmoda pcipienda:ita eñ pulchritudo & virginũ decus preterit:& breue tpis sortitę sunt. sicut rosa quę mane apta:& viuacitatẽ oñdẽs. peracto die lãguida & fragil vero rubore deperdito apparet. Ver:tẽp⁹ veris: quo oia florẽt. Reuecta·reducta. Croceo: purpureo pter aurorę suborẽ. Strictior:quia noctes sũt breuiores. Anticipare:añ capere. Quadrua:q̃drata. Riguis:aspe ris. Vegetare:viuatiorẽ me esse. Pruinas:rores. Gramina:herbas: Guttas:cõgelatas. Grauidas:caules oppssos pruinę: Pestũ oppidũ i cãpania abũdãtissiũ rosarũ. sic i geor. Biferiq; rosaria pesti. Lucifero:stella matutia. Cãe bat:albescebat. Rosida:plena rore Ad prios radios qa q̃ñ sol orit rosa liq̃scit. Duorũ:aurorę & florꝫ color vnus Ille:color floris idea. Venus dea floris & stellę. Murex cõchile:quo tingit purpura hęc rosa. Galero:appellat galerũ illa folia qbus vestit rosa. Obeliscus:amiãus Marcelinus dicit:obeliscũ lapidẽ asprimũ i figura metę cuiusdam sensi a pceritate i celsũ cõsurgentẽ eẽ.& vt radiũ imitetur paulati gracilescẽtẽ:ipeq; q̃drata i uerticẽ pductũ augustũ manuq; artificis leuigatũ:ad cui⁹ sil'tudinẽ rosę ipius cubarẽ:nr hic poe. a obeliscũ appellat.rosa videt obelisc⁹ anteq; appat. Mucronẽ:cuspidẽ. Illa·alia rosa explicabit amictus folia:q̃ sũt tanq̃ amict⁹. Meditãs cogitans. Rosa q̃ñ est apta vt calathus ridẽs idest lętus..Rutilauerat:splẽduerat:sed facta ẽ pallida: Punica: rubicũda. Rubores: rosarũ. Nouatus nouatiões: Iũcta:cõiũcta & vicina.

Aeuum suũ quia rosa viuit lõgo tpe noie & fama atq; gloria. Oui. in amoribus: Vẽturę memores iam tũc estote senectę. Sic nullũ vobis tempus abibit iners.

De vino & venere.

Nec veneris:nec tu vini capiaris amore:
Vno namq; modo vina venusq; nocent.
Vt venus eneruat vires:sic copia vini:
Et tentat gressus:debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:



Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe petit ferus exitiale cupido:
Sæpe manus: itidē bacchus ad arma vocat.
Perdidit hortendo troiā venus improba bello
Et lapit has bello perdis iacche graui
Denicꝫ cū mentes hominū furiarit vtercꝫ:
Et pudor: & ꝓbitas: & metus omnis abest:
Compedibus venerē: vinclis constringe lyæum.
Nec te muneribus lædat vtercꝫ suis:
Vina sitim sedant: natis venus alma creandis.
Sed fines horum: transiluisse nocet.

De liuore.



Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas.
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quisq; furit inuidetq; sorti:
Vt debet sibi pœnas semperq; ipse est.
Testatur in gemitu graues dolores:
Suspirat gemit: incutitq; dentes.
Sudat frigidus intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum
Pallor terribilis genas colorat.
Infœlix macies renudat ossa.
Non lux. non cibus est suauis illi.
Nec potus iuuat. aut sapor lyæi.
Nec si pocula iupiter propinet.
Atq; hæc porrigat. & ministret hebe.
Aut tradat ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit: aut quiescit vnquã.
Torquet viscera carnifex cruentus.
Vesanos tacitos mouet furores.
Intentas animo faces erinnys.
Et talis Titij quo vultur intus
Qui semper lacerat comesti mentem:
Viuit pectore sub dolente vulnus.
Quod chironia nec manus leuaret.
Nec phœbus. soboles ve clara phœbi.

De cantu syrenarum.



Syrenas varios cantus acheloia proles:
Et solis: miseros ore ciere modos.
Illarum voces: illarum musa mouebat:
Omnia quæ thimele carmina dulcis amat:
Quod tuba: q͛d lytui: q͛d cornua rauca fuerũt
Quodq; foraminibus tibia mille sonat.
Quodq; leues calami q͛d suauis cantat & aedõ:
Quod lyra: q͛d cytharæ: q͛d moribũdus olor:
Illecros nautas dulci modulamine vocis:
Mergebant auidæ fluctibus ioniis.
Sanguine sisyphio generatus magnus vlysses
Et totos solida præstitit arte suos.

In leui cæra sociorum callida circes:
Atq; suas victis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos: et inhospita littora cassis:
Illi præcipites dissiluere freto.
Sic blandas vocis notas: ac carmina vicit.
Sic tamen exitio monstra canora dedit.

Eiusdem

Clarus inoffenso redibat lumine titan:



Letificusq; dies erat omnibus æthere puro.
Vosq; simul iuuenes animis: & voce fauentes
Concelebrate diem votis fœlicibus almum:
Prosper vt is semper redeat: vatiq; quot annis
Asmenidæ referam alacres sua mantua vati.

De fortuna.

Fortuna potens: tantum
Iuris atrox quæ vendicas;
Euertis quæ bonos: elegis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit:
Iustos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet senes:
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis admittit transit ad impios;
Nec discrimen habet: rectaq; iudicat:
Inconstans: fragilis: perfida: lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet:
Nec quos deserit perpetuo premit.

De Aetatibus animalium.

Per binos decies & nouẽ super exit in annos
Iusta senescentẽ: quod ad implet vita virorum.
Hos nouies superat viuẽdo garrula cornix:
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus:
Alipedem ceruum ter vicit coruus: & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:
Quã vos ppetuo decies peruertitis æuo
Nymphæ hamadriades: quarũ lõgissima vita ẽ.
Hæc cohibet fines viuacia fata animantũ.
Cætera secreta nouit deus arbiter æui:

De Orpheo.

Threicius quondam vates
Fide creditur canora
Mouisse sensus tria ferarum: als fratrũ:
Atq; omnes tenuisse vagos:
Et surda cantu concitasse saxa:
Suaui sono testudinis
Arbores secutæ vmbram ferũt præbuisse vati:
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigauit:
Doctaq; vitam voce temperauit.
Iusticiã docuit: cœtu quoq; cõgregauit vno:
Moresq; agrestes expoliauit orpheus:

De ludo.



Sperne ludum: versat mentes vesana libido.
Fraude carere graues: ignari credite doctis:
Lusuri nũmos: animos quoq; ponere debent.
Irasci ne eiq; victos placet optime frater.
Ludite secure quibus est æs semper in archa.
Si quis habet nũmos veniens: exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat:
Sancta probis pax est: irasci desine victus.
Nullus vbiq; potest fœlici ludere dextra.
Initio furijs ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos: vt vere ludere possis:
Ponite mature bellum precor: iraq; cesset.

Monosticha de erumnis Herculis.

Prima cleonei tolerata erumna leonis:
Proxima lerneam ferro: et face cõtudit hydrã.
Mox erymantheũ vis tertia perculit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres discrimĩe qnto
Threiciam sexto spoliauit amazona baltheo.
Septima in augeis stabulis impẽsa laboris.
Octauo expulso numeratur adorea tauro.
In diomedeis victoria nona quadrigis.
Gerione extincto decimã dat hiberia palmã.
Vndecimũ mala hesperidũ distracta triũphum
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

De Laboribus Herculis.





Omprssit nemeæ primum virtute leonem.
Extincta ē anguis q̄ pullulat hydra secundo.
Tertius euictus sus est eryman-thius ingens.
Cornibus auratis ceruū necat ordine quarto.
Deijcit horrisono quinto stim/phalidas arcu.
Abstulit hyppoliti sexto sua vin cula vitæ.
Septimus augei stabulum labor egerit vndis.
Octauo domuit magno lucta-mine taurum.
Tunc diomedis equos nono cū rege perempto.
Geryonem decimo triplici cū corpore vicit.
Vndecimo abstractus vidit no-ua cerberus astra.
Postremo hesperidū victor tulit aurea mala.

P. Virg. Maronis de musarū inuentis.



Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone thalia.

Dulciloquis calamos eutherpe flatib⁹ vrget:
Terpsicore affect⁹ cytharis mouet: impat auget
Plectra gerēs erato saltat pede: carmie: vultu:
Carmina calliope libris heroica mādat.
Vrania poli motus scrutatur & astra:
Signat cūcta manu: loquitq; polymnia gestu.
Mentis apollinæ vis has mouet vndiq; musas
In medio residens cōplectitur omnia phœbus.
Clio historias inuenit: melpomene tragædias
Thalia comœdias: eutherpe tibias: terpsicore
Psalteriū: eratho geometriā: calliope litteras,
Vrania astrologiam: polymnia rhetoricam.

De Sue: & Serpente enigma.

Sus iuuenis serpens casu venere sub imo:
Sus iacet extinctus: serpens pede: at ille veneno.
Anguis aper iuenis pereūt in vulnere morsu:
Hic fremit: ille gemit: sibilat hic moriēs.
Sus serpens iuuenis pariter periere vicissim.
Dēte perit iuuenis: serpens pede: porcus ab ictu.

P. Virg. Maronis de speculo.



Redditur effigies: liquidaq; tuentis in vnda.
Qualis in aduerso speculorū cernitur orbe.
Formam pura refert oculis spectantibus nuda:
Quales obiecti speculi fulgore videntur:
Fontis aquæ redeūt simulachra imitātia verū
Qualia leue refert speculi cū cernimus æquor.
Exprimit oppositas in mollibus vnda figuras.
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.
Apparet mendax illimi fronte figura:
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti speculū nitido splendore coruscans.
Spectanti faciē mundissimus assimulat fons:
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.
Forma repercussus liquidarum fingit aquarū.
Qualis purifico speculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis: simplex generat imago:
Vt solet e speculo facies splendente referri.
Effigies liquido respondet ab æquore fontis.
Qualis & a speculo simulatrix vnda resultat:
Effingit species purissimus humr aquarum:
Palma velut speculi viuas imitantia formas.
Fonte repulsatur depicta tuentis imago:
Ceu leui in speculo solet appparere figura.

Mira Virgilii
versus experientia.



Qua ratis egit iter iūcto boue plaustra trahūt:
  Postq̄ tristis hyems frigore iūxit aquas.
Sustinet vnda rotā patulæ mō peruia puppi:
  Vt concreta gelu marmoris instar habet:
Quas mō plaustra p̄mit vndas: ratis añ secabat
  Postq̄ brumali diriguere gelu.
Vnda rotā patit: celerē nūc passa carinam:
  In glaciem solidam versus vt annis abit:
Quæ solita ē ferre vnda rates: fit p̄uia plaustris.
  Vt stetit ī glaciē marmore versa nouo:
Semita fit plaustro: q̄ puppis adunca cucurrit:
  Postq̄ frigoribus bruma coegit aquas:
Orbita signat iter: mō qua cauꝰ alueus exit:
  Stringit aquas tenues vt glacialis hyems.
Amnis iter plaustro dat qui dedit añ carinæ:
  Diruit vt ventis vnda fit apta rotis.
Plaustra boues ducūt: q̄ remis acta carina est.
  Postq̄ dirigu it: crassus inane liquor:
Vnda capax ratiū: plaustris iter algida præbet:
  Frigoribus sæuis vt stetit amnis iners.
Plaustra viā carpūt qua puppes ire solebāt:
  Cum frigus boreas obstupefecit aquas.

Mira Virgilii experiētia.

  Thaumantis proles varianti veste figuras:
Multicolor picto per nubila deuolat arcu.
Iris & insigni decorat curuamine cœlum:
Cum sol ardentes radios in nubila fecit:
Cum sol horrifico nymbos fulgore repleuit:
Apparet varij radijs distincta coloris.
Clara sub æthereis fulget thaumantia proles
Nubibus: vt radijs pluuiū sol attigit hymbrē:
Et picturato cœlum velamine cingit:
Discolor æthereis apparet nubibus iris:
Postq̄ flāmiferi rapuerūt lumina solis:
Et cœlum varijs miranda coloribus ornat:
Vmbriferas nubes radijs vbi contigerit sol.
Luce sub aduersa varios iacit vnda colores:
Dicit̄ hæc iris picto spectantibus arcu:
Dum nubes radijs tetigit fulgentibus atris:
Phoebus: & aduerso lumen resplēduit hymbr
Tūc iacit insignes per nubila densa colores.
Mirifico nubes ambit thaumāte creata:
Quas cū ex aduerso tetigit rota fulgida solis:
Tūc iris vario circumdat nubila cinctu.
Nuncia iunonis vario decorata colore.
Aethera nubificū complectitur orbe decoro:
Cum phœbus radios in nubē iecit aquosam:
Nubila cum phœbus perfudit lumine claro:
Tunc fit vt humor aquæ suffulgeat: atq̄ colore
Sub varia specie iaciat mirabilis arcus.

Cum radijs imbres: & aqrū pēdulus humor:
Frangitur: existit quā græcia nominat iris.
Multorū insignis vario splēdore colorum:
Iris habet varios subiecta luce colores:
Quā sol imbriferum fulgens de luce creauit:
Cum pepulit radijs obstantia nubila claris.
Luce repentina tum sol impleuit aquosus
Aduersas nubes: effulget protinus iris.
Picta veste decens: Et multicoloribus alis:

De quattuor temporibus anni.



Vterq; nouū stabat cinctū florente corona.
Stabat nuda æstas: & spicea serta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis sordibus vuis:
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.
Vere sinum tellus aperit: floresq; ministrat.
Tēpore solis ager messis fert pinguis opimas:
Fœcūdos autūne lacus de vitibus imples.
Vis hyemis glacie currentis alligat vndas.
Frigoribus pulsis nitidū ver æthera mulcet.
Scindit agros æstus phœbeis ignibus ardens.
Autūno dat hyems mixtū vicina teporem.
Albentes hæc durat aqs: & flumina nectit.
Ver pingit vario gemmātia prata colore.
Ignea vestit agros culmis cerealibus æstas.
Viribus autumnis turgentes detrahit vuas.
Frigidus hyberno grauid⁹ niue nubil⁹ æther.
Vere ven⁹ gaudet florentibus aurea sertis:
Flaua ceres æstatis habet sua tempora regna.
Vinifero autūnus sūma est tibi bacche ptās.
Imperium sæuis hyberno tēpore ventis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas:
Frugiferas aruis fert æstus torrida messes.
Pomifer autūnus tenero dat palmite fructum.
Mox hyems hybernis albescit operta pruinis.
Vere nouo lętis decorantur floribus arua.
Et riget ęstiuis hyrsutus campus aristis.
Labra per autūnū musto spumātia feruent:
Et ponunt frondes hyemali frigore siluæ.
Ver placidum vario nectit de flore coronas:
Spicea serta gerit calidissima solibus æstas.
Tēporaq; autūno cingunt tua bacche racemis.
Tristis hyems montes niueo velamine vestit.

Ver agrum nitidū gēmis stellantibus ornat:
Et feruens æstas pinguissima frugibus arua.
Mox autumnali redolet uindemia fœtu:
Fronde nem⁹ male nudat hyems: amnesq; rige⸗
Purpureos flores hum⁹ effert vere co⸗ (scūt.
Et cererꝫ donis horrescūt arua ꝑ æstū. (māti:
Bacche tuo tempus fluit autūnoq; liquore:
Obtegitur tellus ꝑ frigora veste niuali.
Vere tepet picto zephyris spirātibus aer.
Decrescūt celeres æstiuis ignibus amnes:
Tēperies autumne fluit tua nectare dulci.
Perq; hyemē lentus cœlo niuis aduolat imber.
Veris honos tepidi floret: vreret omnia rident.
Arua sub æstiuis nudāt torrentia labris.
Vite coronatas autūnus degrauat vlmos:
Decutit ipse rigor syluis hyemalis honorem.
Flore solum vario depingit odoriferum ver.
Falciferāq; deam messes remorant̄ in æstu:
Dat musto grauidas autumnus pomifer vuas.
Scythonia gratialis hyems niue cana senescit.

P. Virgi. Maronis de ortu solis.



AVrora oceanū croceo velamīe ful⸗
gens
Liquerat: & biiugis vecta rube
bat equis.
Luce polum nitida ꝑfundit can⸗
didus orbis.
Et clarum emicuit sol oriente iubar.
Rosida puniceo palantias exit amictu:
Astrigerum inficiens luce oriente polum:
Sol insigne caput radiorum ardente corona:
Promit ab æquoreis tethyos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum sol:
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebræ rebusq; colores:
Lux iterum cunctis reddidit alma suis.
Tithoni coniunx roseo sub lumine iubar:
Inficit: & cœlum lutea sydereum.

Cum sol igniferos currus e gurgite magno.
Sustulit: & claris astra fugauit equis.
Nox abit astifero velamine cincta micanti.
Et redigit stellas: exoriturq; dies.
Emicat oceano phœbi rota clara relicto:
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis aurora capillis.
Et matutino rote madebat humus.
Tethyos vnda vago cū prosilit æquore titan:
Flammiferos vultus ore micante ferens.
Exorit̄ phœbus perfundēs luce nitenti:
Et maria: & terras: stelliferumq; polum:
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis:
Et mox sydereas oculit atra faces.
Sol oriēs: cursusq; suos e gurgite tollens
Oceano: claro reddidit orbe diem.
Flāmiferūq; iubar: terræq; poloq; reduxit:
Et pepulit radijs astra repente suis.
Memnonis vt genitrix īfecerat humida cœlū:
Et roseis manibus sydera dispulerat.
Phœbus atlantheis e fluctibus aureus orbē:
Sustulit igniferum: luxq; diesq; redit.
Preuia flāmiferi cursus aurora rubebat:
Extuleratq; alto gurgite phœbus equos.
Noctiuagosq; simul radijs vagantibus ignes:
Depulerat cœlo: reddideratq; dies.
Vix aurora suo rubefecerat æthera curru:
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Prosilit e medijs candens rota tethyos vndis:
Et vaga cesserunt sydera solis equis.
Surgit ab oceano: tithoni fulgida coniunx:
Et veste ab rosea subruit ipsa pedes.
Tū phœbus radijs nitidū fulgentibus orbem:
Depulit: et tenebris: noxq; peracta fuit.

P. Virgi. M. De littera. y.




Ittera pythagoræ discrimine secta bicorni.
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem.
Difficileq̄ aditum primum spectātib⁹ offert:
Sed requiē præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta
Præcipitat captos: voluitq̄ per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit: ille sibi laudemq̄ decusq̄ parabit:
At qui desidiam: luxumq̄ sequetur [inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores.
Turpis inopsq̄ simul miserabile trāsigit æuū.

P. Virg. Maro. Est & non est.


St & nō: [d] [b] cūcti monasyllaba nota frequentant.
His demptis nihil est [c] hominū q̄d sermo volutat.
Omnia in his & ab his sunt oīa: siue negoci:
Siue [d] oci quicq̄ est: seu turbida siue quietis:
[e] Alterutro pariter nonnunq̄: sæpe [f] seorsis:
[g] Obsistunt dubijs: vt [h] mores ingeniumq̄:
Et faciles vel difficiles contentio nacta est:
Si [i] consentitur: mora nulla interuenit: est est.
Si controuersam dissensio: [k] subijciet non:
Hic fora dissultant clamoribus: hinc furiosi
Iurgia sunt circi [l] cuneati hinc læta theatri.
Seditio: & tales agitat quoq̄ curia lites.
[m] Coniugia & nati cū patribus: ista quietis
Verba serūt studijs: salua pietate loquentes.
Hic etiam placidis schola [n] consona disciplinis
[o] Dogmaticas [p] agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba [q] sophorum:
[r] Est lux: est ne dies: ergo non conuenit istuc.
Nā facibus multis aut fulguribus quotiēs lux
Est nocturna homini: [s] non est lux ista diei.
Est & nō igit̄ quotiēs lucē esse fatendum est.
Sed nō esse diē: mille hīc [e] certamia surgūt.
Hinc pauci multi quoq̄ talia cōmeditantes:
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qual' vita hōīm: duo quā monasyllaba versant.


St & non. Deridet Dyaclecticos & sophistas: q̄rum omnis sciētia nugax & vana est. Nec aliud continet q̄ est & nō est: fatemur huiusmodi disputationibus ingeniū reddi acutius: sed tamen barbarius fieri. In primis autē effectum eorū exponit. Inde Hypoteticū quendā syllogissimum adducit. b Cuncti. mortales] c Hominū. illorū dyalecticorum. d Oci. quietis. e Alterutro vnū dicim⁹. f Seorsis. a se remotis & incognitis. g Obsistunt aduersantur. h Vt mores. s. sunt illorum sic & disputāt. i Si consentitur. s. ab aduersario: k Subiiciat. subiūgat: & dicat aduersarius nō est verum: subito fient controuersię. l Cuneati. ad similitudinē cunei facti. m Coniugia: maritus & vxor agitant: hęc est & non: sic & nati faciunt cum patribus. n Consona: cōueniens. o Dogmaticas. Dogma significat decretum & iudiciū atq̄ deliberationem. p Agitat. mouet lites. q Sophorum. sapientum. r Est lux. Exemplum ponit hyppoteticorum sylogismorum quorum species sunt quinq̄: Syllogismorum dyalecticorum octo & decē traduntur. Est lux fateris esse lucem: ergo est dies. s Non est lux. i. dies nō videtur dies. t Certamina: disputationes qualis vita hominum versatur in hijs monasyllabis est & non est.

P. Virg. M. De signis cælestibus.


Rim⁹ adest aries: taurusq̄ insignibus auro:
Cornibus: & fratres: & cancer aq̄tile signū.
Tum leo terribilis veniens: atq̄ innuba virgo.
Libra subit: caudaq̄ animal quod dirigit ictū:
Armatusq̄ arcu chiron: & corniger hircus
Fusor atq̄ simul: & fulgēti piscis in auro.
Proditor est helles: & ꝓditor Europeus:
Et gemini iuuenes: et pressus ab hercule cācer:
Horrendusq̄ leo. seq̄tur cū virgine sancta.
Libraq̄ lance pari: & violētus acumine cauda.
Inde sagittiferi facies senis: & capricornus.
Et qui portat aquā puer vrniger: et duo pisces.
Signorū princeps aries: & taurus: & vna
Tyndaridæ iuuenes: & feruida brachia cācri:
Herculeusq̄ leo nemeæ pauor: almaq̄ virgo.
Libra iugo æquali pēdens: & scorpius acer:
Centaurusq̄ senex chiron: & cornua capri:
Et iuuenis gestator aquæ: piscesq̄ supremi.
Corniger astrorū ductor: taurusq̄ secūdus.
Tum sydus geminū: & cancri gemētis imago.
Truxq̄ leo: & virgo q̄ spicea munera gestat:

Et libram quam cæsar habet: chelasq; minaces.
Atq; arcu pollens: & falsi gurgitis hircus:
Vrnaq; nymbiferi: pisciscq; nouissima forma.
Dux aries: & frons tauri metuẽda minasp.
Et ledæ soboles: & cancri torridus ignis:
Terribilisq; leo: speciesq; virginis almæ.
Momentũq; sequẽs: caudaq; timendus adunca
Hinc tendẽs arcũ: liquidi caper æquoreis inde:
Troianusq; puer: geminiq; sub æthere pisces.
Nubigenũ iuuenũ vector: tauriq; truis frons.
Et proles duplex iouis: & nepa torrida flãmis.
Aestifer inde leo mixta cũ virgine fulgens.
Quã sequitur libra: & violẽta cuspide sæuus.
Semifer arcipotens: subit & capricorn⁹ aq̃sus.
Et cui nomẽ aquæ faciunt: piscesq; gemelli.
Corniger in primis aries: & corniger alter
Taurus: itẽ gemini: sequitur q̃s cancer adust⁹:
Terribilisq; feræ species: & iusta puella.
Libra simul. nigrũq; ferens in acumine virus.
Centaurusq; biformis adest: pelagiq; puella.
Atq; amnẽ fundens: & pisces sydus aquosum.
Corniger i ductor gregis: europæ q̃z vector:
Et duo tyndaridæ: tũ cancer sole perustus.
Herculeaq; manu p̃ssus leo: & optima virgo:
Hinc trutinæ species venit: armatusq; veneno
Scorpius: atq; sagittifer: æq̃reiq; caprifrons:
Quiq; vrnã gerit: & pisces duo signa sub vno:
Principiũ signis ouiũ sator: inde iuuencus.
Progenies duplex: & aquarũ cancer alumnus:
Pressa sub herculeis manib⁹ fera: iustaq; virgo:
Libra subest: caudaq; ferens letale venenũ.
Tũ gemin⁹ chiron: & corniger æquoris alti:
Dilectusq; ioui puer: & duo sydera pisces:
Dux greg: & placidũ pãdẽs sil'æthera taur⁹.
Germaniq; pares: & cancro iã comes æstus:
Atq; leo primus labor herculis: & pia virgo:
Libra comes sequit̃: minitãs & scorpius ictu.
Et qui tela gerit centaur⁹: & æquoris hircus:
Deucalionis aquæ: & piscis extrema figura.
Velleris aurati fulget pec⁹ aurea cœlo.
zætus & amphion: cancriq; figura calentis.
Insequitur leo sæuus: & almę virginis astrũ.
Hinc æquale iugum: caudaq; venenifer vnca:
Centaurusq; minax arcu: & neptũnia proles.
Quiq; refundit aquas: & piscis vltimus ordo.

Versus Ouidij.

Qualis bucolicis: quantus tellure domanda.
Vitibus: arboribusq;: apibus: pecoriq;: satisq;:
Aeneadum fuerit vates: tetrasticha dicent.
Cõtineat quæ quisq; liber: lege carmia nostra.

Summa virgilianæ narrationis in tribus operibus: Bucolicis: Georgicis: & Aeneidæ.

Pastorum musam vario certamine promit.
Ruris itẽ dociles: culturã carmine monstrat.
Arboribus vitẽ: prolẽ quoq; iungit oliuæ.
Pastorumq; palen: & curam tradit æquorũ.
Tunc apiũ seriem: mellis & dona recenset.
Aeneas profugus intrat carthaginis oras:
Conuiuio series narratur troica belli.
Tertius & complet narrantis ordine gesta.
Ardet amans dido fatum sortita supremũ.
Quint⁹ habet tumuli varia spectacula patris.
Infernosq; ditis manes: & regna pererrat.
Aeneas latium italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellũ tecti de culmine Turnus.
Euryalũ & nisum deflet cũ matre iuuentus:
Palanti exitium: & turni deluditur orsus.
Euander vrbsq; simul multorũ funera deflet:
Mezenti interitus canitur: post funera lausi.
Vita de hinc fertur telo mactata camilla.
Turni vita fugit infernas mœsta sub vmbras:

Publij Virgilij Maronis.
Ad priapum.



Carminis incompti lusus lecture procaces:
Conuenientes latio pone supercilium.
Nõ soror hoc habitat phœbi: nõ vesta sacello.
Nec quæ de patrio vertice nata dea est.
Sed ruber hortorũ custos membrosior æquo:
Qui tectum nullis vestibus iguem habet.
Aut igitur tunicã parti prætende regendæ:
Aut quibus hæc oculis conspicis: ista lege.

Ad priapum.

Ludens hæc ego teste te priape.
Horto carmina digna: non libello
Scripsi non nimium laboriose.
Nec musas tamen: vt solent poetæ:
Ad non virgineum locum vocaui.
Nam sensus mihi: corq; defuisset.
Castas pieridum chorum sorores:
Auso ducere mentulam ad priapi.
Ergo quicquid idest quod ociosus.
Templi parietibus tui notaui:
In partem accipias bonam rogamus.



Ad cunctos probę indolis adolescētes: expurgatio Sebastiani Brant: cur priapeiam præsenti opi nō inseruerit: ceptacꝫ impssoribꝰ illius carmina cōpleri prohibuerit.

Ne arbitreris neue existimes candide puer: abs re nos versus reliquos spurcissime priapeię resecasse: fecimus quidem id consultissimo cōsilio. quippe quos nec hyppolitus/nec bellorophōtes: Nec maro quocꝫ ipse si ab inferis emergeret: esset lecturus. Posset quidem forte: si tantum honestatis quantum latinitatis haberet: inter haud abiectę elegantię fragmenta quod diximus opusculum reputari: Verum enimvero si sermonis elegantia: si verborum ornatus: si vocabulorum vtilitas: si queratur latinitas: reperiuntur mille alij auctores idonei: & relectione digni: qui satisfacere huic rei satis superqꝫ poterunt. Necꝫ ea queratur latinitas: per quā fędatur probitas: coinquinatur castitas: collidetur honestas. Atqꝫ vt paulo audacius loquar. id inprimis constanter: certoqꝫ

tercius asserere non formido (tam & si Seruij ad hoc minus astipuletur opinio) neutiq̃ tam fœdum opus ex castissima Virgilij officina: sed ex spurcidica alicuius patici othonis: tetricaq́ prodijsse voragine. Atq́ vt conijcere licet: ex turpissimi nebulonis catulli proluuie erupisse crediderim. Nam fieri non potest: vt is Maro: qui (eodem Seruio attestante) alioquin: & vita/ & ore & animo tam ꝓbus fuerit: vt Neapoli/ parthenias hoc ẽ virginalis appellaret̃ vulgo. Quiq́ quoties cunctis in operibus suis de venere etiam coniugali mentio intercidit: tam verecũde tamen/ tam pudice/ tamq́ decenter rem edisserit: vt & virgines ipsas (modo absit improbulus interpres) illud sine aliqua etiam erubescentia & legere & audire possint: in tam peruersũ & reprobum sensum peruenerit: tantam ignominiam & labem in gloriam suam posuerit: vt abominabile istud: latrinisq́ & ganeonibꝰ idoneum opus priapeię edidisse: existimari possit: aut debeat. Cuiusquidem sanctissimi Maronis gloria (auctore macrobio) hęc est: vt nulliꝰ laudibus crescat: nullius vituperatiõe minuatur. At dixerit mihi quispiam: vnde hęc noua incessit religio? Num veteres priapeiam virgilianis codicibus inesse vetuerunt? Nũ iuuenalis: Marcialis coquꝰ: catullꝰ/ tibullꝰ/ ac plęriq́ alij poetę ob id veniunt refutandi: eliminandi ve: quia obscena nonnunq́ ponunt verba? Quibus ego ingenue respondere possem: nisi longius (q̃ volebam) me digressurum vererer. Neq́ tamẽ ĩterea pueris quęq́ hoꝝ tã pudendorũ carminũ auctorem: sed castissimos q̃sq́: et si fieri potest: christianos poetas legendos audiendosq́ suademus. Et vt est apud diuum Augustinum nostrum: in eo quem de ciuitate dei prescripsit librum: Virgilium propterea paruuli legãt: vt videlicet poeta magnus: omniumq́ præclarissimus & optimus: teneris ebibitus annis: non facile obliuione possit aboleri: secundũ illđ Horatij: Quo semel est imbuta recens: seruabit odorem testa diu. Ne igitur detestandus teterq́ ille et graue olens priapeię fetor: puerorũ animis officiat: eorũ cordibus imbibat: mẽtibꝰ inhęreat:

Parcimus id circo tibi em̃ tibi sancta iuuentus
 Et teneræ ætati/ moribus atq́ bonis:
Vnde priapeiã resecatã a codice nostro
 Fædam abolere iuuat: iussimus esse procul.
Digniꝰ hoc flãmis/ & edaci opꝰ igne cremãdũ:
 Quã pueris tradi: publicitusve legi.
Expedit o iuuenes: verba hæc nescisse ꝑfecto
 Quæ nebulo ille ꝓcax spurcidico ore vomit
Incæstũ: impurũ: tetrũ: horrendũq́ priapum
 Spernite: deserite: linquite: porrijcite.
Ille pudicitię contrariꝰ: æmulus/ hostis:
 Moribꝰ/ & castis ille inimicus atrox.
Nil sanctũ: dignũ ve legi reperitis in illo:
 Nil quod non superis: displiceatq́ bonis.
Quis nisi corruptor iuuenũ: ganeo: aut halo
 Nõ dedignet̃ hoc legere ĩꝓbũ opꝰ? (ꝓhãta:
Hoc Cato damnasset: doctꝰ pepulisset ab vrbe
 Hoc Plato: ꝑpetuo dignũ opus exilio.
Ipse ego me puerũ memini legisse ꝓfanum:
 Atq́ heu peiorẽ redditũ ab inde/ gemo.
Parce igit̃ quisquis ope isto forte priapũ
 Quæris: nõ placuit hũc posuisse. Vale.

Elegia in Moecenatis obitũ: q̃ dicit̃ Virgilij cum nõ sit.



E[a]flerã iuuẽis[b] tristi[c] mõ carmĩa fa:
 Sũt etiã merito carmĩa dãlj (ta:
V[d]t iuuẽis[e] defleđꝰ erat tã (da seni:
 candidus: & tam
L[f]ongius annoso viuere dignus auo:
Irreligata ratis[g] nunq́ defessa carina:
 Et redit in vastos[h] semper onusta lacus:
Illa rapit iunenes prima florente iuuẽta.
 Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi Moecenas tecum[i] fuit vsus amici[k]
 Illius: hoc ergo conciliauit opus[l].
Fidus erat nobis nã propter cesaris arma:
 Cæsaris & similẽ ꝓpter in arma fidem.
R[m]egis erat genus hætrusci tu cęsaris almi:

Domicij Caldarini Veronẽsis Cõmẽtarij in. P. Virgi. Maronis Elegiã.

Eflerã iuuenis tristi mõ carmia fata. Nõ cõpertũ habemꝰ. cuiushęc Elegia fuerit. Neq́ enim Virgilio ascribi põt ex dicẽdi caractere: nec est alter auctor quẽ ea tẽpestate existimemꝰ scripsisse: Verum nõ desũt q̃ lactantii firmiani opꝰ dicãt. Eo em̃ stilo versari videt̃ sũma tñ ois: vt Moecenatẽ laudet: ꝑiterq́ filii ipsius mortẽ defleat. b Iuuenis. C. Filii mei q̃ ĩmatura morte ꝑemptꝰ fuit. c Tristi seni. C. Moriẽti q̃ iã diẽ suum obierat. d Vt. C. sicut. e Iuuenis. C. Filiũ Moecenatis f Annoso auo: C. In genere dixit neq́ em̃ Moecenatꝫ auus lõgo tꝑe vixisse tradit: vñ quẽꝑiã aliũ lõgioris vitę hoiem notauit. Annoso antiq̃ssimo. g Ratis. C. Rates trabes incultę appellant̃ nauigio postea accõmodatę sũt & ꝓ nauibꝰ ponunt̃. Ratis Acherõtis. Carina appellat̃ trabs illa ĩ fundo nauis quã circũtabulę tanq́ brachia affigunt̃: etiã ꝓ naui ponunt̃. h Vastos lacus. Flumĩs lethei ꝑ quod charon animas trãsfert. i Tecũ. O Moecenas nõ habui familiaritatẽ illiꝰ generis. k Amici. Illiꝰ q̃m ñ habui cõsuetudinẽ. l Opus: Si habet ꝑ hãc epistolã de obitu filii Moecenatis eidẽ se factũ amicũ. m Regis hetrusci. q̃a Moecenas natus erat ex nobili stirpe ac regia Arethinorũ. vnde & Horatius Moecenas attauis edite regibus;

Dextera Romanæ tu vigil vrbis eras.
Omnia cum posses tanto tã carus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cũ docta phœbus donauerat artes:
Tu decus: & laudes hui⁹: & huius eras.
Vincit vulgares: vincitq̃ peritus harenas:
Littore in extremo quas simul vnda mouet.
Quod discinctus eras animo q̃z carpit vno:
Diluuij ac nimia simplicitate tua.
Sicilli vixere quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene pręcinctos post modo pulsa fugit:
Inuide quid tandem tunicæ nocuere solutæ:
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minus vrbis erat custos: & cęsaris obses.
Num tibi nõ tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura quis te spoliauit amantẽ?
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamẽ: nec velle triũphos
Maior res maius abstinuisse fuit.
Maluit vmbrosam quercũ: nymphasq̃ canẽtes:
Paucaq̃ pomosi iugera certa soli.
Pierides phœbumq̃ colens in mollibus hortis:
Sederat: argutas garrulus inter aues.
Marmora meonij vincunt monumẽti libelli:
Viuitur ingenio: cætera mortis erunt.
Quid faceret? defunct⁹ erat comes impiger idẽ
Miles: & augusti fortiter vsq̃ pius.
Illum piscosi viderunt saxa pelori:
Ignibus hostiles reddere ligna rates.
Puluere in æmathio fortem videre philippi:
Quam tener ille fuit: tam grauis hostis erat.
Cum freta niliacæ texerunt lata carinæ.
Fortis erat circũ: fortis & ante ducem:
Militis æoi fugientis terga secutus:

n Vigil vrbis eras. custos: qm̃ cęsare in bella concedente Moecenatẽ vrbis Romę custodẽ: & gubnatorẽ reliqsse cõstat. o Posse nocere. Cõmẽdat ex animi trãquillitate: et mãsuetudie qa de noie vlcisci voluit. p Pallade designat Moecenatẽ artib⁹ liberalib⁹ p̃stãtissimis. Hinc lrãtos semp̃ coluit: pariter rẽ militarẽ amauit: cui⁹ artis & dea pallas est: q Vulgares. p̃plares. r vincit. Oñdit doctrina Moecenatẽ: & rerũ p̃itia nõ sanguis claritate pricipatũ adeptũ fuisse: atq̃ aliis p̃stãtissimis p̃latũ. s Harenas. l. e. dicitur Moecenatẽ sapientẽ supare oẽs gẽmas & lapides p̃ciosos qui nascunt̃ i mari. t Extremo. oriẽte. Ouidi. Induitis collo lapides oriẽte petitos. v Discinct⁹. Oñdit Moecenatẽ molli ac effemiato fuisse corp̃e: verũ magnanimitate & simplicitate vitę p̃stãtissimi: q̃lis fuisse tradit̃ & diluuii tẽpestate in qua p̃ tp̃e & necessitate q̃sq̃ ad villę cultũ nitebat̃ & opportunitatẽ. Discincti em̃ hoies laxi ac molles & minime apti appellant̃. Hortensiũ discinctũ hoiem & vt nepotẽ & luxuriosũ appellauit. Cõtra cinctos illustres & oib⁹ laborib⁹ exercitatos: atq̃ expeditos intelligimus. x Aio tuo. i. magnitudine animi tui. y Diluuii. Qualis simplicitas fuerit tp̃e diluuii. z Sic vixere. Laudat ip̃m a iusticia. a Virgo. Iusticia: q̃ vna cũ pudicitia neq̃tiã mũdi reliquisse p̃ditũ est: nõ cũ fide vt multi scribũt: dicẽte: Iuue. in Sat. Credo pudiciã Saturno rege moratã. Postq̃ ad supos astrea recessit. Hac comite atq̃ duce: pariter fugere sorores: & hoc cũ de pudicitia loq̃ret̃. b Pręcinctos: Industrio. c Inuide. Ad inuidos q criminabant̃ ex corporis mollicie: ac dicit illã animi prudentiã cõpescitã: sicq̃ nihil offuisse. d Solute aut tibi ventosi. Notat vestium tẽnuitatẽ q̃ vẽtos faciũt. Dicit tẽpore q̊ gubernator vrb̃ relict⁹ est ab Augusto Siciliã petẽte: vrbẽ oĩ ipedir nẽto liberã fuisse. e Quis spoliauit. q. d. nemo te spoliauit amantẽ. f Ipse. Solent dictões nõ nũq̃ vacare (teste Seruio) quoniam Virg. inq̃t. Nũc dextra ingẽminãs: nunc ille sinistra: ille em̃ abũdat. g Mai⁹ erat. Laudat Moecenatem: q̃a nõ erat ambitiosus ĩ desiderãdis triũphis cũ potuisset habere tũ ab illis se abstinuit quod quidẽ mai⁹ fuit. h Nymphas: musas. i Iugera. Habuit em̃ hęc iugera in esquiliis & his cõtent⁹ ab Hora. fuisse phibet̃: nisi q̃ in ędificiorũ mole reprehendit̃: ex qua exulãs in Sabinis & ipi⁹ Horatii agrũ spectare poterat. k Pierides phœbũ colens. Ipse Moecenas musas studiosissime venerabat̃ Poetas. Vt Virgiliũ. Horatiũ. Propertiũ. l Argutas. Sonoras q̃ aues erãt in tuis hortis: vel aues poetas intelligit, q. d. Moecenatem esse mirandũ inter sonoros poetas. m Meonii. Cõmẽdat Moecenatẽ a poetica Meonii Homeri. Nam varię fuerũt sentẽtię de ipius patria: Ephorus em̃ Cumeũ dixit: Pindarus Smirneũ: & Chiũ. Antimach⁹: et Nicãder Colophoniũ: Aristarcus et Dionysius Atheniensem. Aristoteles Hietẽ: nõnulli Salaminiũ. alii argiuũ cõtẽdunt. Ouidi. Meoniũ: vñ est Aspice Moenidẽ a quo ceu fonte perenni: vatũ pieriis ora rigant̃ aq̃s. n Faceret. Facere poterat o Defunctus: Emeritus. p Pius. Pii dicunt̃ qui maiores suos excolũt. q Illũ piscosi. Octaui⁹ vicit sextũ Pompeiũ bello nouali ĩ mari siculo. Piscosi asperi. Piscosi em̃ dicit q̃a circa ip̃m p̃montoriũ propter aspera saxa optimi sunt pisces. r Pelori. Sũma est expromontorii Sicilię aduersus italiã. Saxa pelori: notat Moecenatũ fuisse secutum Augustũ ĩ bello cõtra Sextũ Pompeiũ p̃ aggripã et fratrẽ, et cõmissa pugna nõ a caribri et stylla ea p̃te qua pelor⁹ italiam respicit. s Ignib⁹. i. incẽdere naues inimicorũ. t Rates. s. Sexti Pompeii. v Puluere ĩ emathio. Emathia nominat̃ Thessalia ab Aemathio filio deucalionis. Puluere emathio. i. certamĩe: nam et cõtra Cassiũ et Brutũ Mecoenas Octauiũ secut⁹ est. x Phylippi. Campi Thessalię: a phylippo rege denoĩati. y Tener. Secundũ Senecã q̊ eũ mollissimũ dixit corp̃e etiã effœmiato. z Niliacę carine significat et illũ secutũ fuisse Augustũ ad bellũ actiacũ habitũ tñ cõtra Anthoniũ et Cleopatrẽ quã nauigia seq̃bãt ęgyptiaca. vñ niliace dixit. a Circũ. qñ erat et añ et circũ. Augustũ. erat sp̃ fortis. b Aeoi ãt milites q erãt ex oriẽte ip̃um plures sũt secuti. Et Herodes rex iudeorũ. Et Amathus Arabię. et Polemon ex ponto et Bessi: et Philadelph⁹ ex Paphlagonia. Et glicesi qñ Mytidrates: ex comagena Amyntas: Licaoni⁹ ex Mauritania: et pene totus oriens. c Secutus. Octauius victoria potitus est: de Anthonio et Cleopatra. quã idẽ Anthonius. impio vrbis ornare pollicitus fuerat ĩ stupri premiũ. verũ deuictus est. et Cleopatra Alexãdriam vsq̃ ad Nili caput aufugit.

Teritus ad nili dum fugit illle caput:
Pax erat: hæc illos laxarunt otia cultus:
Omnia victores marte sedente decent.

Actius[d] ipse lyram plectro percussit eburno.
Postq̃ victrices conticuere tubæ.

Hic mõ miles erat: nec posset fœmina[e] Romã
Dotalem[f] stupri turpis habere sui.
Hic tela in ꝓfugos tantũ curuauerat arcum.
Misit ad extremas exorientis equos.

Bacche[g] coloratos[h] postq̃ deuicimus indos.
Potasti galea dulce iuuante merum:

Et tibi securo tunicę[i] fluxere solutę.
Te puto purpureas[k] tunc habuisse duas.
Sum memor: & certe memĩ sic ducere thyrsos:
Bacchica purpurea candidiora niue:
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus & auro:
Serpentes hędere[l] vix habuere locum.

Argentata tuos etiam sandalia[m] talos:
Vixerunt certe: nec puto bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus:
Et tibi consulto[n] verba fuere noua[o].

Impiger[p] alcidę multo defuncto[q] labore:
Si memorant curas te posuisse tuas.

Sic te cum tenera lætum lusisse[r] puella:
Oblitum nemeę iamq̃ erymathe tui.
Vltra nunquid erat torsisti pollice fusos:
Lenisti morsu leuia fila parum.

Percussit nebros te propter lydia nodos[s]:
Te propter dura stamina rupta manu.
Lidia te tunicas iussit lasciua fluentes:
Inter lanificas ducere sępe suas.

Claua torosa[t] tibi pariter cum pelle iacebat.
Quam pede[v] suspenso percutiebat amor.
Quis forẽ credebat cũ iã ꝑmit ĩpiger infans:
Hidros ingẽtes vix capiente manu.

Cum ve renascentẽ[x] tereret velociter hydram:
Frangeret ĩmanes vel dyomedis equos[y].

Vel tribus[z] aduersis cõmunẽ fratribus aluum[a].
Et sex aduersas solus in arma manus.

Fudit: & aloidas[b] postq̃ dominator[c] olimpi:
Dicitur in nitidum[d] procubuisse bouem:

Atq̃ aquilã misisse suam: quæ quære ret ecquis:
Posset amaturo vina referre[e] Ioui:

Valle sub idea dum te formose[f] sacerdos[g]
Inuenit: & presso molliter vngue caput.

Sic est victor amet, victor pociat̃[h] in vmbra[i]:
Victor odorata dormiat in q̃ rosa[k].
Victorẽ victus metuat: metus imperat illi:
Membra nec instrata cernere discat humo.

Tempora dispensat[l] vsus: & tempora cultus:
Hęc homines: pecudes: hæc moderant̃ aues.
Lux est: taurus arat: nox est requiescit arator.
Liberate merito feruida colla boui:
Conglãtiant̃ aquæ scopulis se condit hirundo
Verberat & gelidos garrula vere lacus.

d Ipse: Moecenas. e Fœmina turpis. Cleopatra meretrix. f Dotalem. Quia in cõuiuiis et crapulis: Anthonius promiserat imperium vrbis. hic Moecenas in ꝓfugos ęgyptios fugientes quos pepulit vsq̃ ad orientẽ. g Bacche. Vertit sermonẽ ad bacchum. Et colligere hinc possumus ex poetę verbis: qui victorię & triũpho ipsi⁹ dei interfuisse se dicit: Gallũ poetam opus hoc scripsisse: quippe in cui⁹ corpus euphorbi et Pitagore ac Homeri et Ennii aniam intrasse probat: verũ fuerit sic vel ne incertum habeo quicũq̃ ille sit omnino refert. h Coloratos nigros factos calore solis. Alibi Vir. in Geor. iiij. Vsq̃ coloratis amnis deuexus ab Indis. i Tunicę. Vestes longę duas scilicet vestes habuisse eo tp̃e Thyrisos hastas pãpinis inuolutis quibus in sacris Bacchi & choreis vtebantur. k Purpureas. Purpura etiã reperitur alba cũ ꝓprie sit rubra. l Vix habuere locũ. Propter multitudinẽ gemmarũ seu serpentũ m Sandalia genus calciamẽtorũ alborũ quibus magni viri vtebant̃. n Tibi consulto. O bacche. o Noua nõ militaria sed dulcia & amori apta p Impiger alcide. Vertit sermonẽ ad Herculẽ. q Defuncto qui euasisti a multis laboribus. r puella tenera: Quia habebat omphalẽ cui s̃m Oraculum respõsum parere coactus erat dũ nauigãs ĩ Aphricã: a quorundã ex amicis suis spõte esset venundatus. Illa ei iordan ę mẽonorũ. id est lydiorũ reginę filię fuit. ¶ Nemeę laboris habito in sylua Nemea ꝓpter mortẽ Leonis circa mõtẽ Tritonẽ & etiã in apro Erymantheo Arcadię agros deuastante et mandatũ erat vt eũ viuum afferret. Morsu nã mulieres filando solẽt mordere fila. s Nodos. Quia omphale faciebat multos nodos causa tua. o Hercules: qm̃ et tu idẽ faciebas. t Torosa. mẽbrosa ex duro amore versus omphale. v Pede suspẽso: qa hercules suspẽdebat pedẽ suũ supra pedẽ amicę: sicut sępi⁹ nos fecimus. x Renascentẽ ꝓpter fœcunditatẽ capitis. y Equos. Equos threicij Diomedis humana carne vescentes interemit Hercules. z Tribus fratribus. Gerionẽ tangit qui insula Erichtrea existẽs tria corpora habebat et sic sex manus. a Aluum. ventrem. b Aloidas. Ethum et Ephilatẽ Aloi filios. c Dñator. Iupiter. d Nitidũ: clarum diẽ. Hoc s̃cdm morẽ Thracię quę quietas dies et fœlices candido lapillo denotabãt. e Referre Ioui. Quia voluit habere Ganimedẽ. f Formose. o Ganimedes. g Sacerdos. Fecit eñ ipsum sacerdotẽ in Ida sylua. h Potiatur. Moecenas amica sua. i In vmbra id est in ortis suis. k Rosa. Pestana maioris odorũ secundũ morẽ antiquũ lectos: etiã anacliteria ex rosarũ foliis cõficiebãt ad suauitatẽ spirandã: Vt et de principe Anthonio Helius Lampridius refert. l Dispensant diuidunt et ordinant; omnia fieri solent s̃cd̃m ordinem temporis.

Cęsar amicus erat poterat vixisse solute:
Cum iam Cęsar idem quod cupiebat erat.
Indulsit merito: non est temerarius ille:
Vicimus: Augusto iudice dignus erat.
Ergo saxa parens postq̃ scyleia legit:
Cyaneosq̃ metus iam religanda ratis.
Viscera disgecti mutauit arietis agni:
Oetas: & succis amne perita suis:
His te Mœcenas iuuenescere posse dicebat:
Hæc vtinam nobis colchidos herba foret.
Reddit arboribus florens renitentibus ęstas:
Ergo non homini quod fuit ante redit.
Viuacesq̃ magis ceruos decet esse pauentes:
Si quorum in torua cornua fronte rigent.
Viuere cornices multos dicuntur in annos.
Cur nos angusta conditione sumus?
Pascit aurorę tithonus nectare coniunx:
Atq̃ via tam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi vita foret semper medicamina sacro:
Te vellem auroræ complacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili.
Tu dare purpurea lora regenda manu.
Tu mulcere iubā: cū iam torsisset habenas:
Procedente die respicientis equi.
Quęsiuere tori iuuenē sic hesperon illum
Quē nexum medio soluit in igne venus.
Quē nūc in fuscis placita sub nocte nitentem:
Luciferū contra currere cernis equis.
Hic tibi coritium casias hic donat olentis:
Hic & palmiferis balsama missa iugis:
Nūc pcium candoris habes: nūc reddit vmbris:
Te sumus obliti decubuisse senem.
Ter pyliū fleuere sui: ter nestora canum:
Dicebant tamē hunc nō satis esse senem.
Nestoris annosa vicisses secula: si me
Dispensante tibi stamina nempe forent.
Nunc ego quid possum? tellus leuis ossa teneto
Pendula librato pondus & ipsa tuum.
Semper serta tibi dabimus: tibi semper odores,
Nō unq̃ sitiens: florida semp̄ eris.
Sic est Mœcenas fato veniente locutus:
Frigidus & iāiam tum moriturus erat.

m Cęsar amicus erat: Concludit in laudem Moecenatis nil fuisse quod a cęsarę impetrare nequisset: Amicus erat cęsari pat⁹ ad oīa ei⁹ vota. n Indulsit: gessit morem ei. o Saxa parēs: Iason legit id ē nauigat. De Iasone loquit̄. Ergo saxa laudat: & ipm iasonis cōparatiōe: Et Aesonis ad iuuētutē reuocati: ac dicit eo mō reuocari ad iuuētutē Mœcęnatē debuisse. o Parēs. Medęa mr̄ ob filios q̄s habuerat ex Iasone. p Cyaneosq̃ met. Symplegades ita ei denoīat̄ vltra pontū intra se scopuli ꝯuctrētes. q Aristis significat Medeā postq̃ ad Ialchon vrbē pelię reg' ꝑueit. vt suā doctrinā atq̃ artē ōnderet: mactasse arietem: & in aheno decoxisse. mox i agnū restituisse: q̊d cū Pelias optaret iuueēscendi grā: atq̃ id faceret. a Medea cesus fuit p eius filias vt ouidi⁹ testat̄ r Oetas. rex colchorū filiā habuit Medeā: Oethas dicit̄ ab Oetha: Theophrastus ponit herbā in ęgypto qua reuiuiscūt hoīes. Iuba historicus tradit succis herbarū reuocari hoīes ad vitā. Xanthus primo historiarū ait: Draconis catulū reuocatū ad vitā herba quadā quā balin appellant. s Colchidos Medea in formam vetulę mutata intrauit Iolchon regiā pelię regis Thessalię testās se missam ab Hypboreis cū quibusdā medicaminib⁹ vt faceret iuuenē peliā: et vt fidē darēt verbis suis expimento ꝓbauit: mactauit eīm arietē. & in Aheno coxit & inde restituit in vitā. pelias senex phanaticus cupiēs iuuenęscere ꝓparauit. vt id fieret: & sic a Medea cęsus fuit. t Quod fuit id est si herbę reuiuiscūt tāto magis debēt hoīes reuiuiscere. v Cerui teste Pli. exupant. C. annos: & mutatis cornib⁹ iuuenescūt. x Cornices. xc. ānos viuere ꝓdunt: vn̄ & Ouidi. Ora capit ꝙ nouē cornicis secula passę. y Angusta: qa ita cito nos morimur. z Aurorę: Aurora titanis & terrę filia fuit: dictaq̃ ab eo ꝙ ab igne solis vt auro aurescit. a Thithon⁹ fili⁹ Laomedōtis Priami patris: relicto fratre ex phrygia in Assyriā se cōtulit: breui in re militari pstātissim⁹ fuit. Regi gratus. duxit vxorē filiā regis Aethiopū: ex q̄ genuit Mennonē: ea tēpestate Priamus vexabat̄ bello Teutani regis Capodotię: regnū phrygiæ tunc subditū erat regibus Assyriorū. Tythonus q p̄fectus erat Assyriorū: misit Mennonē filiū cū decē militibus ęthiopū totidēq̃ Susianis & cū ducētis turribus: vt priamo auxilium ferret. Aliȷ volūt Thithonos fuisse duos: & Phrygē & Assyriū: & scribūt vnū ꝑeō: Alterū Mennonē Titoni: sed alterū impasse Phrygię & lydię & vxore Dindimene genuisse Cybelē ¶ Titoni de Titono aurorę marito pluria scripta sunt. Itaq̃ satis est intelligere illū senē delectatōe tā cōiugis iuuenescentē q̄ttidie & Mennonē filiū in q̄ Troianorū auxiliū q̄ndā missum ex vltia plaga oriētis. b Vt tibi vita foret: vt fieret maritus aurorę. c Iubā crines. d Thori. vult compare eū Hespero Atlantis filio. Tori spōsę. e Hesperon illū. Hesper⁹ fili⁹ Athlātis cū ascēdisset montē Athlantē: nunq̃ amplius visus fuit: crediderūt incolę impiti eū ascēdisse in cœlū & esse stellā quę eādē mane dicit̄ lucifer. Alii volūt Venerē adeo gdi: a fuisse amore Hespi formosi iuuenis: vt ei⁹ nomē sūpserit. Et ven⁹ ē q̄ dicitur Hesper⁹ & Lucifer. Hic vero Hesper⁹ fili⁹ fuit aurorę & Cephali. Hoc aūt q̄ a pithagoras eandē numero ēē stellā quę sero & mane apparet: & in sero Hesperus: & in mane Lucifer appellat̄. f Igne amore. g Hic. Lucifer. h Coritiū. Crocū intelligit: qui plurimū in Coryco Celidę antro abundat i Palmiferis iugis. inter assyricā & phœnicā locus est palmarū abundātissim⁹. Ex q̊ et a loco Balsama aduehi ꝓdūt: ex arbore modica Et hoc nō longe ab Iherosolymis k Cidoris splēdoris. Nestora canū. Qui nestor vixit tres ętates. Fuitq̃ Nelei fili⁹. Nele⁹ i Messania regiōe cōdidit opidū Pylos: Vn̄ Nestor Pyle⁹: Pili tres sūt. i pelopenesō: in pisea regiōe: et hęc pilos cōdita ab Ematione. tertio in Messania patria Nestoris. m Tellus o tell⁹. n Librato ꝑ libres. o Serta. i. semper ponam corona supra tumulum tuum: et sacrificabo.

Mene inquit iuuenis primę qui Iupiter ante
Augustam bruti non cecidisse fidem.
Pectore maturo fuerat puer: integer ęuo:
Et magnũ magni cęsaris illud opus:
Dissidio velle[m]q; prius non omnia dici:
Inciditq; pudor quę prope dixit amor:
Sed manifestus erat: moriens quęrebat amare
Coniugis amplexus: oscula: verba: manus:
Si tamen hoc satis est vixi te cęsare amico
Et morior dixit: dũ morior q; satis.
Mollibus ex oculis aliquis procedet & humor
Cum dicar subita voce fuisse tibi.
Hoc tibi cõtingat iaceam tellure sub æqua:
Nec tamen hoc vltra me potuisse velim
Sed meminisse velim viuam sermonibus: illic
Semper ero semper si meminisse voles.
Et decet et certe viuã tibi semper amore:
Nec tibi quæ moritur desinit esse tuus:
Ipse ego quicq̃d ero cineres inter que fauillas:
Tunc ego non potero nõ memor esse tui.
Exemplũ vixi te propter molle beate
Vnus Mœcenas: teq; ego propter eram
Arbiter ipse sui voluit quod cõtingit esse:
Pectus eram vere pectoris ipse tui
Viue diu mi care senex: pete sidera sero:
Est opus hoc terris: te quoq; velle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis cæsare digni.
Sed tradant porro cæsaris vsq; genus.
Et tibi securo quod primũ liuia coniunx:
Expleat amissi munera rupta gener.
Cum decus in terris diuis insignis auitis:
Te venus in patrio collocet ipsa sinu.

p Augustã. Breuẽ i cęsarẽ. q. d. voluisse mori añ bella ciuilia. q Illud op⁹, fuerat em̃ nutrit⁹ a cęsare. r Dissidio. Quę fuit inter Augustũ Cassiũ & Brutũ. s Amor cogit me vlteri⁹ loq. t Mãifest⁹ moriẽs: determĩata erat ei mors. v Si tñ hoc satis. Mœcenas incipit alloq Augustũ. x Humor. lachryma. y Sub ęqua nõ ponderosa. z Potuisse vltra. i. iacere nõ desidero ĩ meliore tellure q̃ tu. a Erã pect⁹ pector̃. i. erã cor cordis tui. b Terris. ob comoditatẽ mortaliũ Cęsare. Hoc dic̃ ꝓpter Tyberiũ adoptatũ ab Augusto: & Germanicũ ab ĩpo Tyberio. Quin & drusũ tyberii fratrẽ. vt em̃ Sueto. tradit: ex Scribonia Iulia nata est ex liuia infans: q cõcept⁹ fuerat immatur⁹ fuit ędit⁹ Iulia Marcello Augusti iũxit: deinde Marco Agrippę: ex q̃ tres nepotes Caiũ et Titũ et Luciũ Agripinã et Iuliã nepies. d' qb⁹ late apd' Sueto. Tradãt: ꝑducãt et amplificẽt mũera ruptę. qa i ꝑtu fili⁹ obiicit primo sinu. i. in cęsaris sinu. i. faciet te deũ. c Te quoq; velle decet. i. diu viuere. d Cęsaris vsq; gen⁹: semp sint ex genere tuo. e Liuia coniunx. i. ꝑdidit quia liuię Drusilla fecit abortiuum ex Augusto.

P. Virg. Maronis. Vir bonus.

Vir bonus & sapiẽs: q̃lẽ vix repperit vllum:
Milib⁹ e cũctis hominũ consultus apollo.
Iudex ipse sui totũ se explorat ad vngue.
Quid ꝓceres: vaniq; leuis quid opinio vulgi:
Securus mũdi instar habens teres: atq; rotũdus
Externæ ne quid labis per leuia sidat.
Ille diem: quam longus erit sub sydere cancri.
Quãtaq; nox tropico se porrigit ĩ capricorno
Cogitat: & iusto trutinæ se examine pẽsat.
Ne quid hiet: ne q̃d conturbet & angulus æq̃s.
Partibus vt coeat: nil vt deliret amussis.
Sit solidũ quodcũq; subest: nec inania subtus
Iudicet: admotus digitis pellentibus ictus:
Non prius in dulcẽ declinat lumina somnũ:
Omnia quã longi reputauerit acta diei.
Quo præter gressus: quid gestũ in tpe: quid nõ
Cur isti facto decus absfuit: aut ratio illi:
Quid mihi præteritũ: cur hæc sentẽtia sedit:
Quã melius mutare fuit: miseratus egentem:
Cur aliquẽ fracta persensi mente dolorem:
Quid volui: q̃d nolle bonũ foret: vtile honesto
Cur malus antetuli: nũ dicto: aut deniq; vultu
Perstrictus quisq̃: cur mea natura magisq;
Disciplina trahit: sic dicta & facta per omnia:
Ingrediens: ortoq; a vespere cuncta reuoluẽs:
Offensus prauis: dat palmã & premia rectis.

Vir bon⁹: sermo de viro bono hic habet̃ q̃ Maro nr̃: nõ minus alios sapiẽtes q̃; se in nũero sapiẽtũ eẽ declarat: qui tã recte interꝑtat̃ hoiem bonũ & sapientẽ: & merito apollini cõparandus videt̃: qui Socratẽ sapientẽ solũ iudicauit. Iudex: qui iudicat seip̃m ad vnguẽ. id est ꝑfectionẽ: nã metaphora a marmorariis sumpta: qui vnguẽ sup marmora elaborata et plana facta ducũt. Quin & possumus deducere ab his qui magna diligẽtia & cõsideratione aliquid faciũt & in ip̃a re cogitãda vngues mordent. Persius. Nec demorsos sapit vngues. Securus: sapiẽs nõ quęrit quid faciãt ꝓceres & cęteri hoies. Rotũdus: ois res rotũda ꝑfectior eẽt. Leuia: polita & ornata. Ille sapiẽs Cancri: cãcer signũ cęleste: ad quod. xv. kalen. Iuli. sol accedit: ꝑ quod ęstatẽ designat. Capricorno: capricornus signũ cęleste ẽ coelo sacratũ ꝓpter memoriam Amalthęę caprę: quę iouẽ aluisse & lactasse ꝓd t̃: ad hoc signũ sol accedit. xv. kalen. Ianuarias. Tropicũ dicit̃ a tropi q̃ est conuersio. Eo. n. tẽpore sol se cõuertit & retrogradit̃ pẽsat se examie in medio spatio. Hiet: vltra aperiet: se coeat: vult vir sapiẽs q̃ vita sua sit ęqua ex oi parte. Amussis regl'a siue linea qua latomi aut fabri vtunt̃: sed late ꝑ omi ordie sumit̃. Delirare: a lira q̃ sulcũ significat cõponitur: & de ꝑpositiõe & errare: atq; etiã sulcũ & viã regulatã incedere notat. Subest: ois locus quẽ sapiẽs vult esse solidũ. Dec⁹ ornamentũ. Ratio: iudiciũ: placauit miserat⁹ si quẽ videt egentẽ. Cur aliquẽ: cur passus sum dolorẽ: nã cur ego potius ducor & vincor malignitate naturę q̃ doctrinę ꝑstãtia. Prauis rebus ledit̃ sapiens: bonis lętatur.



Publij Virgilij Maronis Ad Octauium Culex.

Lusimus Octaui graa
cili modulante thalia:
Atq; vt araneoli: tenuem formaui
mus orsum
Lusimus: hęc propter culicis sūt carmīa dicta:
Omnis vt historię p ludū consonet ordo:
Notitięq; ducū voces: licet inuidus adsit:
Quisquis erit culpare iocos: musamq; patus
Pondere vel culicis leuior: famaq; feretur.
Posterius grauiore sono tibi musa loquetur
Nostra: dabūt cū securos mihi tēpora fructus.
Vt tibi dignato poliantur carmina sensu:
Latonæ: magniq; decus iouis: aurea proles
Phœbus erit nostri princeps: & carmīs auctor:
Et recinente lyra fautor, siue educat illum

Domicij Chalderini Veronensis cōmentarii in Pub. Virgi. Maronis Culicem.

Pastor oues de more ad vmbrā compellēs ad fontē platanis. et aliis arboribus in vmbratam peruenit: hu[9] aquam serpēs bibere solit[9]: illuc puenit: pastorē q obdormierat repēte morsu īpeterē nitebat. Culex pastorē mordēs excitauit pastorē: culicē manu captā īteremit. & indignatus postea: q Culicē suę salutis causam interemerat: iterum obdormiuit: Culicem in quiete videt: ei omnem inferorum coram monstrantem excitatus deniq; somno ei sepulchrum miro instituit ornatu.

a Thalia musarū. Iouis & Memorię filias poetę tradunt: Alij Thetis Iouis ac terrę: ac cœli. Alii Homerum is esse asserit. Hesiodus noīa recenset: videlicet: Clio. Eutherpe: Thalia: Melpomene: Terpsicore. Erato: Polymnia: Vrania: Calliope: Diodorus: Harum nominibus proprietatem ponit propter gloriam: quę poetarum laudibus oritur ob voluptatem perceptam ab audientibus quoniā poetarū laus longo tempore viret a melodia. qua demulceant audiētes oblectatio ob doctrine bona. Q, docti ament homines Poetę imortalitas ob suauitatem gloriam: q, viros doctos ad cœlum tollat gloria. Q, cantus suauitate cęteras antecedens magis ab auditoribus extimentur.

b Phœbus erit. Phœbus & Diana Latonę & Iouis filii: Phœbum Lyram a Mercurio accepisse ait Higinius.

c Siue educat illum. Luna legi voluit: nō alma: vt hoc sit, q Diana prębuit se fieri obstetricem.

Alma chymęręo: xanthi perfusa liquore:
Seu [e] decus astrigeri: seu [f] qua parnasia rupes
Hinc atq; hinc patula prępādit cornua fronte:
Castaliꝗ; sonans liquido prelabitur vnda.
Quare pierij laticis decus: ite sorores
Naiades: & celebrate deū ludente chorea.
Et tu sancta pales: ad quā ventura recurrunt
Agrestum bona: secura sit cura canentis.
Aerios nemorū cultus syluasq; virentis:
Te cultrice vagos saltus feror inter & astra:
Et tu cui meritis oritur fiducia chartis
Octaui venerande meis allabere cœptis
Sancte puer: tibi nāq; canit non pagina bellū
[g] Phlegra giganteo: sparsa est q̄ sanguine tellus.
Nec [h] centaureos lapithas compellit in enses:
Vrit erichthonias oriēs non ignibus arces.
Nō [i] perfossus athos: nec magno vincula ponto
Iacta meo quęrent iam sera volumine famam.
Non [k] hellespontus pedibus pulsatus equorū:
Grætia cū timuit venientis vndiq; persas.
Mollia sed tenui pede currere carmina versu
Viribus apta suis (phœbo duce) ludere gaudet
Hoc tibi sancte puer memorabilis: & tibi certet
Gloria perpetuū lucens mansueta per ęuum.
Et tibi sede pia maneat locus: & tibi sospes
Debita fœlices memoretur vita per annos.
Grata bonis liceat: sed nos ad cœpta feramur.
Igneus ęthereas iam sol penetrarat in arces:
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru:
Crinibus & roseis tenebras aurora fugabat.
Propulit e stabulis ad pabula lęta capellas
Pastor: & excelsi montis iuga sūma petiuit.
Lurida qua patulos velabant gramina colles:

d Alma chymęręo: nō ꝓcul a Tharmileso monte Lycie est cōuallis quędā noīe Chymera a littore porrecta ī mediterraneą. Hic finxerūt de monstro Chymera: quod occidit belleraphon. Fabula tamē est xantus flumen quē priores xirbin vocabant: ad decē stadia lembis nauiganti est latonę templū: vltra quod sexaginta stadia est xāthus, inter lytias vrbes maximā olim latonā cū filiis deuenisse. & vt sitim sedaret consedisse ꝓpe paruū lacū: qui & sub Chymera est. Est & chymera lycię mons qui flāmas vomit, ab eo labit̄ Xantus: qui descendit in phrygiā. in radice montis spaciosum facit lacū: ad quē ꝑuenit Latona cū filiis estiuo tēpore, vt sitim sedaret. Rustici id ęgreferentes lacū intrantes turbauerūt aquā: qui statim demutati sunt in ranas.
e Seu decus astrigeri. Id est Iuppiter qui educauit bacchū Nā liber pater: & apollo, idē est: vt ipe ait: in Georg. Liber & alma ceres. de sole & luna. f Seu qua ꝑnasia rupes. In parnaso Boetii monte est vasta rupes. Hęc vel numinis maiestate vel situ honorē vi sentibus generat. Vnde fere ꝑceps in forma theatri recessus quo sonitꝰ vocesq; multiplices audiunt̄. Hic est apollinis Delphici templum: hic fons Castalius musis dicatus. Has oras pieres natio threitia habitauere: vñ pierius fons & pierides musę: nec Ouidio assentiamus. qui dixit hoc nomē a filiabus pieri cū eis certātibus: & deuictis in picas mutatis musas accepisse.
g Phlegra gigātheo. Phlegra sylua & vallis est in Thessalia: vbi omnes gigātes cōtra Iouē pugnauerūt. & fulminati a Ioue occisi sunt: cuiꝰ in fidē faces saxaq; adhuc ibi cernūt̄. Solinꝰ mēinit. Alia phlęgra ē in Italia nō longe a Comis. h Nō centaureos lapithas. Lapithꝰ apollis et Scilbię penei filius circa pęneū fluuiū Thessalię imꝑauit: a quo illi populi lapithe appellati sūt: hic ex Cirione Phoribantē: & periphantē liberos suscepit. Periphaes ex astigia octo liberos genuit: natu maior Antion ex Ayclace Ixionē ꝓcreauit. Et cū ꝑiecisset socerū in ardentē foueā a Ioue purgatus est: tandē ausus interpellare Iunonē de stupro: interposita a Ioue in forma Iunonis nube: ex ea centauros ꝓcreauit. Hos ferūt tanq̄ pirihoi cognatos: ab eo regni paterni partē pecisse Quod renuēti bellū a centauris illatū est. quo sedato cū pirithous Hyppodamiā despondisset: Theseo ad nuptias ac Centauris vocatis. in humo ebrii fęmis que in nuptiis erant stuprū inferre voluere: qua iniuria ꝑmotus Theseus & Lapithę mistis centauris ꝑemptis reliquos ex ciuitate expulerunt: hāc ob causam centauri vna aduersus Lapitas ꝓfecti plures interfecere. Qui cędi supfuere partim ī pholoen Arcadię ꝓfecti sunt: partim in Malea habitauerunt.
i Perfossus athos. Xerxes persarū rex bellū cōtra grecos: & presertim Athenienses gessit. Cūq; persica classis ad Eleuntē Cheronesi statione haberet: ne per desidiā torpesceret iussu regis montē Athon perfodere cœpit: adiunātibus & æthol' ꝑpositi opi fueri Artaches artachis filiꝰ: & Bubares Megateri filius: est mons Athos ingens ad mare pertingit desinens in penisulę effigiem cū istmo duodecim stadiorū: in quo ē vrbs sana nomie fossa fiebat iuxta sanā retro limitem: latitudinē fossę duę triremes implebāt. strymon flu: cuiꝰ hostia ꝓpe sunt pontibus iūctus fuit. k Nō Hellespontus Hero. libro. Viii. Pons in Hellesponto abidonusq; & Seston. vii. stadii spacio factus tempestate primū delapsus est mare indignatus. xerxes iussit Hellespontū trecētis verberibus ꝑcuti: & facti compedes mea stigmata: et colaphos incuti cū barbara execratione: quasi disiecta pontis pęnas daret: operis pręposits caput pręscidit: aduocati alii triremes biremes & triremes simul. ccclx. versus enxiuum pontum ab altero latere. cccxiiii. ponto transuersas hęc anchoris vastissimis tenebantur: relicto spatio inter ordinem nauigiorum: vt esset transitus nanibus in pontum continēti machinamenta lignea annexa fuere: funibus lino & scyrpo supiniectę: postea trabes fuere: super quas imposuere arenam facto, hinc inde aggere ne aspectu maris animalia transeuntia terrerentur: octo dies consumpsere transeundo. l Assyrio co. Babilon assyrię diuerso colore itexuit sed alea Attalus intexere inuenit vnde attalicum: & attalicę vestes & babilonicę.

Iam syluis dumisq; vagę iā vallibus abdunt
Corpora: iāq; omni celeres e parte vagantes.
Tondebant tenero viridātia gramina morsu.
Hæc filicis lentæ: vel quæ noua nascit alnus.
H[illegible] teneras fruticū sentes rimantur: at illa
Imminet in riui præstantis imaginis vndam.
O bona pastoris: si quis nō pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat: & probet illis
Omnia luxurię precijs icognita curis.
Quæ lacerant auidas inimico pectore mētes:
Si non assyrio [l] fuerint [m] bis lauta colore.
Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
Sub laqueare [n] domos animū nō angit auarum:
Picturæq; decus lapidū: nec fulgor in vlla
Cognitus vtilitate manet: nec [o] pocula gratum:
Alconis referent [p] boeticq; [q] toreuma: nec indi
[r] Conchea bacca maris pcio est a pectore puro.
Sæpe sup tenero pro sternit gramie corpus.
Florida cū tellus gēmātis picta per herbas.
Vere notat dulci distincta coloribus arua.
Atq; illū calamo lætū retinente palustri:
Otiaq;: inuidia degentē: ac fraude remota:
Pollentēq; sibi viridi cum palmite lucens.
Tmolia pampineo subter coma velat amictu.
Illi sunt gratę rorantes lactę capellę:
Et ven⁹: & fæcunda pales: & vallibus imis.
Semper opaca nouis manātia fontibus antra!
Quis magis optato queat esse beatior ęuo:
Quā qui mēte procul puras: sensuq; probādo:
Nō auidas agnouit opes: nec tristia bella:
Nec funesta timet validę certamina classis:
Nec spolijs dū sancta deū fulgentibus ornet
Tēpla: nec euectus finē transcēdit habendi.
Aduersum sęuis vltro caput hostibus offert.
Illi [s] falce deus colitur non arte politus.
Ille [t] colit lucos: illi panchaica thura.
Floribus agrestes herbę variantibus adsunt.
Illi dulcis adest requies: & pura voluptas.
Libera simplicibus curis huic iminet. omnis
Dirigit hunc sensus hæc cura est subdita cordi.
Qualibet vt requie victus contēptor abundet.
Iocundoq; locet languentia corpora somno.
O [v] pecus o panes & o gratissima tempe
Fontis [x] amadryadū: quarū nō diuite cultu.
Aemulus [y] ascreo pastor sibi quisq; poeta
Securā placido traducit pectore vitam.
Talibus in studijs baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas: & dum nō arte canora:
Compacta solidū modulatur harūdine carmē:
Tendit & euectus [z] radios hyperionis ardor:
Lucidaq; æthereo ponit discrimina mundo:

m Bis lauta.i. in colore pluries in mersa. de eis Tibullus. Sola puellarū digna est cui mollia chartis. vellera det succis bis madefacta tyros. n Domos. gtō casu positum est. Nā Sueto. auctoritate Octauiaj August⁹. solit⁹ est pnūciare domos p domus in gtō casu: & senius p senuus: & p stulto batediū: & p pullo pulelatium. Virgi. vt Octauio gratificaretur eodē modo casum primū pnunciauit.
d Delos. Inſula in ęgęo mari. dicta quaſi dila. id eſt manifeſta Apollinis reſponſa prębērentur.
e Securi regis. Saturni.
f Secretos omnes. Quia tacite fluit oleū: & matrē intellige Medęam.
g Auerſum dic. Tangit fabulam Atrei & Thieſtis.
h Sparſum in ſemine. Tangit Cadmū qui dentes ſeminauit draconis. Vnde nati ſunt homines armati. Poſſet etiā intelligi de Iaſone.
i Quis non periurę. Tangit Theſęa qui Phedrā ſororem Ariadnes elegit in vxorem. Licet ipſi Ariadne iureiurādo ſe eam in vxorem ducturum promiſiſſet.
k Minoida. Filiam Minois Ariadnem.
l Principio. In narrationis huius pricipio dicit ſe neq; exſequutum poetica figmenta: ſed tantū res phyſicas: ac cauſas veras igniū ſpirātiū ex ęthna ❡ Reſonare cauern. In receſſu: & remotione ęthnę ſubterranei ſunt meatus ad Ieram vſq; inſulam. vbi Vulcanus cum alijs ſuis fabris fulmīa fabricare dicitur. Hinc ictibus loca omnia reſonant. Vnde Virgilius: Inſula Sycanium iuxta latus ęolianq; erigitur Lyparen fumantibus ardua ſaxis. Quam ſubter ſpecus & Cyclopum exeſa caminis antra ęthnęa tonant: validiq; incudibus ictus.
m Sine pignore. id eſt ratione.
n Proxima. id eſt tertia.
o Phlegręi campi. Phlegręi ideo dicti: quia ibi ſtāt in copia maximi ignis.
p His natura. Secundū multos auctores loquor qui dicunt gigantes pedes habuiſſe ſerpentinos.
q Sinuat. Curuat.
r Coaceruatas. id eſt accumulatas.

Prçceps cũ castris agit̃: materq; iacentis.
Impellens victos:tũ pax est reddita mundo:
Tum liber celsa venit per sydera coeli.
Defensiq; decus mũdi nũc redditur astri
Gurgite trinacrio moriẽtẽ Iuppiter æthna.
Obruit enceladũ: vasti quoq; pondere montis
Aestuat: & petulans expirat faucibus ignes.
Hæc est mendosç vulgata licẽtia famæ.
Vatibus ingeniũ est: hanc auget nobile carmẽ.
Plurima pars scçnæ est rerũ fallatia vates.
Sub terris nigros viderũt carmina manes.
Atq; inter cineres ditis pallentia regna.
Mentiti vates stygias vndasq; canentes.
Hi tytion septẽ strauere in iuggera foedum.
Sollicitant magna te circũ tantale poena:
Sollicitantq; siti:minos:tuaq; æace in vmbris
Iura canunt:idemq; rotant Ixionis orbem.
Quicquid & interius falsi sibi conscia terra.
Nõ est terra satis:speculantur numia diuum:
Nec metuunt oculos alieno admittere coelo.
Norũt bella deum: norunt abscondita nobis
Coniugia:& falsa quotiens sub imagine peccẽt
Taurus in Europẽ:in ledam candidus ales:
Iuppiter vt danæ preciosus fluxerit imber.
Debita carminibus libertas ista: sed omnis
In vero mihi cura :canam quo feruida motu
Aestuat æthna:nouosq; rapax sibi cõgregat ig
Quacũq; imẽsus se terrç porrigit orbis: (nes.
Extremiq; maris curuis agitat̃ ab vndis.
Nõ totũ in solidũ desit: nãq; omnis hiatu.
Secta est oĩs hum⁹:penitusq; cauata latebris.
Exiles suspensa vias: igiturq; animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ.
At vitam sanguisq; omnis qua cõmeat idem
Terra voraginibus conceptas:digerit auras.
Scilicet haud olim diuiso corpore mundi.
In maria:ac terras: & sidera sors data coelo.
Prima secuta maris: deseditq; infima tellus.
Sed totis rimosa cauis: & qualis aceruis
Exeat imparibus iactis ex tempore saxis.
Vt crebro introrsus spacio vacuata corymbos.
Pendeat in sese: simili quoq; terra figura
Intenues laxata vias: nõ omnis in arctum:
Nec stipata coit: siue illi causa vetusta est:
Nec nata est facies: seu liber spiritus intra
Effugiens molitur iter:sed lympha perhenni
Edit humũ limo:furtũq; obstantia molis.
Haud etiam inclusi solidũ videre vapores:
Atq; igni quæsita via est: siue omnia certis
Pugnauere locis:non est hic causa dolendi.
Dum stet opus causæ: quis eñ nõ viderit illud
Esse sinus:penitus tantos emergere fontes.
Cum videt: ac torrens imo se mergere hiatu.
Non ille ex tenui:vocemq; agat:acta necesse est:
Coufluit errantes arcessant vndiq; ab vndis:
Et trahat ex pleno quod fontẽ cõtrahat amne.
Flumina quin etiam latis currentia riuis.
Occasus habuere suos: aut illa vorago
Direpta in preceps fatali condidit ore:
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis:
Atq; inopinatos referunt procul edita cursus.
Quod si diuersos emittat terra canales.
Hospiciũ fluuium: aut semita nulla profecto
Fontibus:& riuis cõstet via:pigraq; tellus.
Conserta in solidũ segnis sub pondere cesset.
Quod si prçcipiti conduntur flumina terris.
Condita si redeũt si qua eant incõdita surgũt.

s Mater. id est terra:quia dicuntur filii terrç gigantes.
t Sub terris. Audent Poetç ex scientia non solũ rerum humanum verum etiam diuinarum. v Carmina. Ponit pro ipsis poetis. x Mẽtiri. Quia non habent rem manifestam. y Hi tytion. Tytius titani & Elare fili⁹ Latone vim inferre voluit. Licet Virgil. Terrç filiũ necnõ ab ea nutritum. Nec nõ & Tytium terrç omnipotentis alumnũ:tãtç enim magnitudinis fuit :vt vix eum nouẽ iugera agri caperẽt ¶ Foedũ. Lasciuũ. z Sollicitãt magna. Quia habet aquas & poma:nec tamen esuriens contingere potest. damnatus eñ ad inferos: quia deorum sacra reuelarat Ouidi. Querit aquas in aquis:& poma fugatia carpit. Tantalus :hoc illi garrula lingua dedit: & hoc in libro sine titulo. Alibi tamẽ ꝓpter Pelopẽ filiũ inter epulas deorũ appositũ ad hmõi poenas damnatũ legi⁹ ¶ Sollicitãt q̃ siũt.
a Minos. Aeacus & Rhadamãtus ꝑ Poetas iudices inferorũ dicũtur. b Ideq; rotant. Ixion Iouis scriba ac vn⁹ ex centauris:qui cũ Iunonis cõcubitu se iactaret:a Ioue fulminatus & ad inferos damnatus voluit rota: vnde Tibullus. Illic Iunonẽ tentare Ixionis ausi versantur celeri noxia mẽbra rota. Alter Ixion legit̃ apud Porphyrionẽ qui socerum suũ ꝑdidit facta ignis fouea:vt non solũ dotẽ verum cũcta ipsi⁹ possideret Hor. Taurũ in Europẽ: id est Iuppiter mutatus in Taurum.
c In ledam candidus. Quoniã m[illegible] fuit in cygnũ mutatus. venit in Danaem Acrisy filiam:in pluuiã aurum.
d Corymbos Corymb⁹ hederç habet racemos inçquales sicut terra quç est inequalis.
e Edit. Consumit. deuorat.
f Obstantia molis . molem obstantem.
g Vapores. Ventorũ furores.
h Omnia. Elementa.
i Sinus. Curuitates.
k Teuni. Ex re minima:
l Confluit. Confluuia in aquas fluentes.
m Occasus. Fines suos.
n Pigra. Decisa.
o Cesset. Det locum.

Haud mirũ: clausis etiam si libera ventis
Spiramenta latent: certis tibi pignora rebus:
Atq3 oculis hesura vias dabit ordine tellus.
Immensum plerũq3 sinus: & iuggera pessum
Intercœpta leget: densq3 abscondita nocti
Prospectare procul chaos ac sine fine ruinæ:
Cernis & in syluis spatioq3 cubilia retro:
Antraq3 demissis pedibus fodisse latebris.
Incõperta via est operũ: tantũ influit intra:
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modo subtiles animo duce percipe curas.
Occultamq3 fidem manifestis abstrue[p] rebus.
Nam quo liberior: q̃ q3 est animosior ignis
Semper: et inclusus nec euectus sæuior[q] ira est:
Sub terra: penitusq3 mouẽt hæc p̃l'a necesse est
Vincla magis soluãt: mag3 hoc obstãtia pellãt.
Nec tamẽ in rigidos exit contenta canales.
Visa niuẽ flãma auertit: qua proxima cædunt.
Obliquũq3 secat qua visa teterrima causa est.
Hic[r] tibi terra tremor motu: hic tibi dẽsus hiatu
Spiritus exagitat venas: cessantiaq3 vrget.
Quod si spissa[s] foret solidoq3 instaret in ani.
Nulla daret miranda sui spectacula tellus:
Pigraq3: & in pondus confestim mobilis esset.
Sed sũmis si forte putas concredere causis.
Tantũ opus: & sũmis alimentũ viribus oris.
Quæ valida i p̃mpto cernis validosq3 recessus.
Fallere sed nondũ tibi lumĩe certaq3 recto.
Nanq3 illuc quocũq3 vacat specus oĩs hiatũ:
Et res introitu soluũt: aidtuq3 patenti.
Conuersæ languent vires: animosq3 remittũt:
Quippe vbi cõtineat ventos: q̃ queq3 morãtis
In uacuo desint: cessat: tantũq3 profundi.
Explicat errãtes: & in ipso limine tardant.
Angustis opus est turbare in faucibus illos:
Feruet opus: dẽsiq3 premũt: premiturq3 ruina.
Hinc furtim boreę atq3 noto nũc vn⁹ vterq3 est.
Hinc vẽti rabies: hinc sæuo quassat hiatu.
Fundamẽta solo trepidant: vrbesq3 caducę.
Inde neq3 est aliud (si fas est credere) mũdo
Venturã antiquam[t] faciẽ: veracius omen:
Hæ primo species iterũ naturaq3 terræ.
Introrsus cessante solo trahit vndiq3 venas.
Aethna[v] sui manifesta fides: & proxima vero est
Non illic duce[x] me occultas scrutabere causas.
Occurrerent oculis ipsæ: cogentq3 fateri.
Plurima nãq3 patent illi miracula monti.
Hic vasti[y] terrent adytus: mergũtq3[z] profundo:
Porrigit hic artus: penitusq3 q̃uod exigit[a] vltra:
Hinc spissæ[b] rupes obstant: discordiaq3[c] ingens:
Inter opus nectunt varios: mediũq3 coercent.
Pars igni domitæ[d]: pars ignes ferre coactæ.
Vt maior species ethnæ succurrat inanis.
Hęc illis sedes: tantarũq3 area rerum est.
Nunc opus artificẽ incendit causasq3 reposcit:
Non illos parui aut tenuis discriminis ignes.
Mille sub exiguo ponã tibi tempore veras
Res: oculiq3 docent certas res credere cogunt[e]:
Quin etiam tactu moneãt contingere toto.
Si liceat, p̃hibent flãmæ: custodiaq3 ignis.
Illi operũ est: arcent[f] aditu: diuinaq3 rerum.
Vt maior species æthnę succurrat inanis.
Cura sine arbitrio est: eadem p̃cul oĩa cernis:
Nec tamẽ est dubiũ penit⁹ quin torq̃at æthna:
Aut quis mirandus tantę faber imperet arti.
Pellitur exustæ glomeratus nymbus[g] harenæ:
Flagrantes properant moles: voluũtur ab imo:
Fundamenta fragor tota nunc rumpit æthna.
Nunc fusca pallent incendia mixta ruina.
Ipse procul magnos miratur Iuppiter ignes:
Ne ve sepulta[h] noui surgant in bella gigantes.
Neu ditem[i] pudeat regni: neu tartara cœlo
Vertat in occulto: tantũ premit omnia dextra[k].
Congeries operis saxorum: & putris harena:
Quæ nec sponte sua faciunt: nec corporis vlli.
Sustẽtata cadũt robustis virib⁹ oẽs
Exigitur[l]: vertit vasa[m] concaua vertice sæuo.

p Abstrue. absconde.
q Sęuior. Sub terra maiorem si qua obstantia ipsi ignes obstant: & impellunt.
r Hinc. Ex hac causa, id est igne: & vẽtis fiũt terrę mot⁹.
s Spissa. Si non haberet illas concauitates.
t Antiquam faciem. In chaos antiquum.
v Aethna sui manifesta fides. Aethna est fides. Aethna enim facit testimonium quod est verisimile.
x Duce me. Non potero te edocere si volueris p̃scrutari.
y Vasti. Cupit exponere miracula montis ęthnę ac dicit terribiles cauernarum introitus mari mersos esse.
z Mergunt. Exeunt.
a Exigit. Vltra se extendit.
b Spisse. Dure & frequentes.
c Discordia. Quoniam non permittunt rupes vltra extẽdi ignes.
d Domitę. Pars Aethnę ardet: pars cõsũpta est incẽdio:
e Cogunt. quia quę videmus oculis cogimur credere.
f Arcent. Ab introitu.
g Nimbus. Multitudo imo fundo ęthnę.
h Sepulta. Quieta Encheladus caput suũ sepultũ habet sub ęthna. i Ditẽ. Plutonẽ. Nã si apiret ęthna viderẽt tartara. k Dextra. Potẽtia. l Exigit. Cogit emittere.
m Vasa. Appellat vasa illa saxa punicea q̃ sũt cõcaua.

In densum cogesta rotant: voluūtq; ꝓfundo.
n Voluunt.rotant.
Nec causa expectata ruunt incendia montis.
Spiritus inflati nomen languentibus aer.
Nā prope natura par est violentia semper.
o Par.qui semper.

Ingeniū velox illi: mo tusq; perennis.
Verū opus auxilio. interpellat corpore null⁹
Impet⁹ est ipsi: qua spiritus imperat: audit.
Nūc ꝑrīceps magn⁹ q; sub ħ duce militat ignis
Huic quoniā in ꝓmptu est operi natura: solicq;.
Vna ipsi venti quæ res incendia pascit.
Cum subito cohibetur inest que causa silenti
Subsequar: immēsus labor est sed fertilis idem.
Digna laboranti respondet præmia curis.
Non oculis solum pecudum miranda fuere
Mora: nec effusis ī humū graue pascere corp⁹.
Nosse fidē rebus dubiasq; exquirere causas.
Sacra ꝑ vrgentē: capitiq; attollere cœlū.
Scire q̄t: & quæ sint: cur magno talia mūdo.
Principia occasus metuūt ad sæcula pergunt.
Et firma ęterno religata est machina mundo.
Solis scire modū: & q̄nto mior orbita lunę est.
Cur illi breuior? cur isti peruolet orbis?
Annu⁹ ille monet quæ certo sydera currant.
Ordine quæq; suo careant incondita cura.
Scirę vices etiā signorū: & tradita iura.
Nubila cur cœlo terræ denunciet hymbres.
Quo rubeat phoebe: q̄ frater palleat igni.
Tempora cur variant anni: primaq; iuuenta
Ver ęstate præit: cur æstas ipsa senescit.
Autūnoq; obrepit hyems: & in orbe cucurrit
Axem scire helices: & tristē nosse cometem.
Lucifer vnde micet: qua ve hesper⁹: vñ boetes.
Saturni cur stella tenax: cur martia pugnax.
Quo rapiant nautæ? quo sydere lintea tendant
Scire vias maris? & cœli prædicere cursus.
Quo volet orion? quo sœu⁹ incubet index?
Et quæcūq; iacent tanto miracula mundo.
Non digesta pati nec aceruo condita rerum.
Sed manifesta notis certa disponere sede.
Singula diuini est animi: ac iucūda voluptas.
Sed prior hęc homini cura est cognoscere terrā:
Et quæ nūc miranda tulit natura notare.
Hæc nobis magna affinis cęlestibus astris.
Nā q̄ mortalis spe est: quæ amentia maior:
In Iouis errantem regno perquirere velle?
Tantū opus ante pedes transire: & ꝑdere segnes.
Torq̄mur miseri ī paruis premimurq; labētes.
Dū sese precio redimant: verūq; professa est.
Tū demū viles taceant: in opesq; relictæ.

Noctes atq; dies festinant arua coloni.
Callēt rure manus glebarū expellimur vsu:
Fertilis hęc segetiq;: feratior altera viti.
Hęc platanis hum⁹: hęc herbis dignissima tell⁹.
Hæc dici melior pecori: syluisq; fidelis.
Aridiora tenent oleę: succesior vlmis.
Grata leues cruciant animos: & corpora causę:
Horrea vti saturent: tumeāt & dolia musto:
Plenaq; desecto surgant fœnilia campo.
Sic auidi semper qua visū est carius istis.
Implend⁹ sibi quisq; bonis est artibus: illis
Sūt animi fruges: hæc rerū maxima merces.
Scire quid occulto naturę terra coercet.
Nullū fallere opus: nō multos cernere sacros
Aethnei montis fremit⁹: animiq; furentis.
Non subito pallere sono: non credere: subter
Scrutamur rimas: euertim⁹ omne profundū.
Quęrit̄ argenti semen. nūc aurea vena.
Torquent̄ flamma terræ: ferroq; domant̄.
Cęlesti migrasse minas ad tartara mūdi.
Nosse quid impediat ventos: q̄d nutriet ignes:
Vnde repente q̄es: & m̄lto fœdere pax sit.
Concrescūt animi penit⁹: seu forte cauernæ
Introitusq; ipsi seruent: seu terra minutis
Rara foraminib⁹: ne ve in sese abstrahat auras?
Pleni⁹ hæc etiam rigido qua vertice surgit.
Illinc infest⁹: atq; hinc obnoxi⁹ int⁹.
Vndiq; diuersas admittere cogitat auras.
Et coniuratis addit concordia vires.
Siue introrsus agūt nubes: & nubib⁹ auster.
Seu forsan flexere caput tergoq; ferunt̄.
Præcipites delecta sono premit vna fugato:
Torrentesq; auras: pulsataq; corpora densat.
Nam veluti sonitura diu tritone canoro.
Pellit opes collect⁹ aquæ victusq; mouere
Spirit⁹: & longas emugit buccina voces.
Carmineq; irriguo magni cortyna theatri:
Imparib⁹ nūerosa modis canit arte regentis.
Que tenuē impellēs animā subremigat: vndā
Haud aliter sūmota furens torrentib⁹ aura.
Pugnat in angusto: & magnū: & cōmurmurat
Credēdū est etiā vētorū existere causas (ęthna.
Sub terris similes harū q̄s cernim⁹ extra.
Vt condensa crement inter se corpora turba.
Elisa in vacuū fugiant. & proxima secū.
Nomina tota trahūt: tutaq; in sede resistūt.
Quod si forte mihi q̄dam discordia tecū est.
Principijs q; ab his credas consurgere ventos.
Non dubiū rupes aliquas: penitusq; cauernas
Prouehere in genti sonitu: causuq; ꝓpinquas
Diffugere: impelliq; aīas: hinc cernere ventos.
Aut hūore etiā nebulas effundere largo.
Aut campis agrisq; solent: quos obruit amnis.

Vallibus exoriens caligat nubilus aer:
Flumia parua ferũt auras vix ꝓxima ventõ est.
Eminus aspirat fortis: & verberat humor.
Atq; hoc in vacuos si tanta potentia rerũ est.
Hoc plura efficiunt: introclusiq; necesse est.
His agitur causis extra: penitusq; coactis.
Exagitant ventos: pugnãt in faucibus ante.
Pugnantes suffocãt: & int⁹ velut vnda ꝓfundo
Terq; q̃terq; exusta graues vbi perbibit euros.
Ingeminat fluctus: & primos vltimus vrget.
Haud secus astrictus certamie tangit ictu
Spiritus: inuoluensq; suo sibi pondere vires:
Densa per ardentes exercent corpora neruos:
Et quacũq; iter est ꝓperat: transitq; morantem.
Donec confluuio reuoluens æstibus amnis
Exilit: atq; furens tota vomit igneus æthna.
Quod si forte putas iisdem decurrere ventos
Faucibus: atq; iisdẽ pulsus remeare notandas
Res oculis locus ipse dabit: cogetq; negare.
Quauis ceruleo siccus sic frigeat æther:
Purpureoq; rubens surgat iubar aure⁹ ostro:
Illinc obscura semper caligine nubes.
Pigraq; defuso circũstrepat humida vultu:
Prospectat sublimis opus: vastosq; recessus.
Non illã videt æthna: nec vllo intercipit æstu.
Obsequit̃ quacũq; iubet leuis aura: reditq;
Placantes etiam celestia numina thure.
Sũmo cerne iugo: vel qua liberrimus æthna.
Improspectus hiat tantarũ semina rerũ.
Si nihil irritet flãmas: stupeatq; ꝓfundũ.
Huic igit̃ credis torrens: vt spiritus illi
Qui rupes terrãq; vorat: qui fulminat ignes:
Cur exit vires: & præceps flexit habenas.
Præsertim ipa suo decliuia pondere nunq;:
Corpora diripiant: varioq; absolueret arcu.
Quod nisi fallor adest species: tantusq; ruinis.
Impetus attentos oculorũ transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igit̃ ferit aura: mouetq;:
Sparsa liquore man⁹ sacros vbi ventilat ignes.
Verberat ore tamẽ pulsataq; corpora nostra
Incursant: adeo tenuis vim causa repellit.
Nõ cinerẽ stipulã ve leuẽ: nõ arida sorbet
Grãmia: nõ tenuis plantis humor exit eisdem:
Surgit adoratis sublimis fum⁹ ab aris.
Tanta quies illi est: & pax innoxia rapti:
Siue peregrinis agit̃ ꝓpriisq; potentis.
Coniurant animæ causis ille impetus ignis:
Et montis partes atras subuertit harena:
Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris.
Ardentesq; simul flãmas ac flamia rumpũt.
Haud aliter q̃ cũ prono iacuere sub austro:
Aut aquilone fremũt sylue dãt brachia nodo.
Implicite: hę serpũt iunctis incendia ramis:
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi.
Exhaustos cessare synus: dare tẽpora rursus
Vt rapiunt vires: repetantq; in prælia victi:
Pelle nefas animo: mendacẽq; exue famam.
Non est diuitiis iam sordida rebus egestas.
Nec paruo mendicat opes: nec cõgregat auras:
Præsto sunt opere ventorũ examina semper.
Causa latet quærunt pariter: cogũtq; morari:
Sæpe premit fauces magnis exhausta ruinis
Congeries: clauditq; vias luctamine ab vno.
Et scisso veluti tecto sub pondere præsto est.
Haud secus ac teneros cũ succĩ frigida monti
Desidiam: tutoq; licet discedere montes.
Post vbi continuere moram: velotius vrgent:
Pellunt oppositas moles: ac vincula rumpunt.
Quicquid ĩ obliquũ est frangũt: iter acrior ictu:
Impet⁹ exoritur: magnis operata rapinis
Flãma micat: latosq; ruẽs exundat in agros:
Si cessant a iure ferunt spectacula venti.
Nũc superant quæcũq; regũt incendia sylue.
Quæ flãmis alimẽta nocẽt: quid nutriet ęthna?
Incendi poterũt illis vernacula clausis.
Materia oppositũq; igni gen⁹ vtile terrent.
Vrit̃ assidue calid⁹ nũc sulphuris humor.
Nunc spissus crebro præbet̃ vimine succus:
Pingue bitumẽ adest: & quicq̃d comin⁹ attas
Irritat flãmas illius corporis æthna est.
Atq; hanc materiã penitus discurrere fontes.
Infectę erumpunt & aquæ radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta iacet: q̃ corpa dura est.
Ac lapis: in pingui feruent incendia succo.
Quin etiam variæ quædã sint vimine saxa:
Toto monte liquant: illis custodia flãmæ
Vera tenaxq; data est: sed maxia q̃ppę molaris
Illius incendi lapidis sic vindicat æthnam.
Quem si forte manu teneas: & robore cernas:
Nec seruare putes ignem nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quæras: respondet & ictu.
Scintillat color: hũc multis circũdare flãmis:
Et potes extorquere animos: atq; exue robur:
Fundetur ferro citius: nam mobilis illi.
Et metuens natura mali est vbi cogitur igni.
Sed simul atq; hausit flãmas: nõ tutior hausti.
Vlla domus seruans aciem duramq; tenaci.
Septa fides tutum est illi pacientia victo.
Vix vnq; redit in vires: atq; euomit ignem.
Totus enim denso stipatur robore tarda.
Per tenues admissa vias incendia nutrit.
Contanterq; eadẽ: & pigre accepta remittit.
Nec tamẽ hoc vno quod mõtis plurima ps est
Vincit: & incendi causam tenet illa profecto.

Miranda est lapidū viuax: animosaq; virtus.
Cætera materies quæcūq; est fertilis igni.
Vt semel accensa est moritur nec restat in illa.
Quod repetas tātū cinis: & sine semīe terra est.
Sic semel atq; iterū patiēs: ac mille p haustis.
Ignibus instaurat vires: nec desinit ante
Quā leuis excocto defecit robore pumex.
In cinerē putresq; iacet delapsus harenas.
Cerne locis etiam similes arsisse cauernas.
Illic materiæ nascentis copia maior.
Sed genus hoc lapidis certissima signa colorū.
Quod nullarū adiūxit opes: & languit ignis.
Dicit insidijs flagrās æthnaria quōdā.
Nunc extincta sup: tectisq; neapolim inter
Et cumas loc⁹ at multis iam frigidus annis.
Quāuis æternū pinguescat ab vbere sulphur
In mercē legitur tanto est fœcundius æthna.
Insula cui nomē facies dedit ipsa rotunda.
Sulphur eēm solū nec obesa cacumīe terra est.
Et lapis accretus retegendis ignibus aptus.
Sed raro fumat: qui vix succendit ardet.
In breue mortales flāmas quod copia nutrit.
Insula durata vulcani nomine sacra.
Pars tamen incendi maior reffrixit: & alto
Iactatas recipit classes: portuq; tuetur.
Quæ restat minor est & diues vbere terra est.
Sed nō æthenis vires quæ conferat illi.
Atq; hæc ipsa tamē iā quondā extincta fuisset.
Ni furtim generet secretis callibus humor
Materiam syluāq; suam pressoq; canali.
Huc illuc ageret ventos: & pasceret ignes.
Sed melius res ipsa nota est spectataq; veris.
Occurrit signis: nec tentat fallere pestem.
Nam circa latera atq; imis radicibus æthnæ.
Candentes efflant lapides disiectaq; saxa.
Intereunt venis: manifesto vt credere possis
Pabula: & ardendi causam lapidē esse molarē.
Cuius defectus ieiunus colligit ignis.
Ille vbi collegit flāmas iacet: & simul ictu
Materiā accendit: cogitq; liquescere secum.
Haud equidē mirū factū quod cernim⁹ extra
Si lenitur opus restat magis: vritur illic.
Sollicitaq; magis vicina incendia saxū.
Certaq; venturæ præmittit pignora flāmæ.
Nā sil⁹ atq; mouet curis turbāq; minuis
Diffugit: exemploq; solū trahit ictaq; ramis:
Et graue sub t'ra murmur demōstrat: & ignes.
Tum pauidū fugere: & sacris credere rebus.
Parere: & tuto speculaberis omnia colli.
Nam subito efferuent onerosa incendia raptis
Accensę subeunt moles: truncęq; ruinę.
Et voluunt: atq; atra sonant examina harenę.

Nec recipit flāmas mons hic defessus anhelat:
Atq; aperit se hostis: decrescit spiritus illic.
Haud aliter q; cum læto deuicta trophęo.
Prona iacet campis acies: & castra sub ipsa:
Tum si quis lapidū sūmo p tabuit igni.
Asperior sabaris[p]: & quędā sordida fax est.
p Sabaros vehemens dicitur. vnde sabaris vehementib⁹ ignibus.
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verū vbi paulatim exiluit sublata caduci.
Congeries saxi angusto e vertice surgunt.
Sic veluti in fornace lapis torretur: & omnis
Exuitur penitus venis subit altius humor.
Amissis[q] opibus leuis sine pondere pumex:
q Amissis opibus. Succo.
Excutitur liquor ille magis seruare magisq;
Flumis in speciem mitis[r] procedere tandem.
r Mitis: Quia descēdit in similitudinē fluminis.
Incipit: & primus dimittit collibus vndas.
Ille paulatim bis sena in milia pergunt.
Quippe nihil reuocat curtis nihil ignib⁹ obstat
Nulla tenet frustra moles[s] simul oīa purgans.
s Moles. reparatio.
Nūc syluas rupesq; notat hæc tela solumq;
Ipsa adiutat opes: facilesq; sibi induit annos.
Quod si forte canis[t] contactus vasibus hæsit.
Vtpote inequales voluens perpascitur agros.
Ingeminat fluctus & stantibus increpat vndis
Sicut cū curuo rapidum mare cernitur æstu.
Ac primum tenuis sinus agit vlteriores.
t Quod si forte cauis contatus vasibus hęsit. Sinum prima longa significat vas. Virgi. in Buccolicis Sinum lactis & hęc tibi liba priape quotannis.
Progrediens late diffunditur & succernens.
Flumina consistunt ripis: ac frigore durant.
Paulatimq; ignes coeunt: ac flāmea messis[v]:
v Flammea messis. Copia flammarum.
Exuitur facies tunc prima: vt quæq; rigescit:
Effumat moles: atq; ipso pondere tracta:
Voluitur ingenti strepitu: præcepsq; sonanti.
Cum solido inflexa est pulsantes dissipat ict⁹.
Et quia disclusa est candenti robore[x] fulget.
x Robore. duritia.
Et micat examē[y] plagis ardentia saxa.
y Examen multitudo saxorum.
Scintillat procul esse vide procul esse ruentes.
Incolumi feruore cadunt: verum impet⁹ ignes
Si fumant quondā vt ripas traiecerit amnis.
Vix iunctis quisq; fixo dimouerit illas.
Vicenos per sæpe dies iacet obruta moles.
Sed frustra certis disponere singula causis:

Tentamus: si firma manet tibi fabula mẽdax.
Materiã vt credas: aliã furere igne fauillam.
Plurima pro pietate simul concrescere: sicq;
Cõmixtum vento flagrare bitumine sulphur.
Nam post exustam cretã quoq; robora fundit.
Et figulos huic esse fidẽ: de hinc frigoris vsu

Duritiem reuocare suã: & constringere venas.
Sed signũ cõmune leue est: atq; irrita causa.

Quæ trepidat: verũ vbi certo pignore[a] constat.
Nam velut arguti naturæ aereus ignis;
Condomitus cõstat: eadẽq; & robore seluo.

Vltraq; q̃ possis aeris cognoscere port am[b].
Haud aliter lapis ille tenet: seu forte madentes
Effluit in flãmas: seu sit securus ab illis:

Conseruat[c]q; notas: nec vultu perdidit ignes.
Quin etiã externã multis color ipse resoluit.
Nõ odor: aut ætas putr℥ magis ille: magisq;.
Vna operis facies: eadẽq; per omnia terra est.
Nec tamẽ inficior lapides ardescere certos:
Interius furere accensos: hæc propria virtus.
Qum ipsis quædã siculi cognomina saxis.

Imposuere: fricas[d] etiam ipso nomine signant
Fusiles esse notas: nunq; tamẽ illa liquescunt:
Quãuis materies foueat succosior intus.
Nec penitus venæ fuerint cõmissa molari:
Quod si quis lapidis miratur fusile robur;
Cogitet obscuri verissima dicta libelli.
Et dicet vero nihil insuperabile gigni.
Omnia quæ rerum naturæ semina iacta:
Sed minimũ hæc mirũ: densissima corpa sæpe:

Et solido[e] vicina tamen compescimus igni.

Nõ animos[f] ẽris flãmis succumbere cernis.

Lentitiem[g] plumbi non exuit. ipsaq; ferri
Materies prædura tamen subuertitur igni.

Spissaq; suspensis fornacibus aurea[h] saxa
Exudant precium: quædam fortasse profundo

Incomperta iacent: similisq; obnoxia[i] forte.
Nec locus ingenio est: oculi te iudice vincent.
Nã lapis ille riget percussus: & ignibus obstat.

Si paruis terrere velis: cœloq; patenti[k]
Candentẽ: pressumq;: age dum fornace coherce.

Nec sufferre potest: nec sæuum[l] durat in hostẽ.

Vincitur: & soluit vires: captusq; liquescit.

Quæ maiora putas: autẽ tormenta moueri

Posse manu: quæ tantã putas incendia nostris
Sustentare opibus: tantis fornacibus æthna
Vritur & sacro nunq;: nec fertilis igne.

Sed non qui nostro feruet moderatior vsu[m].
Sed cœlo ꝓpior vel quali iuppiter ipse
Armatus flãma est: hic viribus aditus ingens:
Spiritus astrictis elisis faucibus: vt cum.
Fabriles operas rudibus concedere massis

Festinant: ignes quatiunt: folles[n]q; trementes:

Examinant: pressosq; instigant[o] agmine vẽtos.
Hæc operis fama est: sic nobilis vritur æthna.
Tetra foraminib⁹ vires trahit: vrget in arctum
Spiritus: incendit viuus per maxima saxa.
Magnificas laudes operosaq; visere templa.

Diuitiis hominũ: aut sacra memorare vetusta:

Traduce materia terris per proxima fatis

Currimus: atq; auidi veteris mendacia famę

Eruimus: cunctasq; libet percurrere gentes.

Nunc iuuat o gigiis circundata mœnia thebis

Cernere: quod fratres[p]: ille impiger: ille canoro
Condere fœlices aliena interserit æuo.

Inuitata pijs nunc carmine saxa lyraq;.

Nunc gemina ex vno fumantia saxa vapore.

Miramur: septemq; duces raptumq;[q] ꝓfundo:

Detinet eurotas: illic & sparsa[r] lycurgi.

Et sacer in bellum numerus sua turba recenti;

Nunc hic cecropiæ varijs spectant athenæ.

z Venas. In quibus regnat ignis:
a Pignore. Promissione.
b Portam. Apertionem.
c Conseruat. s. splendorem suum:
d Fricas. Id est frigidas fricas significat frigeo.
e Solido. Quasi dura.
f Animos. Vires ipsius ferri.
g Lenticiem. Debilitatem.
h Aurea. Splendida propter ignem.
i Obnoxia. Quia etiam illa sunt splendida:
k Patenti cœlo. idest in aere.
l Sęuum hostem. ignem.
m Vsu. Non est talis ignis quo vtimur nos pro vsu: sed qualiter Iuppiter vtitur in fabricandis fulminibus.
n Folles. Instrumentũ quibus ignis creatur.
o Instigant. Sollicitent.
p Fratres. Zoetum & Amphionẽ nõ & Etheoclẽ & polinicẽ hoc loco. ¶ Impiger. Ille zoetus. ille can. Amphion Eurotas fluuius Thessalię iuxta quem Apollo pauit armenta ad meti.
q Raptum profun. Amphiaraum lycurgi.
r Sparsa genua. Lycurgus rex Thracię fuit. qui genu sibi abscindit dum bacchi sacra contemneret.

Carminibꝰ: gaudentq; sui [s]victrice minerua;
Excidit hic reduci quondã tibi [t]pfide theseu.
Candida sollicito premittere vela parenti.
Tu quoq; athenarũ carmẽ tam mobile [v]fixus;
Erygone sedes vestra [x]amphiona canoris
Euocat in syluis: & tu [y]soror hospi[z]ta tectis
Acciperis: solis [a]tereus ferus exulat agris.
Miramur troię cineres: & flebile victis
Pergamõ: extinctosq; suos phrygas [b]hectora: gũt
Conspicimꝰ [c]magni tumulũ ducis hic: & achil-
[d]Impiger: & [e]victꝰ magni iacet hectoris vl- (les
Quĩ etiã [f]graię fixas timuere [g]tabellas. (tor
Signaq; nunc [g]paphię rorantes parte capillos.
Sub cruce nunc parui ludentes col[h]chide nati;
Nunc tristes circa subiecta altaria ceruę:
Velatusq; pater: nunc gloria viua minoris.
Quin etiam illa manus operũ: turbęq; [i]morãtẽ;
[k]Hæc visenda putas terræ dubiusq; marisq;
Artificis naturæ ingens opus aspice: nulla
Cum tanta humanis phœbi spectacula cernes.
Præcipueq; vigil feruens cum Syrius ardens.
Insequitẽ miranda tamen sua fabula montem.
Nec minus ille pio quamq; sors nobilis ignis.
Nam quãdo ruptis [l]excanduit ęthna cauernis;
Et velut euersis penitus fornacibus ignes:
Et vecta in longũ rapidis fernoribus vnda.
Haud aliter [m]sęuo q̃ cũ Ioue fulgurat ether;
Et nitidũ obscura cœlum caligine torquet.
Ardebat aruis segetes: & milia cultu
Iugera cũ dominis syluę: collesq; virentes;
Vix dũ castra putãt hostẽ mouisse: tremebant:
Et iam finitimę portas [n]euaserat vrbis.
Tum vero vt cuiq; est animus: viresq; rapinę;
Tutari conantur opes: gemit ille sub auro.
Colligit ille arma: & stulta ceruice reponit.
Defectũ raptis illum sua carmina tardant.
Hic velox nimiũ properat sub põdere pauper:
Et quod cuiq; fuit cari fugit ipse sub illo.
Sed nõ icolumis domin ĩ sua pręda secuta est.
Cunctãtes vorat ignis: & vndiq; torret: auaros
Consequitẽ fugisse ratos: & præmia captis.
Increpat: ac nullis parsura incendia [o]pascunt.
Vel solis parsura deis: namq; optima proles;
[p]Amphion fraterq; pari sub munere fortes.

s Victrice. Quia vicit Neptunum in imponẽdo nomine: Athenis enim fuit contentio inter nuptunũ & Mineruam de imponẽdo nomine: cõtractũq; vt nomen iponeret. qui signum vtilius ostenderet, percussa terra Neptunus effudit equum aïal bello aptũ. Minerua vero oleã arborẽ pacis: sed pax bello pręstat. Ideo Athena victrix habita: nomẽ imposuit.

t Perfide Theseu. Notat prẽz Thesei ęgęa precipitasse se in fluctus nomenq; mari dedisse: dum Thesea redeuntẽ a Minotauro interfecto expectaret: cui mandarat vt si victor esset vela nauium alba ferrentur. si victus nigra: verũ oblitis nautis mutare. vela nigra relata sunt. Sicq; credens filium a Minotauro absumptũ: excidit in mare. Perfide inqt propter Ariadnem ab ipso Theseo derelictam in littore.

v Fidus. Tangit fabulã Icari: qui cum agricolę merũ potasset: illi ebrij venenũ potasse existimãtes: eum peremerũt. Canis vero qui eũ comitarat ad Erigonem sororẽ: siue vt alij dicũt filiã reuersꝰ: q̃ cũ minie redeuntẽ Icarũ videret sibi fidissimũ: & omnia loca perquisisset: ab oraculo habuit in alieno eũ elemento queritaret: sicq; in aere perquęsiuit sacris adhibitis quę oscylla vocitantur de quibus Virgi. in Geor. Oscylla ex alta suspẽdũt mollia pinu. ¶ Athenarꝫ qa Icarus Atheniensis fuit.

x Amphiona. Iouis filius ex Antiopa: cantu & cythara adeo eruditus. vt eo pulsante lapides se cõponerent in ędificium. Sicq; Thebana mœnia scribunt fuisse constructa: Hora: in Poetica. Dictus & Amphion thebanę cõditor arcis. Saxa mouere sono testudinis & prece blanda. Ducere quo vellet.

y Et tu soror. Philomelã dicit acceptam a Progne sorore dum a Thereo fuisset violata.

z Hospita tectis. Dicit quia in parietibus nidificant hyrundines.

a Tereus ferus. Vpupa.

b Hectora. Hector enim (vt tradit) Dares Phrygius paruę staturę fuit.

c Magni ducis. Achillis qui sepultus fuit in Sigęo pmontorio: ad quem tumulũ cum venisset Alexander magnus: O fortunate inquit iuuenis qui tuę virtutis Homerum habuisti preconem.

d Impiger. Ita enim ex natura Achilles erat. Vnde Hora: Scriptor honoratũ si forte reponis achillem. Impiger: iracũdus: in exorabilis acer.

e Victus. Paridem dicit qui vltor fuit Hectoris in interficiendo Achillem sagitta ab Apolline directa: & ipse tamen a Pyrrho victus fuit atq; interemptus.

f Graię. Athenas dicit. ¶ Tabellas. Leges. Solonis.

g Paphię. Veneris quã Apelles depinxit Athenis.

h Dioclide nati. Ex filia Dioclei qui fuit filius Orsilochi vt est apud Homerũ. Dioclei inde appellãtur omes postea qui diuinam gloriam habent. i Minacem. Xersem qui combussit Athenas hominibus vacuas.

k Visenda Et longe magis debes existimare quod miracula ęthnę tantomagis sunt visenda.

l Excanduit. Extra candorem & ardorem exarsit.

m Sęuo Ioue. Fulmina mittente.

n Euaserat. Ille qui inerat ad videndũ ęthnam q̃ est vrbs in ipso monte & exusta fuit.

o Pascant. Deuorant.

p Amphion. Frater Zoetus.

Cum iam vicinis streperent incendia tectis
Aspiciūt: pigrūq; patrē matrēq; senemq;
Eheu defessos: potuissent lumina membra.
Parcite auara manus dicēs attollere prædas
Illis diuitię solæ materq; paterq;
Hanc rapies prædā: mediūq; exire ꝑ ignem
Ipso dante fidem ꝑperato maxima rerum
Et merito pietas homī tutissima virtus.

Erubuere pios iuuenes attingere flāmę:[q]
Et quacunq; ferunt illi vestigia cedunt
Fœlix illa dies: illa est innoxia terræ
Dextera sęua tenent: leuaq; incedia feruent.
Ille per obliquos ignis: fratremq; triumphans
Tutus vterq; pio sub pondere sufficit illam:
Et circa geminos auidus sibi tempat ignis.
Incolumes abeunt tandē: et sua numia secum
Salua ferūt: illos mirant̄ carmina vatum.

Illę se posuit claro sub nomine ditis.[r]
Nec sanctos iuuenes attingūt sordida fata:

Sed iure cæssere dom⁹: & iura piorum.[s]

q Pios. i. dum illi vadunt ad arripiendos patres ab incēdio flāme: non illis nocent sed cedūt ignes.
r Ditis. Plutonis.
s Piorum qui fuerunt ad loca beatorum.

Publij Virgilij Maronis
Cyris ad Messalam



Et si me[a] vario iactatum laudis a-
Irritaq; exptū[b] fallacis ꝑ- (more:
Cecropi⁹ suaues ex- (mia vulgi.
pirās hortulus auras.
Florentes viridis sophiæ cōplectit̄
Tu[c] mea q̄ret eo dignū[d] sibi q̄rere car (vmbras:

Lōge aliud studiū: alios[e] accincta labores (mē
Alti⁹ ad magni suspendit sydera mundi

Et placitū multis ausa est ascendere[f] collē.
Non tamē absistā[g] cœptū detexere munus.[h]

In quo[i] iure meas vtinā requiescere musas.

Et si me vario. Opusculū Virgilij ad Messalam dirigit: q Augusti tēpore magnis in reb⁹: & ꝑserti militarib⁹ exercebat: eratq; ꝑterea Orator nō indign⁹ & Poeta: Cupiebat igit̄ Maro beniuolētissimū illū sibi efficere. Cūq; nō nulla ad Mœcenatē & Octauiū scripsisset: Cyrim ad ipm Messalā direxit: in q̄ libro ōndit famę atq; glię gr̄a semp se fuisse accensum. Librosq; gręcos nō solū poeticos verū philosophicos euoluisse: Nūc quoq; nec ipam poeticā relinquere affirmat laudis eiusdē gratia. Ideoq; nō imerito Cyrim opus appellat: nā cyriso ꝑconiso est: & cyris ꝑconiū. Licet auē quandā esse vt

Et leuiter blandū liceat deponere [k] morem:
Quod si mirificū [l] genus omnes
Mirificū sęcli modo sit tibi velle libido:
Si mea iā sūma sapiētia [m] pangeret arte.
Quatuor antiquis hæredibus est data [n] consors:
[o] Vnde hoīm errores longe: lateq; ꝑ orbem
Despicere: atq; [p] hūiles possum cōtēdere curas.
Non ego te talem venerarer munere tali
Nō equidē ꝗuis interdū ludere nobis:
Et gracilem molli liceat pede claudere versum
Sed magno intexens si fas ē dicere [q] peplo:
[r] Qualis [s] erichtheis olim portatur athænis:
Debita cū castę soluuntur dona [t] mineruæ.
Tarda ve cōfecto redeūt [v] quinquennia lustro.
Cum leuis alterno [x] zephyrus cōcrebruit euro:
Et prono grauidū prouexit pondere cursum.
Fœlix ille dies: fœlix & dicit̄ annus:
Fœlices qui talem annū videre: diemq;:
Ergo palladię [y] texuntur in ordine pugnę:
Magna giganteis ornant̄ pepla trophæis:
Horrida sanguineo pingunt̄ prælia [z] cocco.
Additur aurata delectus cuspide [a] typho.
Qui prius [b] osseis consternēs æthera saxis.
Emathio celsū duplicabat vertice olympū.
Tale [c] deę velum solenni in tempore portant.
Tali te vellem iuuenū [d] doctissime ritu
Purpureos inter soles: & candida lunę
Sydera cęruleis orbem pulsantia signis.
[e] Naturæ rerū magnis [f] intexere chartis.
Aeternū sophię cōiunctū carmine nomen
Nostra tuū [g] senib⁹ loqueret̄ pagina sæclis:
Sed quoniā ad tātas nūc primū [h] nascimur artes
Nūc primū teneros firmam⁹ robore neruos:
Hęc tamen interea quæ possum⁹: in quib⁹ æui
Prima rudimēta: & primos exegimus annos
Accipe dona meo multū vigilata labore:
Et promissa tuis nō magna exordia [i] rebus.
[k] Impia prodigijs vt quondā exterruit amplis:
Scylla nouos auiū sublimis in aere cœtus
Viderit: & tenui conscendens sydera penna:
[l] Cæruleis sua tecta supuolit auerit alis.
Hanc pro purpureo pœnā scelerata capillo:
Proq; patris soluens excissa funditus [m] vrbe.
Cum plures illā[n] & magni messala poetę:
(Nam verū fateamur: amat [o] polymnia verū.)
Longe alia ꝑhibent mutatā mēbra figura.
[p] Scylleū monstra in saxum cōuersa vocari.

deat̄. Virg. Oñdere Sophię philosophię. b Fallacis. i. cō ftātis. c Nūc ea. s. Philosophia. d Eo. vulgo. e Atq; alios poeticos: nā tūc dabat opam philosophię. Nūc itē dic dare opam carmib⁹. f Collē. Locū difficilē. g Absistā. Desistā. h Mun⁹. Poeticū. i In quo. s. munere poetico. k Morē: Scribendi. l Omnes. Artes vel musę. m Pangeret cātaret. n Cōsors. s. Philosophia ē data heredibus. Pythagorā hoc loco Platonē: Epicurū & Aristotelē itellexit q̄ ꝑcipue de philosophia bñ meriti fuerūt ac scripserūt. o Vñ ex qua philosophia. q. d. possum ꝑ philosophiā rephēdere mores hoīm ea em̄ nos impellit ad bñ beateq; viuēdū. p Humiles terrestres curas & diuia cōsiderare atq; cęlestia. q Peplū. Velū appellam⁹ q̄ maxie vestales vtebant̄: sed etiā dicit̄ insigne ex serico factū in quo depingit̄ aliqd aut scribit̄ vt ꝑplo apparere cōsueuit.

r Qualis. Versus. s Erychtheis. Quia Erychtheus fuit rex Atheniēsiū. t Dona sacra Minerue. Quę celebrāt̄ ab Atheniēsib⁹ ac nomē iposuit suū: ipa em̄ athena dicebat̄. v Quinquēnia. Sacra singulis qnq; annis fiebāt & ꝑsertim in quinq; dieb⁹. vnde quinquatria Mineruę appellata sūt. x Zephyr⁹. Describit tēp⁹ in q̄ fiebāt sacra Mineruę videlicet in reditu zephyri ī primo vere. y Texunt̄. In peplo pugnę. Palladię gesta cōtra gigātes. z Succo. colore rubro. a Typho. Addit̄ etiā Typho in peplo qui fuit vnus ex gigātib⁹ dux ꝑcipu⁹. b Osseis. Osse montis Aemathio vertice. id ē pelio mōte Thessalię. Nā Aemathia Thessalia dicit̄ a rege post Deucalionē. c Deę Palladi solēni i festis qnq̄triis. d Doctissime O Messala poeta sicut oñdit Tibull⁹ i carmie. Te Messala canā. e Naturę. Inter naturales. f Intexere. id ē depingere. g Senib⁹. Futuris ętatib⁹: h Nascimur. Incipim⁹. i Reb⁹ Gestis. k Impia scylla. Nūc ꝑponit qd sit dictur⁹ Scylla Nisi filia Minois amore capta patrē suū ꝑdit crinēq; aureū q̄ durātefatū erat vt regnū sibi ꝑpetuū eēt subsecuit: sz tādē ipreta a Minoe cū nauigaret: i auē fert̄ cōuersa: sz ista latius declarabim⁹. l Cęruleis. Nigrescētib⁹. m Vrbe Megarēsi. Nisus em̄ pr̄ regnabat Megarę: quę diruta fuit a Minoe. n Illam. Scyllam. nā crebro scribūt de Scylla. o Polymnia. Musa. p Scylleū mōstra vocitat̄. Sed nota varias esse opiniōes: qdā dicūt Scyllā Nisi in mōstra siue saxū scylleū cōuersā: alii dicūt phorci & creteidos filiā spreto Tritone adamasse Neptūnū. ex q̄ Tritō irat⁹ acceptis a Circe venenis locū maris ī q̄ Scylla lauare se cōsueuerat infecit: quē cū itrasset puella mox mutata ē ī mōstrū: & esse inguina canes videbant̄ latrātes scd̄m quosdam. hui⁹ formā Virg. in. iij. Aenei: describit dicēs. Pria hois facies postrema imani corpe pistrix Delphinum caudas vtero cōmissa luporū. Home. q3 Pedes. xii. habuisse: & colla sex caputq; i sing. ꝑ tribile: e nauiq; aufferre hoīm corpa solitā sicut sex accepisse naui Vlyssis. qdā dicunt ab amphitrite mare fuisse infectū iratā Scyllā amari a Neptūno. Ouidi. vero asserit amatā Glauco: quē cū circe ad suū amorē diuertere negret venenis suis mare īfecit. dicebat em̄ Glauc⁹ pri⁹ in mari frondes nascituras: & ī mōtib⁹ algas q̄ ī littorib⁹ nascunt̄ q̄ obliuisci Scyllei posset amoris. Qz aūt hic poeta Scyleū dicit tāgit historiā: nā teste Solino saxū ē ī mari Siculo ꝑ̄ses hñs sub se refectos scopulos: & cū fluctus maris ingreditur latratum canū representat.

Illam esse erumnis quã sæpe legamus vlissi.
Cãdida succinctã latrantib⁹ inguina mõstris:
Dulichias vexasse rates: & gurgite in alto
Depressos: nautas canibus lacerasse marinis.
Sed neq; meoniæ hæc patiunt̃ credere chartę.
Nec malus istorũ dubijs erroribus auctor.
Nanq; alias alij vulgo finxere puellas.
Quæ colophoniaco scylle dicunt̃ homero.
Ipse cratinei matrem sed siue erichthei:
Siue illã monstro genuit grandęua biformi:
Siue est neutra parens: atq; hoc incarmĩe toto:
Inguinis id vitiũ veneris descripta libido.
Siue etiam exactis speciem mutata venenis:
Infœlix virgo: quid enim cõmiserat illa:
Ipse pater timidam sæua cõplexus harena:
Coniugium caræ violauerat amphitrites:
Ast tamen exegit longo post tẽpore pœnas.
Vt tum cura suę veheretur coniugis alto.
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum:
Seu vero vt phibent forma cõuinceret omnes:
Et cupidos quæstu passim spoliaret amantes.
Piscibus: & canibus rabidis vallata repente est.
Horribiles circũuidit sibi sistere formas.
Heu quotiens mirata nouos expalluit artus
Ipsa suos: quotiens heu ptimuisse latratus.
Ausa quod est mulier numẽ fraudare deorũ.
Edictam veneri votorum vertere pœnam.
Quã mala multiplici iuuenũ ꝗ septa caterua.
Dixerat: atq; animo meretrix iactata ferarum.
Infamẽ tali meritorũ more fuisse.
Docta palepaphiæ testatur voce pachynnus.
Quicquid & vt quisq; tali de clade locutus.
Omnia sunt potius liceat notescere cyrin:
Atq; vnã ex multis scyllam nõ esse puellis.
Quare: & quæ cant⁹ meditati mittere certos.
Magna nimis cupidis tribuisti p̃mia diua.
Pierides quarum castos altaria postes.
Munere sępe meo inficiũt: foribusq; hyacincti:
Deponunt flores: aut suaue rubens narcissus:
Aut crocus alterna cõiungens lilia caltha.
Sparsaq; luminibus floret rosa nũc age diuæ:
Præcipue nostro nũc aspirate labori.
Atq; nouũ æterno ptexite honore volumen:
Sunt pandionis vicinę sedibus vrbes.
Actęos inter colles: & cãdida thesei:
Purpureis latex ridentia littora conchis.
Quarum nõnulli fama concedere digna.
Stat megara attei quondam mutata labore
Alcathæ: phœbiq; decus: nanq; affuit illi.
Vnde etiam cytharę voces imitantur acutas.

q Erumnis. Calamitatibus Vlissis.
r Dulichias. Oppidum vlissis in regno laertę. Eadem fera carmina in bucolicis sunt.
s Meonię. Homeri: qui dicit filiam fuisse Phorci nõ Nisi.
t Vulgo. Vbiq;.
v Colophoniaco. Quoniã Homerus Colophanis ciuis habetur: quę vrbs est Meonię. vbi Apollo maxime celebratur: & etiam ab oppido clarius appellatur.
x Cratinei. Quia vt diximus Phorci & Crateidos nymphę filia fuit.
y Erichthei. Nam quidam dicunt ipsam Erichthei filiam regis Atheniensiũ: nõnulli Athidos filiã: ꝗ filia Crania fuit: qui etiam Athenis (teste strabone) imparauit.
z Neutra. Nec Cetis nec Athis toto carmie est libido veneris in Scyllam.
a Exactis. Ductis:
b Pater. Neptunnus:
c Amphitrites. Vxor fuit Neptunni.
d Trucem. Tempestuosum.
e Sanguine. Quoniã fecit illã Scyllam mutari in mõstrũ: sparso prius eius sanguine.
f Questu. Lucro: nam ob predam amantum fuit cõuersa in monstrum.
g Vallata. Circundata.
h Numen. Quia quando numina mari ibant volebat ea defraudare.
i Edictam veneri. Ven⁹ enim affecit Scyllam hac pœna: quoniã spoliabat amantes: cũ gratis eis seruire debuisset.
k Palepaphię. Veneris.
l Pachinnus. Promontorium Sicilię.
m Quicquid. Oĩa sunt ibi: quę decantata sunt a poetis:
n Notescere. Claram fieri.
o Meditati. Nam Scylla semper meditabatur decipere amantes.
p Diua. Venus.
q Crocus. Calta. Narcissus. Hyacinctus. Flores.
r Pandionis. Pandion enim rex fuit Athenarum. Et pater Nisi: qui habuit filiam Scyllam.
s Actęos. Athenienses.
t Thesei. Thensa vrbs in Peloponneso est. pl̃ali tantũ numero declinata: sicut Arthaxata nõ longe est a pilo.
v Latex. aqua.
x Quarum. concharum.
y Attei: Ipsius Attis.
z Phœbiq; decus. Hoc dicit propter nympham Alcatoen Megarensem quę ab Apolline amata fuit & quę dedit nomen cuidã arci Megarensiũ: in quã ipsa Scylla ascẽdere cõsueuerat: vt spectaret littora maris. Dicitq; Apollo in ipsi⁹ arcis mœnib⁹ cytharã se cõdidisse acceptã a Mercurio Cyllenio ab Cyllene monte Archadię dicto. Quo circa quotiens arcis lapides mouebant̃ sonitũ reddebat cythara. Vñ modulandi ratione accepisse mortales. libro. viij. refert Regia turris. e. vo a. m. In quibus auratã ples Latonia fertur deposuisse lyrã saxo sonus eius inhęsit. Sępe illuc solita est.

Sæpe lapis recrepat cyllenię munera pulſus:
Vt veterem ſonitu phœbi teſtat̃ honorem.
Hãc vrbẽ ante alios qui tũ florebat in armis.
Fecerat infeſtam populator remige[a] minos:
Hoſpitioq́ʒ ſenis hyppolidoſacq́ʒ[b] victo.
Carpathium[c] fugiẽs: & flumina ceratea[d]:
Texerat hunc bello repetẽs corinthius[e] heros:
Attica[f] cretæa[g] ſternebat rura ſagitta.
Sed neq́ʒ tunc ciues: neq́ʒ tũc rex ipſe veretur:
In feſto ad muros volitanti ex agmĩe turmas
Ducere: & in domita virtute retundere mẽtes.
Reſpõſum[h] quoniã ſatis eſt meminiſſe deorũ:
Nã capite a ſummo regis (mirabile dictu)
Candida cęſaries florebant tempora lauro:
Et roſe us medio fulgebat vertice crinis.
Cuius quę ſeruata diu natura fuiſſet.
Tam patriã incolumẽ Niſi regnũq́ʒ futurũ:
Concordes ſtabili firmarunt numine parcę.
Ergo omnis cano reſidebat cura capillo.
Aurea[i] ſolenni comptũ quoq́ʒ fibula ritu:
Corſellę[k] tereti nectebat dente cicadę.
Nec vero hæc vobis cuſtodia vana fuiſſet:
Nec fuerat niſi ſcylla nouo concepta furore[l].
Scylla patris miſeri: patriæq́ʒ inuẽta ſepulchrũ.
Ominũ cupidis ſi nõ inhiaſſet ocellis.
Sed malus[m] ille puer quẽ nec ſua flectere mater:
Iratum potuit: quem nec pater atq́ʒ auus[n] idem.
Iuppiter[o] ille etiam pœnos domitare leones:
Et validas docuit victas maſueſcere tygres.
Ille etiã diuos homines: ſed dicere magnũ[p] eſt.
Idem cum ſuperis acuebat paruulus iras.
Iunonis magnę: cuius periuria diuæ
Olim ſe meminere diu periura puellæ:
Non nulli liceat: violauerit inſcia[q] ſedem.
Dum ſacris operata deæ[r] laſciuit: & extra
Procedit longe matrũ: comitũq́ʒ caterua.
Suſpenſam[s] gaudens in corpore ludere veſtem:
Et tumidos agitate ſinus aquilone relaxãs.
Nec dum etiã caſtos agitauerat ignis[t] honores.
Nec dum ſolenni lympha perfuſa ſacerdos:
Pallentis folijs caput exornarat oliuæ.
Cum lapſa e manib⁹ fugit pila[v]: cũq́ʒ relapſę
Procurrit virgo: quo vtĩne prodita ludo.
Aurea iam gracili ſolu iſſet corpore palla.
Omnia quæ retinere gradũ rurſumq́ʒ morari:
Poſſent: o tecũ vellem tua ſemper haberes:
Nõnunq́ʒ violata manu ſacraria diuæ[x]:
Iurando infœlix nequicq́ʒ iura piaſſes:
Et ſi quis nocuiſſe tibi periuria credat.
Cauſa pia eſt: timuit fratri te oſtendere iuno:
At leuis ille deus cui ſemper adoleſcentum[y]:
Quęritur ex omni verborum iniuria dicto.
Aurea[z] fulgenti depromens tela pharetra.

aſcendere filia Niſi. Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo. q̃d idẽ hoc loco cõmemorat poeta. ¶ Hanc vrbẽ ante ali. tangit queãdmodum Minos venit contra Megaram.
a Remige. Bello nauali.
b Hyppolidoſa. Dicitur: componitq́ʒ ab hipp⁹ quod eſt equus & lidoſa quaſi lidora. id eſt fœtida & maledica interdum. Hyppolidoſa igitur erat Megara propter mortes.
c Carpathium. Carpathos inſula eſt Rhodiorum: & oppidum in Creta. Sed ab inſula Carpathiũ mare eſt appellatum.
d Ceratea. Ceratheus fluuius Cretę apud Gnoſum ciuitatem.
e Heros. Minos:
f Attica rura. athenas:
g Cretęa ſagitta: Quia in Creta & precipue apud Gnoſum ſagittis aptiſſimi calami naſcuntur.
h Reſponſum. Reddit cauſam: quia Niſus non timebat bellũ: & pugnam Minois: & hoc propter crinẽ fatalẽ quo durante non poterant mœnia vrbis deuaſtari.
i Fibula. Nectebat crinem Niſi.
k Corſellę. Ex ebore factę. Corſellę in affrica oppidũ eſt: vbi ſunt elephantes: inde Corſellę eburnę.
l Furore. amore Minois. Quia Scylla patri Niſo & patrię ruina fuit.
m Malus puer. Nũc dãnat cupidinẽ. quia fuit cauſa tanti mali.
n Auus idem. qui ex Venere natus que erat filia Iouis. licet plures cupidines enarrarentur: alius enim ex Mercurio & Diana. & alius ex Marte.
o Ille etiam. nunc docet potentiam cupidinis.
p Magnũ eſt. Dicendum de ſupis ſcilicʒ Iunonis. puer enĩ iuuenem furentem fecit.
q Inſcia. Ipſa Scylla.
r Deę. Iunonis.
s Suſpenſam. Pendentem: quia quãdo mulier incedit habet veſtem laxam quę videtur ludere.
t Ignis. amor pallentis. Sic in Bucoli. Pallẽti cedit oliuę.
v Pila. Neſciebat ludere pila queãdmodũ puellę furentes ſolent.
x Diuę. Iunonis: quã mulieres colebãt. ꝑ quã etiã iurabãt iunę. per Iunonem iurante miniſtro.
y Adoleſcentũ. Qui ex minimis dictis paciunt̃ iniuriã.
z Aurea tela, qualibus Hercules Thyrinthius fuit vſus.

Heu nimiū tereti: nimiū tyrinthia[a] iussu
Virginis[b] interea defixerat omnia mente.
Quæ simul: ac venis hausit sitiētibus ignem:
Et validū penitus concepit in ossa furorem.
Sæua velut gelidi cydonum[c] bistonis[d] honores,
Icta ve barbarico cybeles antistia[e] buxo:
Infœlix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non storace[f] ideo flagrantes picta capillos.
Cognita non teneris pedibus: sic oīa seruans.
Non niueo retinens baccata[g] monilia collo.
Multū illi incerto trepidant vestigia cursu.
Sæpe redit patrios ascendere ꝑdita muros:
Aereasq; facit causam se visere turres:
Sæpe etiā tristes voluens in nocte querelas.
Sedibus ex altis cœli[h] speculatur amorem:
Castraq; ꝓspectat crebris lucentia flammis:
Nulla colum mouit carū nec respicit aurum:
Non arguta sonant: tenui psalteria[i] chorda.
Non libyco[k] molles plaudūtur pectine telæ.
Null⁹ ī ore[l] rubor: vbi ēm robur obstat amori:
Atq; vbi nulla malis reperit solatia tantis.
Tabidulāq; videt labi per viscera mortem:
Quo vocat ire dolor: subigunt quo tēdere fata
Fertur: & horribili preceps[m] impellitur ostro[n].
Vt patris ah demens crinem de vertice seruet
Furtim: atq; arguto detonsum mitteret hosti.
Nāq; hæc conditio nisi rapto[o] opponitur vna.
Siue illa ignorans: quis[p] nō bonus oīa malit
Credere: q̄ tanto scelere damnare puellam.
Heu tamē infœlix: quid ēm imprudētia ꝓdest:
Nise pater: cum direpta crudeliter vrbe
Vixerat: vna super sedes in turribus altis
Fessus: vbi extructo possis conscendere nido:
Tu q̄z auis moriere: dabit tibi filia pœnas:
Gaudete o celeres[q] suonixe nubibus altis:
Quæ mare quæ virides syluas: lucosq; sonantes
Incolitis: gaudete vagæ: blandæq; volucres.
Vsq; adeo humani[r] mutatæ corporis artus.
Vix o crudelis fatorum lege puellæ.
Dauliades[s] crudele venit carissima[t] vobis.
Cognatos[v] augens reges: numerūq; suorum
Cyris[x]: & ipse pater vos o pulcherrima quondā
Corpora cæruleas præuertite[y] in æthera nubes:
Qua nouus ad superū sedes calcheius[z]: & qua
Candida concessos ascendat cyris honores:
Iamq;[a] adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat: vigilūq; procul custodia primis.
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cum furtim tacito descendens scylla cubili:
Auribus arreptis nocturna silentia tentat:
Et primū tenuē singultibus aera captat.
Tum suspensa leuans digitis vestigia primis[b]:

a Thyrinti⁹. Thyrins in peloponneso vrbs insignis mœnibus fuit. & quidā dixerūt coli ibidem Cupidinem.
b Virginis. Scyllę. c Cidoniū. Cydon ciuitas est Thracię. d Bistonis. Est lacus in Thracia iuxta quē ex buxo tybiā inuenerūt qua phrigij vsi sunt. e Antista. Sacerdotissa. f Storace. Storax genus arborū ex qua odoriferum fiebat vnguentū & quo capillos aspergebant.
g Baccata. Gēmis ornata. h Cœli. Simulabat se videre sydera cœli: & speculari. Sed solum faciebat vt posset spectare regē Minoem amatū. i Psalteria. Genus instrumenti musici. k Lybico. Eburneo. l Rubor. Quia pallentes sunt amātes lege. Ouidi. in amoribus.
m Preceps. Sine respectu salutis. u Ostro. Veste ex ostro in quo mitteret hosti nunc paternum crinem.
o Rapto. Capillo Nisi patris. p Qui bonus. Poeta excusat puellam: quod quisq; iudex optim⁹ existimaret puellam nō rapuisse crinē paternū dedita opa: sed poti⁹ ex ignorantia & casu quodā. q Celeres. Aues veloces.
r Humani. Quia ex humano corpore factę sunt aues.
s Dauliades. Progne & philomela quę fuerūt de Daulia oppido Thratię. t Carissima. Scylla. v Cognatos. Quia Nisus pater Scyllę frater erat philomellę & Prognes ex Pādione parente rege Athenarū. x Cyris. id est Scylla quę Cyris etiā denoiata est: quia capillum patris secuit. Cyris ēm grecę etiam tondeo significat. Itaq; vana ab auctoribus denominatio ipsius declarat. y Preuertite. Ite ante omnes nubes. z Calcheius. Calchis oppidum est locrorū. & in euboea est. Sed nō ꝓpterea Nisus Megarensium rex Chalcheius nominatus est: sed potius ab aureo capillo. nam chalchos es & metallum significat.
a Iāq; adeo. Describit tempus quo Scylla rapuit crinem Niso parenti. nā incassum. b Primis pedib⁹. id est punctis pedum vt ita dicam furto rapiendo crinem.

Egreditur.ferroq; man⁹ armata bidenti
Euolat:at demptæ subita in formidine vires:
Cæruleas sua furta prius testat̃ ad vmbras.
Nam qua se ad patriũ tendebat semita limen.
Vestibulo in thalami paulum remorat̃: & [c] altũ
Suspicit ad cœli nutantia sydera [d] mundi.
Non accepta pijs promittens munera diuis.
Quã simul ogigij [e] phœnicis filia [f] charmæ.
Surgere sensit anus (sonitũ nã fecerat illi.
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extẽplo fessam languore puellam.
Et simul o nobis sacrũ caput inquit [g] alumna:
Nõ tibi nequicq; viridis ꝑ viscera pallor:
Aegroto tenui suffudit sanguine venas.
Nec leuis hoc faceret: neq; ẽm [h] pote cura subegit
Haud fallor: [i] ꝙ te potius [k] rhãnusia fallit.
Nam qua te causa ne dulcis [l] pocula bacchi.
Nec grauidos cereris dicam cõtingere fœtus:
Quæ causa ad patriũ solam vigilare cubile:
Tempore quo fessas mortalia pectora curas:
Quo rapidos etiã requiescũt [m] flumina cursus:
Dic age nũc miseræ saltẽ quod sæpe petenti.
Iurabas: nihil esse mihi cũ mœsta parentis.
Formosos circum virgo morere re capillos:
Hei mihi ne furor ille tuos inuaserit artus.
Ille arabis [n] myrrhæ quondã qui cœpit ocellos.
Vt scelere infando: quod nec sinit [o] adrastea
Ledere vtrũq; vno studeas errore parentem.
Quod si alio quouis animo iactaris amore.
Nam te iactari non est [p] amatuntia nostri.
[q] Tam rudis: vt nullo possim cognoscere signo.
Sin cõfessus amor noto te macerat igne.
Per tibi [r] dyctinnæ præsentia numina iuro.
Prima deũ quæ dulce mihi te donat alumnã.
Omnia me potius digna atq; indigna laturã.
Milia visurã: que te tam tristibus istis
[s] Sordibus: & scoria paciar tabescere tali.
Hæc loquit̃: molliq; vt se velauit amictu.
Frigidulam iniecta circũdat veste puellam.
Quæ prius vt tenui steterat succincta corona.
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens.
Persequitur miseræ causas exquirere tales.
Nec tamẽ ante vllas patit̃ sibi reddere voces.
[t] Marmoreũ tremebũda pedẽ quã rettulit intra.
Illa aũt: quid nũc me (inqt) nutricula torques:
Quid tantũ ꝓperas nostros nouisse furores:
Nõ ego [v] cõsueto mortalib⁹ vror amore.
Nec mihi notorũ deflectũt lumina vultus.
Nec genitor [x] cordi est: vltro nãq; odimus omẽs.
Nil amat hic anim⁹ nutrix q̃d optet amari.
In quo falsa tamẽ lateat pietatis imago.

c Altũ. Alte. d Mũdi quieti & sereni. e Phœnicis. Hic est nomẽ ꝓprium cuiusdã cesariani. f Carme Puella filia cuiusdã ogygii. i. Thebani Charme. nutrix ipsius Scyllæ. g Alumna. Verba Charmes ad Scyllã eius alumnã. h Pote. Potens. i Quod. id est sed. k Rhamnusia. Dea indignatiõis dicit̃. Et Nemesis a quibusdã noiat̃. Rhãnusia a Rhamn oppido: de quo Lucan⁹ in euboia denoiata est: in qua etiã ciuitate Fortuna colebatur. Luca. Et timidis infesta colit qua numia rhamnis. Et Ouidi. Exiget ad diras vltrix rhãnusia pœnas: ꝓprie enim ait cõtra Syphos. Ei⁹ deæ. vt Pli. ait in Capitolio s.m l'achrũ erat: & neq; ipsius latinũ nomẽ habet̃. Itaq; male quidem ꝑ fortuna interꝑtant̃. l Pocula. Nec venisti ad bibendũ nec ad comedendũ. m Flumia cursus. Talis sensus est in Buco. Et mutata suos requierũt flumina cursus.
n Myrrhæ. Mirrha cynare Cypriorũ regis filia: q̃ parentis cõcubitũ affectauit: ex q̃ Adonis natus traditur.
o Adrastea: Ipsa Rhãnusia vel Nemesis, quia circũ circa Adrastus Rex illi templũ cõdidisse ꝓdit̃. p Amatũtia. Appellat̃ ab amatunte insula in mari ægeo: q̃ Veneri sacra fuit. Facit ergo deriuatiuũ amatũs amatuntius. amatuntia amatũtiũ. Amatuntiã. Scylla. q Tam rudis. s. es o Scylla quod vnico signo possum cognoscere furores tuos ergo nõ est ꝙ te iactes. id est mihi aliqd dicas de amore tuo
r Dictynnæ. Dyctyña dyana a cretẽ s. b. denoiata ẽ: qa virgo qdã cretẽ suã virgitatẽ Dianæ dicãs a Minoe cũ opprimeret̃: & fugæ via nlla daret̃. i mare se ꝑcipitẽ dedit. postea ei⁹ cadauer rhete comptũ fuit: q̃d grece diction dicit̃: sed cũ patria peste labora: ret responsum habuerũt a Diana: ęꝺem cõsecraret̃: q̃d ipsi faciẽtes Dianã ipam Dyctynnã vocauere. Vnde Tybullus. Percq; suas impune sini: Dyctinna sagittas. s Scoria. Scoriã metallorũ squamã & purgationẽ denominat. Scoria. id est cura & ingẽti passione.
t Marmoreũ. Albũ: Illa autẽ responsio Scyllæ. v Cõsueto. Quo mortales vti solent. sed potius de vino.
x Cordi. Non sum capta amore paterno.

Sed media ex atie mediis ex hostibus: heu heu [y]
Quid dicā? quo ue ipsa malū hoc exordiar ore?
Dicā equidē: quoniā qd nō [z] tibi dicere nutrix:
Non sinis: extremū hoc mun⁹ morietis habeto.
Ille vides nostris qui mœnib⁹ assidet hostis.
Quē pater [a] ipse deū sceptri donauit honore.
Cui parcę: & tribuūt nullo quod vulnere lędi.
Dicendū frustra circūuehor omnia verbis.
Ille mea: ille ideo oppugnat ꝑcordia minos:
Quod te per diuū crebros obtestor amores:
Perq; tuū memoris haustū [b] mihi pect⁹ alumnę.
Vt me si versare potes nec perdere malis.
Sin autem optatæ spes est incisa [c] salutis:
Nec mihi quā merui īvideas nutricula mortē.
Nam si te nobis malus o malus optima carme.
Ante hūc conspectū casus ve deus vetulisset.
Aut ferro hoc (aperit ferrū quod veste latebat)
Purpureū patris dempsissem vertice crinem:
Aut mihi præsenti peperissem [d] vulnere lætum.
Vix hæc ediderat: cū clade exterrita tristis
Intonsos multo deturpat [e] vulnere crines:
Et grauiter quæstu charme cōplorat anili.
O mihi nūc iterū crudelis reddite minos.
O iterū nostræ mincs inimice senectę.
Semp: & aut olim nata o te propter eundē:
Aut amor insanę luctum portauit alumnę:
Te ne ego tam lōge capta: atq; euecta nequiui.
Tam graue seruitium [f]: tā duros passa labores
Effugere? obsistam exitiū crudele meorum.
Iam iam nec nobis ea quæ senioribus vllum
Viuendi copiā viuit gen⁹: aut quid [g] ego amēs
Te erepto brito marte est spes vana sepulchri.
Te brito [h] marte diē potui producere vitę:
Atq; vtinā cereri: nec tm̄ grata dianę.
Venatus esses virgo sectata virorum.
Gnosia naupacto [i] contendens spicula cornu [k]
Dictæas [l] ageres ad gramia nota capellas.
Nunq; tam obnixe [m] fugeres o minos amores.
Præceps aereis specula de montibus isses.
Vnde alij fugisse ferunt: & numina phoræ [n].
Virginis assignat: alij quo notior esses.
Dyctinnam dixere tuo [o] de nomine lunam.
Sin hæc vera velim: mihi certe nata perisses.
Nunq; ego te sūmo volitantē in vertice mōtis.
Hircanos [p] inter comites: agmenq; ferarum?
Conspiciā: nec te redeuntē amplexo tenebo.
Verū hęc cū nobis grauia: atq; indigna fuere:
Tū mea luna tui cū spes integra maneret:
Et vox ista meas nōdū violauerat aures.
Te ne etiā fortuna mihi crudelis ademit?
Te ne sola meæ viuendi causa senectę?
Sæpe tuo dulci nequicq; capta sopore:
Cum ꝑmeret natura: mori me velle negaui [q]:
Vt tibi coritio [r] glomerarem flammea [s] luto.
Quo nūc me īfœlix: aut q̄ me numina seruāt?
An nescis qua lege [t] patris deuertice canos.
Edita candētes ꝑtexat purpura crines.
Quæ tenuit patrio pressit suspensa capillo.
Si nescis aliquā possum sperare salutē.
Inscia quādoquidē scelus es conata nefando.
Sin est: quod metuo: per me mea alūna tuūq;.
Expertū multis miserę mihi rebus amorem.
Perdere læua ꝓcul ꝑ flumina sacra illythiæ [v].
Nec tm̄ in facin⁹ tam molli [x] mente sequaris.
Nō ego te incœpto fieri quod nō pote conor.
Flectere amor: neq; sit cū diis cōtendere nostrū.
Sed patris incolumi potius te nubere regno.
Atq; aliquos tamē esse velis tibi alūna penates.
Hoc vnum exitio docta: atq; experta monebo.
Quod si nō alia poteris [y] ratione parentem
Flectere: sed poteris: quid [z] em̄ nō vnica possis?

y Heu heu. Qm̄ amor me⁹ est ī mediis hostib⁹. z Nō dicere nō sinis. Oīa ꝑmittit dicere: & aꝑire tibi. a Pater deū. Iuppiter donauit sceptri honore quia fecit ipm̄ regem. b Haustū. Potū a me qa gustaui & bibi lac tuū. c Incisa. Remota. q. d. si nr̄a habet̄ spes. d Pepissem lęthēū: Mortua essem. e Deturpat crines. Audita orōne Scyllę illico Charme crines terra maculauit. f Seruitiū. Tuū o mios q̄. s. dat̄ senioribus. g Quid ego. s. dico hęc oīa. h Brito, martis virgo illa dicta fuit. quam Minos vt virginitate spoliaret ꝑseq̄bat̄. i Naupacto. Liuius ciuitatē ętholię fuisse ondit: ī bello macedonico, vbi meleager versabat̄ sagittis ī venatib⁹ vtēs. k Cornu. ergo naupacto. id est arcu quali naupactoi vtebant̄. l Dictęas. A dictę nympha vel a dictę mōte crętco. m Obnixe. Certatim & magno conatu. n Phorę. A loco. id est virginis phorę: alii poentę. o Tuo noīe. Tua causa. p Hircanos. Hyrcania armenū sylua: in qua serpētes abūdāt. vn̄ comites hyrcanos. i. sęuos q Negaui. Mori ꝑ te q̄uis naturę curs⁹ ꝓpe esset: r Coritio. Ciuitas cicilię. croci abūdātissima: & quidē suauis. s Flamea. Vela tenuissima quib⁹ virgines sponsę cū ad maritū ducebant̄ vterent̄ tegēdi pudore grā. Vn̄ Claudian⁹ flāmea sollicitū ꝑuellatura pudorem. t Lege. Fatali scilicet. v Ilythię. Ilythia, diana ē appellata: quia dea syluarum est. Ili em̄ sylua est: & thea dea. Vn̄ Ilithea syluarū dea. x Molli. Lasciua. y Poteris. Potest fieri. z Quid em̄. q. d. Omnia poteris apud parentem tuum cum sis vnica.

Tunc potius tamē ipa pio cū iure licebit:
Cum facti causam: tempusq́ doloris habebis:
Tunc potius conata tua: atq́ incerta [a] referto.
Meq́ deosq́ tibi comites mea alūna [b] futuros
Polliceor: nihil est quod texat in ordīe longū.
Hic vbi sollicitus animi reuelauerit æstus
Vocibus: & blāda pectus spe viserat ægrum:
Paulatim tremēda genis obducere vestē
Virginis: & [c] placidā tenebris captare quietē.
Inuerso bibulū [d] restringens lumen oliuo:
Ferre manu assiduis mulcent p̄cordia palmis:
Incipit ad crebros insani pectoris ictus:
Noctē illā sic mœsta super morīētis alumnæ.
Frigidulos cubito subnixa p̄pendit ocellos.
Postera lux: vbi læta diē mortalibus almū.
Et gelido veniente mane quatiebat [e] ab oetha:
Quē pauidę alternis fugitāt [f] optātq́ puellę:
Hesperiū vitant: optant ardescere solem:
Præceptis paret virgo nutricis: & omnes
Vndiq́ cōquirit nubendi sedula causas.
Tentantur patriæ [g] summissis vocibus aures:
Laudantq́ bonæ pacis bona: multꝰ [h] incepto.
Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore:
Nunc tremere instātis belli certamia dicit:
Cōmuneq́ timere deū: nunc regis amicis.
Nāq́ ipso verita est orbari mœsta parente.
Cū Ioue cōmunes q̄ quondā habuere nepotes.
Nunc etiā confecta dolo [i] mendacia turpi
Inuenit: & diuum terret formidine ciues.
Nūc alia ex alijs nec desunt omnia quærunt: [k]
Quin etiā castos ausa est corrump̄e vates:
Et cū cęsa pio cecidisset victima ferro.
Vt sint: qui generū minoia auctoribus extis [l]
Iungere: & ancipites suaderēt [m] tollere pugnas.
Aut nutrix patulā cōponens sulphura testa:
Narcissum casiamq́ herbas incendit olentes:
Terq́ [n] nouena ligat triplici diuersa colore
Fila: ter in gremiū circū inquit despue virgo.
Despue ter virgo. numero deꝰ impare gaudet:
Hinc magno [o] generata ioui frigidula sacra.
Sacra nec idęis [p] auibus: nec cognita graiis.
Pergit amyclęo [q] spargens altaria thallo. [r]
Regis Iolchiacis [s] animū defigere votis:
Verū vbi nulla mouet stabilē [t] fallacia nisum:
Nec possunt hoīes: nec possunt flectere diui.
Tanta est in paruo fiducia crine: cauendi.
Rursus ad inceptū sociā se adiungit alumnę:
Purpureūq́ parat rursus [v] tondere capillum:
Cū longo quod iam captat succurrere amori:
Nō minus illa tamē reuehi [x] q̄d mænia crescant:
Gaudeat: & cineri patrię est iucunda sepulchro:
Ergo metu capiti scylla est inimica paterno:
Tū coma [y] sydonio [z] florens succiditur ostro:
Tum capit̄ megara: & diuū responsa probant.
Tūc suspensa nouo ritu de nauibus altis.
Per mare cæruleū trahit̄ niscia virgo:
Cum plures illā nymphæ mirant̄ in vndis:
Mirat̄ pater oceanus: & candida thetis:
Et cupidas secū rapiēs galathea sorores:
Illa etiā iunctis: magnū q̄ piscibus æquor:
Et glauco [a] bipedū curru metitur æquorum
Leucothoe: paruusq́ [b] dea cū matre [c] palemon.
Illi etiā æternas sortiti viuere luces:
Chara [d] Iouis soboles: magnū Iouis incrementū:
Tyndaridæ niueos mirant̄ virginis artus
Has [e] adeo voces: atq́ hec lamāta p̄ auras:
Fluctibus in medijs quæstu voluebat inani:
Ad cœlū infœlix ardentia lumina [f] tollens:
Lumina: nā teneras arcebant [g] vincula palmas:

Supprímito paulū turbata o flāina venti.
Dū queror. & diuos quāq; nil testibus illis
Profeci: extrema morīēs tamē alloquor hora:
Vos ego: vos adeo venti testabor & auræ.
Vos o numatina si qui de gente venitis.
Cernitis illa ego sum cognato sanguīe vobis:
Scylla: quod o salua liceat tibi dicere progne.
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam.
Certatim ex omni petijt quā gretia regno:
Qua curuus terras amplecti ē Hellespontus:
Illa ego sum minos sacrato federe cōiunx.
Dicta tibi: tamē hæc: & si nō accipis audis.
Victa ne tā magni tranabo gurgitis vndas:
Victa tot assiduas pendebo ex ordine luces:
Nō equidē me alio possum cōtendere dignam
Supplicio: quāq; patriā: carosq; penates:
Hostibus: immitiq; addixi ignara tyranno:
Verū est hæc minos illos scelerata putaui.
Si nostra ante aliquis nudasset fœdera causas:
Facturos quorū direptis mœnibus vrbis.
O ego crudelis flāmam delubra petiui.
Te vero victore prius vel sydera cursus.
Mutatura suos: quā te mihi talia captę
Facturū metui: iam iam scelus oīa vincit.
Ten ego plus patrio dilexi perdita regno:
Ten ego: nec mirū vultu decepta puella.
Vt vidi: vt perij: vt me mal⁹ abstulit error:
Non equidē existo speraui corpore posse:
Tale malum nasci forma: vel sydere fallor:
Non me delitijs cōmouit regia diues:
Coralio fragili: & lachrymoso mouit electro:
Me nō florentes: ęquali corpore nymphæ.
Nō metus incensam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor: quid ēm nō vinceret ille:
Nō mihi iā pingui suadabūt tpa myrrha.
Pronuba nec castos accendet pinus odores:
Nō lybis assyrio sternetur lectulus ostro:
Magna qror: nec vt illa quidē cōmunis alūne
Oībus iniecta tellus tumulabit harena.
Me ne inter comites: ancillarūq; cauernas:
Mænalias inter famularū munere fungi:
Coniugis: atq; tuæ quęcūq; erit illa beatæ:
Nō licuit grauidos penso deuoluere fusos:
At belli saltem: captiuā lege necasses.
Iam fessę tandē fugiūt de corpore vires:
Et caput inflexa lentū ceruice recumbit.
Marmorea adductis labascunt brachia nodis:

a Referto. Narrabis patri. b Futuros. Habebis & me & deos hoīesq; fauētes. c Virginis. Scyllę. d Bibulū. qa himē bibit oleū. id est ardēdo cōsumit. e Oetha. Mons inter macedoniā & Thessaliā: in quo prim⁹ solis ortus grecis apparet. f Optanē. Fugiūt qa puellę fugiūt & cupiūt videri. Vt ī Buco. Et fugit ad salices et se cupitq; ante videri. g Patrię aurē. Cohortabunē patrē ad pacē cū Minoe. h Incoepto. Vel virgineo: quia virgies nesciunt loqui. Vel incoepto ppter furorē. Vt Virgi. Incipit effari mediaq; in voce resistit. i Mēdatia. Oīa dicebant & simulabāt patri: vt fieret pax. k Vates. Scylla corrupit fates vt dicerēt faciendā pacē cū Minoe. l Extis. Animaliū. m Ancipites. Dubias. n Terq; nouena. xxvii. Fila vt in Buco. Ter litia. o Generata. Scylla filia. p Idęis. Troianis: faciebāt enim sacra Ioui nūnq; cognita Troianis: & gręcis. q Amycleo. id est spartano. amyclę em̄ est ciuitas spartę. r Thalo. Thalū Herbā verbenā. s Iolchiacis. Qualib⁹ vsa est Medea in Iolcho quę est ciuitas Thessalię vbi regnum erat Pelię & Arsonis patris ipsius Iasonis: qui ad iuuentā euocatus fuit auxilio Medeę: erāt pterea venefice multę in Thessalia: & herbę veneficijs aptissimę. t Stabulis. id est ab aula sua. Nā stabulum apud antiqs erat prior & prestātior ps dom⁹. v Tondere. id est secare. x Reuehi. Reduci. y Coma. Capillus aureus. z Sydonio ostro. id est purpureo. Nā Sydō ciuitas: vbi nascit murex: ex cui⁹ sanguie tingit ostrū.

a Glauco. Viridi. b Matre. Ino. c Palemon. Learcus Nota est fabula apud Ouidi. in fastis. d Chara Iouis soboles. De polluce & Castore ītelligit. e Has adeo voces. Cōcludit queadmodū ipsa Scylla conquesta fuerat & de Minoe q nō merita secūdū spem suā fuisset cōsecuta. f Lumia. Oculos. g Arcebāt. Cōstat enim posteaq; parentē Scylla prodidit: & ad Minoē veit: sperans cōnubio ipsi⁹ iūgi: ad prorā nauis suspēdi iussā. h Quāq; nil testib⁹ illis. Eadē verba ferme sūt ī Buco. i Mantina. id est Thracia. Nā mantinę ppli Thracię sūt: quib⁹ impauit There⁹ Prognes marit⁹. k Cognato sanguie. Quia sum filia Nisi fratris Philomelę & Prognes q̄ fuit vxor Therei. l Pollētis. Splendentis impio. m Vincta. Ligata ad prorā nauis. n Verū est o mios. Q. pdidi patriā qd sū digna tali supplitio. o Quorū direptis. q. d. ego existimaui eos vlturos iniuriā a me patrię illatā. p Flāmam. Quia feci incēdi oīa tēpla ppter te: pl⁹ amaui te q̄ patrē & regnū paternū. q Me abstulit. Hęc eadē verba sunt in Buco. r Delitijs. Nō sū rapta diuitiis tuis nec coralio: nec electro: s Lachrymoso. Quia ex lachrymis arboris ppli defluit. t Incēsam. Inflāmatā nullū habui respectū deorū dūmodo te amarē. v Pronuba. Quia faces pinę fieri solēt q̄ accendunē in nuptiis. x Lybis eburneus. Quia in lybia sūt elephātes ex quib⁹ est ebur. y Menalias. Archadias. z Captiui. Oēs captiui in bello mactabanē. a Marmorea. Alba. b Adducis. Curuatis.

Aequoreę pestes imanī corpora ponti.
Vndiq; cōueniunt:& glauco in gurgite circū.
Verbera caudarum:atq; oris minantur hiatu.
Iam tandē casus hominū:iam respice minos.
Sit satis hoc:tantū solam vidisse malorū.
Vel fato fuerit nobis hęc debita pestis:
Vel casu incepto: merita vel deniq; culpa:
Omnia nā potius quā te lesisse putabo:
Labitur interea reuoluta ab littore [c] classis:
Magna repentino sinuantur littora coro.
Flectit in viridi remus [d] sale languida:fessę:
Virginis incursu moritur q̄rimonia longo:
Deserit angustis inclusum faucibus [e] isthmon.
[f] Cypselidæ magni florentia regna corynthi:
Pręterit abruptas [g] Scyronis protinus arces:
Infestumq; suis dirę testudinis exit
[h] Spelęum:multoq; cruētas hospite cautes:
Ianq; adeo tutum longe [i] pyręea cernit:
Et notas secū heu frustra respectat athenas:
Iam procul e fluctu minoia respicit arua:
Florētesq; videt iā [k] cycladas: hinc [l] strophadasq;:
Hinc sinus:hinc statio:contra patet [m] hermiona.
Linquitur ante alias longe gratissima [n] delos.
Nereidū matri: & neptūno ęgeo.
Prospicit incinctā spumanti littore [o] cinthum:
Marmoreāq; [p] parō:viridēq; adlapsa donyson
[q] Aeginamq; simul:sementiferāq; seriphum.
Fertur:& incertis iactatur ad omnia ventis
Cymba: velut magnas seq̄t cū paruula classes
Apher:& hyberno bacchat in æquore turbo.
Donec tale decus formę vexauerit ægram:
Non tulit:ac misero mutauit virginis artus:
Cęruleo pollens [r] coniunx neptunnia regno:
Sed tamen externā squamis vestire puellam:
Infidosq; inter teneram cōmittere pisces:
Nō statuit:nimiū est auidū pec⁹ amphitrites:
[s] Aeris potius sublimē sustulit alis.
Esset vt interris facti de nomine Cyris:
Cyris amycleo formosior [t] ansere ledę.
Hic velut in niueo tenerę cū protinus ouo.
Effigies animant:& internodia menbris
Imperfecta nouo fluitant concreta colore.
Sic liquido scyllę circūfusū æquore corpus.
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndiq; mutabāt:atq; vndiq; mutabātur.
Oris [v] honos primū multis optata labella.
Et patulę frontis species concrescere in vnum
Cœpere:& gracili mentū producere rostro.
Tum qua se mediū capitis discrimen agebat.
Ecce repente velut patrios imitatur honores:
Purpureā concussit apex in vertice cristam.
At mēbris varios intexens pluma colores.
Mansurū volucri vestiuit tegmine corpus:
Lentaq; perpetuas foderunt brachia pennas:
Inde alias partes nimioq; infecta rubenti
Crura: nouamq; aciē obduxit squalida pellis:

c Classis. Minois. describit recessum minois a Megara.
d Sale. Mari. e Isthmos. strictura ista terrę appellatur inter Ioniū & Aegęū mare lucanus. Qualiter vndas. Qui secat:& geminū medi⁹ mare sepat isthmos. Nec patitur cōferre fretū si terra recedat Ioniū ęgęo franget mare.
f Cypselidę. A Cypsello Ixionis:& Iadę filio dicti sunt corinthij. Et em̄ fuerat oraculū primū corinthior̄ tyrannum fuisse:cui successit Periander filius:& nomē habuit a mensurę frumētarię genere:quod Cypsellā noīant. quippe eum quęrētibus corinthiis interficere in mēsura frumentaria mater pdit̄ cōdidisse: g Scyronis Scyron in Megarę montibus habitasse tradit̄:atq; appellātes hospites interficere solitum & pdari. Inde Scyronia saxa denominata sunt.
h Spelęū. Cepulā significat: Sed port⁹ est sub saxis Scyronis infaustus olim minoi:& inde rupes Minoia vocitata
i Pyrrea. Pyrreū locū forū Atheniensiū significat:pariter & portū eiusdē nois fuisse tradūt. k Cycladas. In mari ęgeo. l Strophadasq;. Strophadę similiter insulę appellatę sunt:ob cōuersionem:quā fecerūt zoetus:& Calais Boreæ & orythię filii depulsę Harpiis a mēsę Phinei. & plotie antea dicebant̄. m Hermiona. Ciuitas est in conspectu maris ęgei. n Delos notissima insula origine phoebi & Dianę. o Cynthus. Ciuitas. p Paronq;. Donysson. Insulę cycladū clarissimę marmorib⁹. q Aeginam Seryphū. Etiā clarissimas insulas nō magnitudie sed q̄ ad eas cōsueuit dānatus aliquis dimitti. Egina vero in peloponneso est vbi eadē est Hermonię: & dicta est (teste. Ouidi.) a matre Acaci:ait em̄ Aecus aeginā genitricis nomine dixit:est em̄ in epidauri cōspectu. r Cōiunx neptunnia. Amphitrite vxor neptunni:verū ponit̄ p omni mari: quod circuit terrā id est oceano. s Aeris alis. Quia conuersa est in auē. t Ansere. Cygno. qui habuit rem cum leda:sed inde Iuppiter erat.
v Honos. reuerentia oris & formę suorū:quia post illa tēpora nunq; petiit oras Megarenses.

Et pedibus teneris vngues confixit acutos.
Et tamen hoc demũ misere succurrere pacto.
Vix fuerat placida neptuni cõiuge dignum:
Nunc illã post hac oculi videre suorum.
Purpureas saluo retinentẽ vertice vittas.
Nõ thalamus tyrio fragrans accepit amomo.
Nullę illam sedes: quid em̃ iam sedibus illis.
Quæ simul vt sese cano de gurgite velox.
Cum sonitu ad cęlum stridentib⁹ extulit alis:
Et multũ late dispersit in æquore rorem.
Infœlix virgo: nequicꝙ morte recepta.

Incultum solis in rupibus exigit æuum:
Rupibus & scopulis & littoribus desertis:
Nec tñ hoc iterũ pena sine: nãcꝙ deum rex
Oĩa: q̃ impio terrarũ milia versat.
Cõmotus talẽ ad supos volitare puellam.
Cum pater extinctus cęca sub nocte lateret.
Illi pro pietate sua. Nam sæpe videmus:
Sanguine taurorum suplex resperserat auras:
Sæpe deum largo decorarat munere sedes:
Reddidit optatam mutato corpore vitam.

Fecit & in terris halyetos ales vt esset.
Quippe aquilis sẽp gaudet de⁹ ille choruscis
Huic vero miserę: quoniam iam nata deorum
Iudicio: naticꝙ: & cõiugis ante fuisset

Infesti: apposuitcꝙ odium crudele parentis:
Iãcꝙ vtinã æthereo signorũ munere: præstans
Vnum quẽ duplici stellarũ sydere vidi.
Scorpius alternis clarum fugiant orionem:
Sic inter sese tristis halyetus in iras:
Et cyris memori seruãt ad sæcula fato.
Quacũcꝙ illa leuẽ fugiẽs secat æthera pennis.

Ecce inimicus atrox magno stridore per auras.
Insequitur nisus: qua se fert nisus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

x Exigit. Proterit ętatẽ suã in scopulis: & rupibus.
y Halyetos. De genere aquilarũ q̃ talẽ habẽt naturã: vt nõ ꝓprio generis sui cõcubitu nascant̃: sed ex diuersis aquilis. foetus quos noscũt generosos cogẽdo eos intueri radios solares pascunt: z Infesti. Quia pater Nisus est inimic⁹ huic aui. z Atrox. Pater Nisus.

Publij Virgilij Maronis Catalecton. Priapus loquitur.



Ere rosa: autumno pomis: æstate
Spicis: vna mihi ẽ hor- (freq̃ntor
rida pestis hyems.
Nã frigẽs metuo: & vereor ne li-
Hic de⁹ ignarus præ- (gne⁹ ignẽ
bear agricolis.

Ego hæc ego arte hac fabricata rustica.
Ego arida viator: ecce populus
Agellum hunc sinistra tute quẽ vides:
Herícꝙ villam: hortulũcꝙ pauperis
Tueor: malascꝙ furis arceo manus:
Mihi corolla picta vere ponitur.
Mihi rubens arista sole feruido:
Mihi virente dulcis vua pampino:
Mihi glauca oliua duro cocta frigore.
Meis capellæ delicata pascuis:
In vrbem adulta lacte portant vbera:
Meiscꝙ pinguis agnus ex ouilibus.
Grauem domum:
Teneracꝙ matre mugiente vaccula:
Deũ profundit ante tẽpla sanguinem.
Proin viator hunc deum vereberis:
Manũcꝙ sursum habebis: hoc tibi expedit:
Parata nancꝙ crux est arte mentula.
Velim pol iniquis: ac pol ecce villicus.
Venit valenti cui reuulsa brachio.
Fuit ista mentula apta claua dexteræ.
Hunc: iuuenes locũ villulãcꝙ palustrem:
Tectam vimine iunceo cariscꝙ maniplis.
Quercus arida rustica formata securi.
Nutrior magis & magis: vt beata quot annis:
Huius nã domini colunt mediũcꝙ salutant.
Pauperis tugurij pater: filiuscꝙ:
Alter assidua colens diligentia vt herba:
Aspera sit dumosa: meocꝙ remota sacello.
Alter parua ferens semper munera larga.
Florido mihi posuit pictas vere corollas:
Primitijs: & tenera virens spica mollis arista
Luteæ violæ mihi: lacteumcꝙ papauer.
Pallentescꝙ cucurbitæ: & suaue olentia mala:
Vua pampinea rubens educata sub vmbra.
Sanguinea etiã mihi: sed tacebimus arma.
Barbatus linit hirculus cornipedescꝙ capellæ:
Pro quis omnia honoribus hoc necesse priape
Præstare: & domini hortulũ: vineãcꝙ tueri.
Quare hinc o pueri mala abstinete rapina.
Vicinus prope diues est: negligenscꝙ priapus.
Inde sumite semitã: hæc deinde vos feret ipsa.
De qua sæpe tibi venit: sed sæpe videre
Non licet: occulitur lumine clausa viri.
De qua sæpe tibi nõ venit adhuc mihi: namcꝙ
Si occulitur longe est tangere quod nequeas.
Venerit aut tibi nũc sed iã mihi nuncius iste.
Quid prodest illi dicere quæ redijt.
Hormethiorum amator iste verborum.
Iste iste rhetor namcꝙ quatenus totus.
Thucydides briannus atticæ febris.
Thaugallicũ iminet ipsemet: male illisit.

Ista omnia verba: ista miscuit fratri.
Aspice: quē video subnixum gloria regno
Altius: & cœli sedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnū cōcusserat orbem.
Hic reges asiæ fregerat hic populos.
Hic graue seruitiū tibi iam tibi roma minat.
Cætera nanq͂ viri cuspide conciderant.
Cum subito in medio rerū certamine præceps
Corruit: & patria pulsus in exilium.
Tale deum numen: tali mortalia nutu.
Fallax momento temporis hora dedit.
Quocunq͂ ire ferunt variæ nos tempora vitæ.
Pangere qua terras: quosq͂ videre homines:
Dispeream: si te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior esse potest?
Conuenit ante alios diui diuūq͂ furores:
Cuncta neq͂ indigna multa dedere bona.
Cuncta quib⁹ gaudet phœb⁹ de⁹: ipseq͂ phœbo
Doctior o quis te musa fuisse potest?
O quis te in terris loquit͂ iucundior vno?
Clio nam certe candida non loquitur.
Quare illud satis est: si te permittis amari:
Nam cōtra vt sit amor mutuus inde mihi.
Ite hinc manes rhetorum manipli.
Inflat a roso non achaico verba.
Et vos seliquit arquitiq͂ varroq͂.
Scholasticorum vario madens pingui.
Ite hinc inani cybalon iuuentutis:
Tuq͂ o mearum cura sexte curarum.
Vale sabine iam valete formosi.
Nos ad beatos vela īmittimus portus:
Magni petentes docta scyronis:
Vitamq͂ ab omni vendicamus cura.
Ite hinc camœnæ: nam nos quoq͂ limite sæuæ.
Dulces camœnæ: nam fatebimur verum.
Dulces fuistis: & tamen meas chartas
Reuisitote: sed prudenter & raro.
Socer beate: nec tibi: nec alteri:
Generq͂ noctu impudicum caput.
Tuq͂ nunc puella talis: & tuo
Stupore pressa rus habitet mihi.
Vt ille versus vsq͂ quaq͂ pertinet.
Gener socerq͂ perdidistis omnia.
Scilicet hoc sine fraude varo dulcissime dicā.
Dispeream nisi me perdidit iste potus.
Sin aūt præcepta vetant me dicere: sane
Non dicam: sed me perdidit iste puer.
Villula quæ scyronis eras: & pauper agelle.
Verum illi domino tu quoq͂ diuitiæ.
Me tibi: & hos vna mecū quos semper amaui.
Si quid de patria tristius audiero
Cōmendo: primisq͂ patrē tu nunc eris illi.
Mantua quod fuerat quodq͂ cremona prius.
Pauca mihi niueo: sed nō incognita phœbo.
Pauca mihi doctę dicite pegasides.
Victoria est magni: magnū dec⁹ ecce triumph⁹
Victor qua terræ: quaq͂ patent maria.
Horrida barbaricæ portans insignia pugnæ:
Magnus: & æneides vtq͂ superbus eryx.
Nec minus iccirco nostros expromere cantus.
Maximus: & sanctos dignus inire choros.
Hæc itaq͂ insuetis iactor magis optime curis:
Quid de te possim scribere? quid ve tibi?
Nāq͂ (fatebor em̄) quæ maxima deterrendi
Debuit: hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras venerūt carmina chartas:
Carmina cū lingua tum sale cecropio.
Carmina quæ pylium sæclis accepta futuris.
Carmina sed pylium vincere digna senem.
Molliter huic viridi patulæ sub tegmīe querc⁹
Mœris pastores: & mœlibeus erāt.
Dulcia iactantes alterno carmina versu.
Qualia trinacriæ doctus amat iuuenis.
Certatim ornabant omnes heroida diuæ.
Certatim diuæ munere quæq͂ suo.
Fœlicē ante alios tanto scriptore puellam.
Alterno sanam dixerit ipse prior:
Non illa hesperidū ni munere capta fuisset:
Quæ volucrē cursu vicerat hyppomanē.
Candida cygneo non edita tyndaris ouo.
Non supero fulgens cassiopæa polo.
Nō defensa diu multū certamine equorum:
Optabant grauidę quod sibi quæq͂ manus:
Sæpe animā generi proh q͂ pater ipius hausit:
Sæpe rubro similis sanguine fluxit humus.
Raptato curru nimiūq͂ per æthera terræ.
Immiti expectāt fulmine: & hymbre iouem.
Non ocius raptū belli liquere penates.
Tarquini patrios: filius atq͂ pater.
Illo quo primū dominatus roma superbos.
Mutauit placidis tempora consulibus.
Multa nec īmeritis donauit mater alumnis.
Præmia messalis maxima publicolis.
Nā qd ego īmensi memorē studia ista loboris.
Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro solitis vrbi proponere castra.
Tam procul hoc nato: tam procul hoc patria.
Immoderata patri iam sydera: iamq͂ calores
Sternere: vel dura posse super silice.
Sæpe trucē aduerso perlabens sydera pontum:
Sæpe audendo mare: & vincere sæpe hyemē.
Sæpe etiā densos īmittere corpus in hostes:
Cōmunē belli non meminisse deum:
Nunc celeres afros perituræ in milia gentis.

Aurea nunc rapidi flumina adire tagi:
Nunc aliã ex alia bellando quærere gentem:
Vincere: & oceani finibus vlterius:
Non nostrũ est inquã tantas attingere laudes:
Quin ausim hoc etiam dicere vix hominũ est:
Ipsa hæc: ipsa ferent rerũ monumẽta per orbẽ:
Ipsa etiam egregium facta decus parient.
Hos ea quæ tecũ finxerunt carmina diui:
Cynthius & musæ bacchus: & egiale.
Si laudem aspirem humilis sed adire syrenas:
Sic patrio graios carmine adire sales
Possumus: optatis plus iã procedimus ipsis:
Hoc satis est: pingui nil mihi cũ populo.
Sabinus ille quem videtis hospites.
Ait fuisse multo celeberrimus.
Neq3 vlius volantis impetus eis:
Nequisse præterire: siue mantuam
Opus foret volare: siue brixiam.
Neq3 hoc negat triphonis æmuli domus.
Negare nobilem insulam ve ceruli:
Vbi iste: post sabinus ante quintio.
Bidente dicit attondisse forcipe.
Comata colla ne quis otion iugo.
Premente dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida: & lutosa gallia.
Tibi hæc fuisse: & esse cognitissima.
Ait sabinus vltima ex origine.
Tua stetisse vltima in voragine.
Tuas in palude posuisse sarcinas:
Et inde tot per orbitosa milia.
Iugum tulisse lęua siue dextera:
Strigare mulas: siue vtrunq3 cœperat.
Neq3 vlla vota semitalibus deis.
Tibi esse sancta propter hoc nouissimũ.
Paterna lora proximũq3 pectinem.
Sed hæc prius fuere nunc eburnea.
Sed ęquæ sedes ęquæ dedicat tibi.
Gemellæ castor: & gemellæ castoris.
Quis deus optauit te nobis abstulit: an qu.
Dicunt a nimio pocula dura mero.
Vobiscum si est culpabilis sua queq3 sequunt:
Facta quidem meriti crimen habent cyathi.
Scripta quidem tua nos multũ mirabimur. et te
Raptum: & romanã flebimus hystoriam.
Sed tu nullus eris: peruersi dicite manes:
Nunc superesse patri quod fuit inuidia.
Superbe noctui recutitum caput.
Datur tibi puella quam petis datur.

P.V. Maronis Moretum.



P. V. Maronis Moretum.



Iam nox hybernas bis quinq peregerat horas:
Excubitorq diem cantu prædixerat ales:
Similus exigui cultor cū rusticus horti
Tristia venturæ metuēs ieiunia lucis.
Membra leuat vili sensim demissa grabato:
Sollicitaq manu tenebras explorat inertes:
Vestigatq focum: læsus quem deniq sensit
Paruulus exusto remanebat stipite fumus:
Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.
Admouet his pronam submissa fronte lucernam:
Et producit acu stupas humore carentes:
Excitat & crebris languentē saucius ignem:
Tandem concepto tenebre fulgore recedunt:
Oppositaq manu lumen defendit ab aura:
Et reserat clausa quæ preuidet hostia clauis:
Fusus erat terra frumenti pauper aceruus.
Hinc sibi depromit quantū mensura patebat.
Quæ bis in octenas excurrit pondere libras.
Inde abit: assistitq mole: paruaq tabella:
Quam fixam paries illos seruabat in vsus:
Lumina fida locat: geminos tunc veste lacertos
Liberat: & cinctus villosæ tegmine capræ
Peruertit: cauda silices: gremiūq molarū.
Aduocat inde manus: operi partitus vtramq:
Leua ministerio: dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris: & concitat orbem:
Trita ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum fesse succedit leua sorori.
Alternatq vices: mō rustica carmina cantat:
Agrestiq suum solatur voce laborem.
Interdū clamat cybalē: hec erat vnica custos.
Afra genus: tota patriam testante figura.
Torta comā: labroq tumens: & fusca colore:
Pectora lata iacent: māmis compressior aluo.
Cruribus exilis: spaciosa prodiga planta:
Continuis rimis calcanea scissa rigebant.
Hāc vocat: atq arsura focis imponere ligna
Imperat: & flāma gelidos adolere liquores.
Sed postquā impleuit iustū versatile finem.
Transfert inde manu fusas in cribra farinas:
Et quatit: ac remanēt sūmo purgamina dorso:
Subsidit syncera: foraminibus liquatur.
Emundata ceres: leui tum protinus illam
Cōponit tabula: tepidas superingerit vndas.
Cōtrahit admixtas tum frondes: atq farinas
Transuersat durata manu: liquidoq coactu:
Interdum grumos spargit sale: iamq subactu
Leuat opus: palmisq suū dilatat in orbem:
Et notat impressis æquo discrimine quadris
Infert inde foco: cybale mundauerat aptum
Ante locū: testisq tegens superaggerat ignes.
Dūq suas peragit vulcanus: vestaq partes:
Similus interea vacua non cessat in hora.
Verū aliam sibi quærit opem: neu sola palato
Sit nō grata ceres: quas iungat comparat escas
Non illi suspensa focis carnaria iuxta.
Durati sale terga suis: truncique vocabant.
Traiectus mediū parco sed caseus orbem:
Et vetus astricti fascis pendebat anethi.
Ergo aliā molitur opē sibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus casulæ: quē vimīa pauca:
Et calamo redimita leui munibat arundo.
Exiguus spatio: varijs sed fertilis herbis:
Non illi deerat: quod pauperis exigit vsus:
Interdum locuplex a paupere plura petebat:
Nec sumptꝰ erat illud opus: sed regula curæ.
Si quando vacuū casula pluuiæ ve tenebant:
Festa ve lux: si forte labor cessabat aratri.
Horti opꝰ illud erat: varias disponere plantas.
Norat: & occulte cōmittere semina terræ:
Vicinosq apte cura sūmittere riuos.
Hic olus: hic late fundentes brachia betæ:
Fœcūdisq rumex: maluæq inulæq virebant:
Hic cicer: & capiti nomē debentia porra.
Sic etiā nocuū capiti gelidūq papauer:
Grataq nobiliū requies lactuca ciborū.
Et grauis in latū dimissa cucurbita ventrē:
Verū hic nō domini (quis.n. contractior illo)
Sed populi pⱥuentus erat: notisq diebus.
Venales holerū fasces portabat in vrbem.
Inde domū ceruice leuis: grauis ære redibat:
Vix vnquā vrbani comitatꝰ merce macelli.
Cepa rubens: sectiq famē domat area porri:
Quæq trahunt acri vultus nasturcia morsu.
Intibaq: & venerē reuocans eruca morantē.
Tūc quoq tale aliqd meditās itrauerat hortū.
Ac primū leuiter digitis tellure refossa.
Quattuor educit cū spicis allia fibris.
Inde comas apij graciles: rutāq rigentē
Vellit: & exiguo coriandra tremētia filo.
Hæc vbi collegit: lætū consedit ad ignē:
Et clara famulā poscit mortaria voce.
Singula tū capitū numeroso cortice nudat:
Et sūmis spoliat corijs: contentaq passim
Spargit humi: atq adicit: seruatū gramīe bulbū
Tingit aqua: lapidisq cauū demittit in orbem:
Hic salis inspargitq micas: sale durus adeso:
Caseus adijcit: dictas super inserit herbas:
Et leua vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primū fragrantia mollit.
Allia: tum pariter mixto terit omnia succo:

It manus in gyrum: paulatim singula vires.
Deperdūt proprias: color est e pluribus vnus:
Nec tot⁹ viridis: quia lactea frusta repugnāt.
Nec de lacte nitēs: quia tūc variatꝰ ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus: & sūmo dānat sua prandia vultu.
Sæpe manu sūma lachrymātia lumīa tergit.
Immeritoq́ꝫ furēs dicit cōuitia fumo.
Procedebat opus: nō iā salebrosus vt ante:
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes.
Ergo palladij guttas instillat oliui
Exiguiq́ꝫ super vires infundit aceti:
Atq́ꝫ iterū cōmiscet opus: mixtūq́ꝫ retractat:
Tum demū digitis mortaria tota duobus
Circuit: inq́ꝫ globū distantia cōtrahit vnū:
Cōstet vt effecti species: nomēq́ꝫ moreti.
Eximit interea cybale quoq́ꝫ sedula panem:
Quē recipit lotis manibus: pulsoq́ꝫ timore
Hinc famis: inq́ꝫ diem securus Similus illam.
Ambit crura ocreis paribus: tectusq́ꝫ galero.
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos.
Atq́ꝫ agit in segetes: & terræ condit aratrū.



Octauij Augusti p̄ Virgilij Aeneide Vers⁹.
Ergo ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirū mandare nefas? ergo ibit in ignes:
Magnaq́ꝫ doctiloqui morietꝰ musa maronis?
Ah scelus indignū: soluetur littera diues?
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flāma suo: ductūq́ꝫ operi seruabit honorem
Pulcher Apollo veta: Musæ p̄hibete latinæ.
Liber, et alma ceres succurrite: vester in armis
Miles erat: vester docilis per rura colonus.
Nā docuit quid ver ageret: quid cogeret æstas:
Quid pater autūn⁹: q̄d bruma nouissīa ferret.
Arbuta formauit: sociauit vitibus vlmos.
Curauit pecudes: apibus sua castra dicauit.
Hic dedit vt pereāt. ip̄m si dicere fas est.
Sed legū est seruanda fides: suprema volūtas
Quod mādat: fieriq́ꝫ iubet: parere necesse est.
Frangatꝰ potius legum veneranda potestas:
Quā tot cōgestos noctesq́ꝫ diesq́ꝫ labores
Hauserit vna dies: sup̄maq́ꝫ verba parentis
Amittāt vigilasse suū: si forte superbus
Errauit dolor in morte: & si lingua locuta est
Nescio quid titubāte anio: nō sponte: sed altis
Expugnata malis: odio languoris iniqui.
Si mens cæca fuit: iterū sentire ruinas
Troia suas: iterū cogetꝰ reddere voces:
Ardebit misere post vulnera vulnus Elissæ:
Tam sacrū soluetꝰ opus: tot bella: tot enses:
In cineres dabit hora nocens. & p̄fidus error:
Huc huc Pyerides date flumina cūcta sorores:
Expirent ignes: viuat Maro dictus vbiq́ꝫ:
Ingratusq́ꝫ sui studio nūq́ꝫ inuidus orbi.

Et factus post fata nocens: quod iusserat ille.
Sit vetuisse meū: satis est post tempora vitę.
Sūmo sit eternum tota resonante Camena
Carmē: & in populo diui sub nomine nomē
Laudet: vigeat: placeat: relegatur: ametur.

Alcini versus

De numero vatū si quis seponat homerum:
Proximus a primo: tum maro primus erit:
Et si post primū maro seponatur homerum:
Longe erit a primo quisquis secundus erit.

Cornelij Galli versus

Temporib⁹ lętis tristamur maxime cæsar
Hoc vno amisso quē gemo Virgiliū.
Sed vetuit relegi: si tu paciere libellos
In quibus Aeneā condidit ore sacro
Roma rogat: præcib⁹ etēm tibi supplicat orbis.
Ne pereant flāmis tot monumēta ducū:
Atq; iterū troiam: sed maior flāmma cremabit.
Fac laudes italū: fac tua facta legi.
Aeneāq; suū fac maior nunci⁹ ornet.
Plus fatis possunt cęsaris ora dei.

Epitaphia virorum illustriū in laudem Virgilij.

Palladius

Conditus hic ego sum: cui⁹ mō rustica musa
Per syluas: p rus venit ad arma virum.

Asclepiades

Titijron ac segetes cecini maro: & arma viruq;:
Mantua me genuit: parthenope sepelit.

Eusebius

Virgilius iacet hic: qui pascua versibus edit:
Et ruris cultus: & phrygis arma viri.

Pompelianus

Qui pecudes: qui rura canit: qui prælia vates:
In calabris moriēs hac requiescit humo.

Maximianus

Carmībus pecudes: et rus: & bella canendo:
Nomen inextinctū Virgilius meruit.

Vitalis

Mantua mi patria ē: nomē maro: carmīa: syluæ
Ruraq; cum bellis: parthenopea tumulus.

Basilius

Quis syluas: & agros: qui prælia versib⁹ ornat.
Molle sub hac sit⁹ est ecce poeta maro.

Asmodianus

Pastores: vates ego sum: cui rura: ducesq;
Carmia: sunt hic me præssit acerba quies.

Vouianus

A syluis ad agros: ab agris ad prælia venit:
Musa maronis adest nobilis ingenio.

Eugenius

Bucolica expssi: & ruris pcepta colendi
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.

Iulianus

Hic data Virgilio requies: qui carmine dulci:
Et pana: & segetes: & fera bella canit.

Hilasius

Pastores cecini: docui qui cultus in agris:
Prælia descripsi: cōtegor hoc tumulo.

Aliud

Subduxit morti viuax pictura maronē:
Et quē parca tulit: reddit imago virum.

Aliud

Lucis damna nihil tanto nocuere poetę
Quē præsentat honos carminis: & plutei

Sebastiani Brant de operibus tribus Virgilij

Post nemora atq; greges: culturā ruris: et vuas
Disce et equos lector: mellificasq; feras.
Grādior oblectat si te hinc tuba parthenopea:
Diuigenū poteris perlegere arma ducum.

Et iterum

Vita magis nulli est sua cognita: docta marōis
Quā mihi musa: canēs pgama: rura capras.

Ad idem

Qui clarere cupis suaui sermone latino.
Virgiliū relegas carmine doctiloquo.

Ad idem

Virgiliū exponāt alij sermone diserto.
Et calamo pueris: tradere et ore iuuet.
Pictura agresti voluit Brant: atq; tabellis:
Edere eū indoctis: rusticolisq; viris.
Nec tñ abiectus labor hic: nec prorsus inanis.
Nā memori seruat mēte figura librum.

Sub persona Virgilij epigrãmata.

Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua: rura: duces.
Tristia fata tui dum fles in daphnide flacci.
Docte maro fratrem dijs immortalibus æquas.
Pastor: arator: eques: paui: colui: superaui.
Capras: rus: hostes: fronde: ligone: manu.
Iuppiter in cœlis: cæsar regit omnia terris.
Tarpeio quondã consedit culmine cornix:
Est bene non potuit dicere: dixit erit.
Littera rem gestam loquitur: res ipsa medullã.
Verbi quam viuax mens videt intus habet.

Ad idem.

Mellifluum quisquis romanũ nescit homerũ:
Me legat: & lectũ credat vtrũq sibi.
Illius imensos miratur gratia campos:
At minor est nobis: sed bene cultus ager.
Non miles: pastor: curuus non defit arator.
Hæc graiis constant singula: trina mihi.

Tabula librorum qui in hoc volumine continentur.

Impressum regia in ciuitate Argenteñ ordinatione: elimatione: ac relectõne Sebastiani Brant: operaq & impensa non mediocri magistri Iohannis Grieninger. Anno incarnationis christi. Millesimo quingentesimo secũdo quinta kalendas septembres die.



